Universidad de Deusto
Biblioteca

[illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 6
Pluteo 2 8

3814
6-28
3

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. CLEMENTIS D. PETRI APOSTOLORVM PRINCIPIS DISCIPVLI, ROMANI PONTIFICIS, OPERA, QVAE IN HVNC VSQVE DIEM EXTARE COMPERTA SVNT, OMNIA, CVIVS D. Paulus ad Philippens. scribens meminit, quiq; eam, quæ ad Hebræos conscripta est, epistolam, magno tum Græcorum tum Latinorum consensu scripsisse fertur,

RVFINO TORANO AQVILEIENSI INTERPRETE.

Et Canones Apostolorum, ab eodem D. Clemente conscripti, & in vnum congesti, ex æditione veteri, & interpretatione Gregorij Haloandri. Insuper selectissimæ vetustiss. Præsulum non minùs doctrina & eruditione, quàm morum sanctimonia insignium epistolæ, ad fidem veterum exemplarium Victorinorum aliorumq; fideliter restitutæ.

ADIECIMVS VERO,

Eiusdem D. Clementis de rebus Gestis, peregrinationibus & prædicationibus B. Petri Apostolorum principis eruditiss. simul & elegantiss. epitomen, iam pridem à IOACHIMO PERIONIO BENEDICT. CORMOERIACEN. Latinam factam, nunquàm huic volumini additam.

Omnia argumentis & pereruditis annotatiunculis partim Ioan. Sichardi, partim Lamberti Venradij recens illustrata: Quæ Ecclesiæ iudicio submissa sunto.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Birckmannum.
Anno M. D. LXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNES DEI GRATIA POSTVLATVS AC CONFIRMATVS IN EPISCOPVM ECCLESIAE OSNABRVGENSIS.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ILLVSTRISS. PRINCIPI AC DOMINO, D. IOANNI POSTVLATO ET CONFIRMATO EPISCOPO OSNABRVgensi, Comiti in Hoia & Bruchausen, Domino suo clementissimo,

LAMBERTVS VENRADIVS
S. P. D.

Oepenumerò prudentes demirari solent, homines q; pietatis, quæ eorum animis altissimè profectò insedit, sitientissimi, quid sit, quod nostris tandem temporibus supra omneis maiorum nostrorum ætates tam multæ dissensiones, variæ opinationes, monstrosæque hæreses nostram Ecclesiam adeò miserè dilacerent, diuexent & opprimant, Ioannes Præsul Reuerendiss. Princeps que longè Clarissime. Atq; multis multi causis propositis, quibus efficiendi eis facultatem adimant, valdè laborauerunt: quorum studia tamen conatusq; hactenus frustrari, quinetiã peiores indies, eosq; absurdiores suppullulascere errores, nasciq; videmus. Sunt verò, quorũ alij ĩ fatum, quo omnia in peius ruant, omnia dilabantur, quoq; mundi inclinet fessa senecta caput, hæc reijcere minimè vereantur, quorum quidem oratio non multùm mihi à Stoicorum ignauo illo sermone distare videtur, ignorantes miseri, in cuius q; potestate positũ esse, vt in sana quis Ecclesiæ Catholicæ sententia acquiescat, aut Diabolo auctore & instigatore nouas sibi, eas q; antehac inauditas hæreseis excogitet: quorũ sententiam si audiuerimus, nullus profectò emendandæ restituendæq; religionis locus relinquetur, quùm aliter atq; fiat, nullo pacto ex eorum opinione fieri possit. Alij rursum, Ecclesiæ præsulum negligentiã, factum, verbiq; diuini ignorationem non forsan temerè causantur, quod postpositis ijs, quæ sunt Iesu Christi, vt verbis vtar ter Maximi Pauli, sua sibi quærant: otium, quietẽ, mollitiem, omniaq;, vt semel dicam, missis ijs, quæcunq; ad Euangelicæ doctrinæ professionem spectant, vitæ commoda amplectantur. Equidem horũ sententia, vt multò (prò dolor) verissima est: ita eam exequi non facile perfectu, quùm tãta sit etiam eruditorum quorundam petulantia, tanta nequitia, malitia & vesania, vt sanis & ipsi præceptis abnegatis, institutisq; præclaris abrogatis, falsa complecti mâlint. Hinc esse, quur Diuinus ille Paulus Corinthys pædagogos etiam plures ait esse, at patres pauciores. Alij verò, his opinionum veluti vẽtilationibus pios examinandos exagitandosq; existimãt, an constantes in vera fidei professione & propugnatione mansuri sint: qua ratione eruditiss. Moses Israelem allocutus videtur, quùm sibi populus propter voces, lampades, buccinæ sonitum, montẽq; fumantem admodum metueret, Tentat, inquit ille, vos Deus. Iamq; iterum, qui D. Deum, nostris sceleribus offensum ex Prophetarum oracu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis confirment, inueniuntur, quòd bonos contemnamus, nec ijs obtemperemus, qui nobis præfecti sint. atque hoc in causa esse, quur bonis præfectis indigni eos habeamus, quibus contra sana Ecclesiæ placita insanire iuuet: quin necessum esse, similes (quod aiunt) habeant labra lactucas.

Enimuerò Præsul Amplissime in hac prolixa, longeq; verissima causarum serie, dum meditabundus subinde versor, non semel illud animo occurrere solebat, quod adeò nunc multis, quibus lites serere, erroresq; fouere placet, veneranda neglecta sit antiquitas: eamq; nõ minimã ego violatæ Religionis causam esse existimo, quòd nostris temporibus excussis studiosorum hominum manibus priscorum monumentis, lubenter ita noua, eaq; tantùm nõ pessima, inerudita, hæreseosq; toxico venenata, proponi legiq; videamus. Horũ namq; scriptores, quùm hoc in aio (quẽ reuera κυνεόν τε νοὸν habẽt) cũ primis habeant, omniq; studio contendant, vt in suã sententiã lectores non ita versatos abducant, atque id plerique omnes magna quoque verborum abundantia efficiant, fit non rarò, vt ij quoq; lectores, qui non eò, nisi cognoscendi saltem studio accesserãt, ipsa suauitate, (qua quidem scripta eorum referta videntur) copia elegantiaq; capti, in diuersam partẽ incũbant, & in eorum sententiam manibus pedibusq; discedant. Permulti igitur communẽ doctrinæ sanioris explicationẽ non recipiunt, sed fastidiunt, (vtinam vt Prometheus Pandoram, quod est in fabulis) de vitali baptismatis aqua nobiscum digladiantur, interq; se miserè etiã repugnantes concertant, eamq; efficaciam, qua per Spiritum sanctum renouamur, & Christo regeneramur, vix agnoscunt: veram de salutifera criminum nostrorum remissione non sustinent, sed multi sacramentum esse inficias eunt: alij in tremenda et sacrosancta Synaxi ipsam Christi præsentiam rident, exibilant, conuitijsq; incessunt, non adorant, aut venerantur, omniaq; Christi (vt verbo dicam) Ecclesiæq; præclarè instituta contẽnunt. Hanc indicibilẽ temeritatẽ, audaciam & impietatẽ, quam nemo pius cogitatione aut animo complecti potest, quis nõ vel ἀθεῶν omnibus, atq; adeò Deo ingratã odiosamq; existimabit, acriq; castigatione dignam? Ergo impius Turca aufert minuitq; imperiũ, populos trucidat, vrbesq; populabundus omneis, non secus ac tempestas quædã prosternit et eruit, sæuiùs forsan, si quid modò excogitari duriùs, et inueniri potest in nos tentaturus, ni maturè cum Deo paciscamur, religionem pacatam reddamus, populumque Christi rursum, Ecclesiæq; p̃cepta & instituta exequi, obseruare & colere doceamus.

Quocirca pij doctiq; oẽs, quotquot animũ ad absurdas monstrosasq; hæreticorũ opinationes refutãdas delendasq; appulerũt, nihil priùs & antiquiùs habuerunt, nihilq; p̃stantiùs aut firmiùs existimauerunt, q̃ grauissima Maiorum nostrorũ monumenta, quæ doctrinam Ecclesiæ incorruptã, variationesq; & discrimina verissima, rituumq; optimas institutiones inculcarẽt, vesanis illorũ scriptionibus opponerent. Nã, quùm sacræ literæ in diuersum ab ijs sensum trahantur, nec nostras parteis ꝓpter inquietos istos hoẽes aliâs tutari possimus: doctrinæ ꝓpetuitatem & cõstantiam cõtra eorũ insolentiam adferre solemus.

quod

quod quidẽ tutissimũ est. Vnde verò eã approbare poterimus, (nõ moror, quod forsan hîc obiecturi sunt) nisi ex cõstantibus Patrum scriptis, eruditissimis eorũ lucubrationibus, qbus loca inter hos cõtrouersa explicauerũt? Prõinde optimè semp Princeps Illustriss. de Rep. Christiana ij mihi mereri visi sunt, q in horũ scriptis, q̃ partim tẽporum iniuria et supioris sæculi ignorantia, intercidere, partim blattarum inimicitia & Typographorum incuria corrupta sunt, aut recuperandis aut emendandis opam suã, eamq; diligentẽ posuerunt. Extant itaq; excellentiss. grauissimorumq; Patrũ, eruditiss. scripta, q̃ tum germanam S. literarum interp̃tationem ꝓponere, tum verò de vetustate ac certitudine verissimæ doctrinæ nos cõmonefacere possunt. Porrò his, vt oĩnò dicto audiẽtes simus, Moses etiam nobis grauiss. auctor est, in nobili illo carmine, quod D. Deus ab eo cõscriptum, Israẽlitis tradi volebat, memoriaq; teneri, & semp in ore haberi mandabat. Memento dierum (inqt) antiquorum, cogita generatiões singulas: Interroga patrẽ tuũ & annunciabit tibi, maiores tuos & dicent tibi. Posse enim ex horum scriptis syncerã doctrinã cõseruare & ꝓpagare, nimirum is est eorundẽ fructus lõgè maximus. Itaq; diligẽtiss. ille vates Hier. dominica suos etiã voce, vt spretis malorum Assuris & Ananiæ p̃sulum monitis, diuinæ legis traditiõi, sanctisq; maiorũ suorum institutis insistãt, adhortatur: State, inqt, sup vias, et videte, & interrogate de semitis antiqs, q̃ sit via bona, et ambulate in ea, et aĩs vestris refrigerium inuenietis. Si itaq; nostra cura, cogitatio, operaq;, qd fieri debebat, in ijs cõseruandis poneretur, vt p̃clara eorũ sentẽtia monet, nulla oĩnò dissensio, q̃ adeò nũc validè Ecclesiã nostrã cõcutit, nulliq; extarent errores. Neq; interim studiosorum hoĩm manibus pia recentiorum scripta excutienda puto, sed præferenda maiorũ monumenta aio. eaq; amplectenda potiùs, quòd ij ab omni cùm amoris tum iræ cupiditate longè alienissimi, genuinam prorsus veramq; Christi doctrinæ interpretationem conscriptam, posteris tradidêre.

In his verò, q primas Ecclesiæ institutiones scitaq; descripserunt, et initia incrementaq; Christi, pfessionis enarrauerunt, nõ infimum reuerà scripta D. Clementis Summi Rom. Pont. obtinent locum, hominis profectò sanctissimi, &, vt semel dicam, discipuli Petro Apostolorum facilè principe in primis digni, q̃ singularẽ maiestatẽ et dignitatẽ certè Apostolicã referũt. de qbus vel ob ipsius sanctimoniã nemo ꝓnunciare dubitauerit. Nam (vt lõgiùs paulò hæc repetamus) qua in re sua vita nõ insigne documentum ædidit futuræ dignitatis, quùm nõdum etiam Christi sacris initiatus esset? Qui enim vix se cõfirmâsset, iamq; virilem togam primùm induisset, cogitationibus ijs, quæ sapientem decent, in primis animum occupatum habuit, quæq; vitam suam quàm maximè instituere possent. Et quùm à pueris sapientiæ studio operam nauâsset, hucq; omne studium suum contulisset, vt bene beateq; viuere posset, subit animum aliquando meditatio, quid sibi post mortem euenturum sit, an ne victurus, ac porrò animus sibi sit mansurus? Egregia profectò disceptatio, quæ prophani & à CHRISTI cognitione alieni etiam dum mentem subiret, non indigna Christianis hominibus. Hac ergo in re quùm animi angeretur, et quid statuat,

 dubi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubitaret, dedit Clementi initium peregrinandi, fuitq; ei occasio, qua ad Christi cognitionem veniret. Etenim duplici sese ratione impulsum, quur hac de re secum deliberaret, alibi ipse copiosissimus testis est. Nam, si non sit victurus (vt multi affirmabant) quánam tandem ratione in bene maléve viuendi doctrina anxiè adeò se torqueat, quùm eodem loco tum bonus tum malus æstimandus veniat, quinetiam αὐτὸν ἐλεεινότερον πάντων τῶν ἀνθρώπων εἶναι, vt loquitur Diuinus ille Paulus, si in certa vitæ professione sibi laborandum esse putaret. At verò, si futurum sit, vt viuat, benéne an malè habiturus? Vtrúmne verum sit, quod scripserat Poetarum ille doctiss. de ijs, qui apud inferos agunt.

Gnosius hæc Radamanthus habet durissima regna?
Castigatq; auditq; dolos, subigitq; fateri,
Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem? *An rursum:*
Tisiphone quatit insultans, toruosq; sinistra
Intentans angues, vocat agmina sœua sororum? Huius sibi tum nodi soluendi causa Aegyptum sapientibus refertam petit: reique veritatem à Necromantiæ doctoribus discendam decernit, ni cuiusdam philosophi consilio, quòd illo quoque tempore ea vel damnata vel suspecta esset, dissuasum ei fuisset. Romam itaq; regreditur, vbi in publica docetur concione, in Iudæa quendam esse, qui mundi technas argueret, veritatem profiteretur, æternique Dei regnũ prædicaret, quod adipisci liceat, si quis optima semper viuendi instituta comprobet & tenere velit. Ecquis non hosce exantlatos labores in homine etiam Christiano miretur & extollat? Quotusquisq; nostrùm nunc inuenitur, qui veritatis huius inuestigandæ gratia ita sudandum sibi existimet, vt ethnicus etiam num Clemens? Sed non deest pia proponenti diuinus fauor. Nam nauigaturus in Iudæam vento refragante Alexandriam appulit, vbi in Barnabam ibidem Christi doctrinam profitentem incidit. Hoc auctore igitur & suasore Iudæã versus proficiscitur: sed in Cæsarea (Stratonis nimirũ, ea, quæ olim tribui Manasseæ ascripta haud ita procul à Carmelo monte distat) D. Petrum inuenit, disputaturũ cũ Simone Gitthonensi, Mago Samaritano. Hic à Barnaba, in quem, quùm Petrum à ianua quæreret, incidit, oblatus eidem, in Socium statim, itineris q; comitem adscisitur. Quot tandem post difficultates vitæq; molestias veritatis magistrum inuenit Clemens? Porrò, ne citiùs, quàm prudentem hominem decet, credulus esse videretur, quæstionum, quæ eũ primò ad peregrinationes compulerant, veritatem & dissolutionem inuestigat. Sed enim difficiles & præclaræ eæ erant, nec ita cuiq; solutu faciles. Omninò namq; & semper viri sapientes quærebant, quid de humano animo statuendum esset, mortalisne an immortalis is esset? qui quidẽ si immortalis & æternus esset, vt Platoni summo philosopho iamdudum anteà probabatur, futurúmne esset, vt de ijs, quæ in mundo hoc gessisset, ratio reddenda esset? Omni quoque seculo diù multumq; quæsitum erat, qũænam boni viri officia essent, quibus rerum omnium effectorem sibi deuinciret. Atque hoc mouet Clemens. Magna rursus doctis controuersia erat de huius vniuersi ortu, án ne mũdus esset factus, iterumq; dissoluendus, vtrúmne aliquando præstantior futurus? Hæ tum cogitationes piam hominis mentem exercitabant: quarum omnium apertissimas solutiones è D. Petro cognouit: maximè verò, vnicè de acquisitione veræ eum sapientiæ erudiuit, quaq; eam ratione consequi posset, non sine aqua vitali hoc fieri, eamq; prorsus ad pietatem necessariam.

Habes Præsul Amplis. quídnam Clementi ianuã aperuerit, qua ad Christũ discendum cognoscendumq; veniret, πρόπυλον non ita ineptam, vt hinc quisque facilè colligere possit, quæ huius sanctiss. optimiq; initij ἐπίτασις καὶ κατεργασία expectanda veniat. Namq; Petri verbis ille fidem adhibens, doctrinæ Christianæ fit discipulus: cui tamen ante salubrem ad regenerationis lauacrum accessionem trium mensium indicitur ieiunium. Vsque adeò celebris Apostolis, Ecclesiaéque salutaris ieiunandi consuetudo visa est, quæ iam indè vsque à Christi in cœlum ascensione in scitis Ecclesiasticis sacra permansit. Equidem repletis virtute à Seruatore promissa Apostolis, veritatisque Spiritu in eorũ corda ingresso, non dubitandum videtur, inter cætera cœlestis illius doctrinæ sacramenta, hanc spiritalis temperantiæ disciplinam de Consolatoris Spiritus magisterio fuisse conceptã, vt sanctificatæ ieiunio mentes conferendis sibi charismatib. fierent aptiores, habilioresq; Porrò, quis huius nostris hisce tẽporibus vsus? Vix in sacris hodiè suscipiendis aut administrandis functionibus à non paucis, in quàm plurimis locis, vix inquam sobria illa parcitas adhibetur. adeò vera refrixit charitas. Hac tamen veluti παρασκευῇ Petrus Clementem ad baptismi susceptionem præparandum existimat. Intereà, dum hanc ieiuniorum litat ille victimam, (verbis vtor Prudentij) magnum D. Petro cum Simone Gitthonensi, cuius paulò antè mẽtionem fecimus, de vera religione negotium erat, adeò, vt dies vtriq; disputationis assignatus esset, quo cõuenientibus hac de re disceptaretur. Magus autem ille veritatis formidans efficaciam, Tyrum se recepit, tutoq;, quod res erat, ibi se suas fraudulentas machinationes exercere posse existimat, sed cõsequitur eũ Petrus, quò Cæsarea Clementẽ, Nicetã & Aquilam ablegat, qui huius technas inuestigent. Hic in Appionem hominem apprimè eruditũ, quiq; à facundia plurimùm poterat, incidit, cui, Clementẽ anteà obidẽ sapientiæ studium sibi familiarẽ, philosophicis argumentis à Sacra Christi professione deterrere, studiũ erat. Non enim malorũ ille oĩm incẽtor artifexq; Diabolus ferre poterat nondum tincti vitali aqua diligẽtiam, facilè colligens, quis futurus, si hac in fide, quod factũ, progredi cõtingeret. Porrò q̃d fit? Quùm Magus ille hinc Berytũ, inde rursus Tripolin fugeret, eũ semp & vbiq; Petro insectãte, nõ est pgressa disceptatio. Neq; enim nequissimi hõis simulatio diuturna poterat esse. Iamq; p̃scriptũ ieiunij tẽpus absoluerat Clemẽs, quo salutari illa aqua abluẽdus erat, animusq; sordibus purgãdus. Abeũt igitur extra Tripolin ad maris fontes, ibiq; à D. Petro in SS. Trinitatis nõie baptizatur, inq; sanctorũ album adscribitur. Atq; ita pientiss. Clemens optatam contigit metã, quã iãdudum ieiunijs multis, votisq; ardentibus apud Deũ consequi desiderârat.

Pla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Placét ne porrò sanctißimam hominis vitam diutiùs inspicere, quam nunc eam Christo initiatus egerit? Digna profectò, quæ omnium ob oculos ponatur, quùm tam mirabilem in ea plurimorum bonorum exemplorum copiam inueniás, & quid non mireris, nescias: summám ne rerum humanarum omnium despicientiam & contemptionem, animi magnitudinem, an tranquillitatem & securitatem: diligentißimámne rerum inquisitionem & inuestigationem, an singularem rursus modestiam illam & temperantiam,

Prud. in Rom. martyre.

Frontis pudorem, cordis innocentiam,
Pacis quietem, castitatem corporis,
Dei timorem, regulam scientiæ,
Ieiuniorum parcitatem sobriam,
Spem non iacentem, semper et largam manum, in quibus singulis iã Clemens adeò paulatim elucescebat, vt singulis operam vnicè suam nauásse videri possit. Nam, si in Aristotele philosophorum facilè principe magna multis admiratione dignum, multisque propè incredibile visum fuerit, quòd ad annos vsque viginti etiam apud præceptorem suum Platonem hæserit, & ex eo vitæ præcepta arteisque didicerit, quùr non multò admirabiliùs videri debet, quòd hic nunquam Petrum deseruerit, sed semper ex ipso vitæ Christianæ formulam, leges & præcepta cognouerit, atque adeò fidus discipulus ad mortẽ vsq; magistro adfuerit? Nec enim laboriosis Petri profectionibus, quas eum propter Euangelij professionẽ suscipere oportebat, nec imminentibus periculis & angustijs, alijsq; id genus innumeris molestijs, quæ eam passim comitabantur, deterreri potuit, vt Petrũ derelinqueret. Adeò iam altas Diuinus ille Spiritus ei in regenerationis lauacro infusus, altas, inquam, radices egerat. Itaq; quùm Petrus Antiochiam versus iter adornaret, eoq; suos socios famulosque Nicetam & Aquilam (ne multitudine comitum infirmus adhuc cætus credentium offenderetur) antè ablegaret, vnũ sibi Clementẽ secum retinet, retentumq; copiosiùs erudit de Christi ꝓpotẽtis fide. atq; permulta de famulitio, quũ alter alteri inseruire cupit, verba inter se commutant, vt non satis sit, vel Petri in docenda fide demirari sedulitatem, vitæque submißionem, vel Clementis in ea amplectenda studium, placabilitatemq; Cæterùm insignis hîc inaudita & incredibilis Clementi obtigit fœlicitas. Qui enim, casu nescio quo, vtrunque parentem fratresque, quos duos numero habebat, amiserat, Dei tandem prouidentia, Petrique mira sagacitate omnes recepit. Naui namque Antiochiam ijs abeuntibus, Aradum in conspectu sit insula, vbi, quùm eò visendi gratia appellunt, Diuus Petrus Clementis deprehendit matrem, Matthidiam, iam longo sibi tempore desideratam. Non equidem hæc illi exigua è Christiana orta professione vtilitas erat. Rursum, quùm hinc Laodicæam petunt, quò iam Aquila Nicetaque conuenerant, ex relatu Petri tres se illi fratres agnoscunt, germana suorum nomina, se Faustinum & Faustinianũ appellatos aperiunt, eorumq; mutatorum causam referunt. Itaq; ei mater iam (diuina certißimè virgula) reddita, iã redditi fratres, solus verò parẽs aberat,

Refertur hic in cõpendio vitæ Clemẽtis fusè.

quem

quem vnà omnes interfectum, aliásue mortuum existimabant. Intereà, quoniam mater liberiq; nondum communi mensa vti poßent, quòd illa profana esset, baptizatur ea ad littus maris (ita enim fieri solitum eße ex Diuo Luca accepimus) à Petro, à cæteris seiuncta, quùm pariter omnes (quò citiùs voto fruerentur suo) diem ieiunauissent. quo loco quidam illum solus ibi fortè fortuna vagabundus acceßit, deq; fato, quod illud iniquum sibi compertus esset, acriter cũ illo disserit, quem Apostolus omnium eorum parentem ex verbis suis Faustum deprehendit. Itaq; & hic suis redditus est. Quis non prorsus stupeat in hac repentina Clementis parentumq; eius & fratrum, nec opinata inter sese agnitione? adeò mira quidem, vt multis non longè forsan à fabula abesse videri poßit. Ego verò, quùm multis ex alijs argumentis verißimam non dubitem, tum mihi illud facile persuasit, quòd ipsum Clementem hanc non puduerit, vt historiam remq; veraciter gestam D. Iacobo Apostolo & Hierosolimitano Episcopo aliquot etiam libris referre, (absit autem, vt in eum vanitatis mendacii ue suspicio cadat) easq; eam ad impellendos animos mihi vireis habere videtur, vt in ea legenda, neminem lachrymas continere posse putem. In primis hoc verò cogitemus, quàm iucũdum Deo gratumq; animarum hîc lucrum acceßerit. Quod quũ omnis ille boni insidiator Diabolus non pateretur, Simonem Magum, quo suo aduersum pios organo vtebatur, incitat, Antiochia statim Laodiceã abeat, de Deo cum Apostolo disputet, fatum aßeueret, omnemq; vt in pauca rem conferã, lapidem moueat, quò Faustum liberosq; de sana in Christum fide, bonaq; sententia deijciat. Non ille in tali negotio tergiuersatur. Huc ergo cum Annubione & Appione Plistonicensi hominibus eruditis illis quidem, sed nimiùm falsæ Magiæ studiosis, Magus ille se confert, qui Petrum πρὸς τοῦς ἑνὸς τοῦ θεοῦ μοναρχίας falsitatis conuinceret. Verùm quùm sciret veritatis orationem efficaciorem, quàm vt eam sustinere poßet, fraudulenter cum suis egit, vt Faustus senex in suam transformaretur formam. Inuitatur ab eis, Simonisq; insidias vltrò apeiunt, sed quia non conspectum eius Petro ita consulente fugiebat, vnguento dato Magus eum suæ faciei similimum reddit. Itaq; iam Faustum liberi materque vnà fugiunt: & quùm ex Cæsaris decreto capiẽdus erat Magus, parùm aberat, quin pro eo senex deprenderetur. Quàm verè Diuinus ille Paulus Sathánam se in angelum lucis transformare dixit, qui hîc propè pijs imponit? Sed Petri solertia prudentiaq; fucus detegitur, & excipitur parens, Antiochiamq; mittitur, vt nomine Magi nequißimi, cuius iam faciem referebat, plebem ab ipso in D. Petrum anteà concitatam sedet, sibiq; conciliet. Qui ergo vera forma ab Apostolo eos distraxerat, iam falsus huic rursus eos congregat, efficitq; vt veram de Dei filio doctrinam cognoscere cupiant. Ergo Apostolus cum Clemente, constituto Laodicensibus priùs Episcopo, Antiochiam petunt, ciuesq; Dei verbũ voluntatemque edocet ille, vbi tandem Faustum aqua abluit vitali, & cum vxore liberisque Christo eum, ipsosq; sese reddit. Sed parẽtibus vt Romam abirent, dimißis, ipsi porrò prædicando verbo institerunt.

Act. 16.

In hanc prolixiorem, multoq; verißimam narrationem abduxit me misera

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clementis calamitas, inauditaq; rursum fœlicitas, qua tam mirabiliter parentẽ vtrumq;, fratresq; inuenit. Porrò, vt vnde paulùm digressa sit, redeat oratio, quũ Petrus multos iam annos Antiochenses ciueis, vicinosq; populos fidẽ, q̃ ad Christum vnicè respicit, docuisset, Spiritus S. admonitus oraculo, quẽadmodum magni auctores testantur, Romã secundo Claudij anno cõmigrauit, ad conuincendum eundem Magum, quẽ maximè hactenus fidei obstare nouerat. Huc igitur vnà Clementẽ suum pduxit, quem semp Comitem habuit, vt hic sanctiß. vir disceret ex ipso modum docendi verbi, administrandorumq; coràm Dei mysteriorum formã cognosceret. Igitur Apostolus, vbi magnis difficultatibus technas Magi refellisset & cõfutauisset, sanamq; ibidẽ doctrinam disseminauisset, multisq; pclarè factis miraculisq; ad alterum vsq; Neronis annũ cõfirmauisset, Clementem cognito diuinitùs, vitæ sibi instare terminum, suum hucusq; discipulum sociumq; fidelẽ, coram omni multitudine, suo loco inuitũ etiam repugnantemq; designat Pontificem: Hic post suum discessum Ecclesiæ prouideret, eam doceret, & ab inimici Diaboli laqueis vindicaret & tutaretur. Qua verò diligẽtia in hac puincia, gentium Deos falsos cõprobrauerit, fictã eorundẽ originem demonstrauerit, nostram fidem assertam egregijs factis confirmàrit, scripta etiãnum eloquentißima testantur. Equidẽ copiosè significant, nihil vllo tẽpore ab eo omißum, quod ad Episcopalem functionẽ, veriq; pastoris munus attinet. Vtinam igitur, vtinam hunc vnum nostrates Præsules in exemplũ trahant, huiusq; sibi præclarißimas virtutes ob oculos ponant: breui nimirum Remp. adeò nunc (dolor) miserè affectam, florentißimam habere possemus. In eo summa veri perspicientia erat, vt & D. Paulo charus in primis fuisse ideo videatur, summa animi magnificentia, rerumq; humanarum oĩm despicientia, tranqllitas & securitas. Siqdem Episcopum acturi nec anxij futuri sunt, & cum grauitate cõstantiaq; victuri. Ille verò, quam nõ eam in verbo diuino docendo, veroq; Dei cultu astruendo, summam adhibet, quam nõ vacuitatem ab angoribus? Id persequutio Sisinnij Imperatoris Neruæ necessarij, quem inimicum initio propter vxorem Christianam sibi habebat, abundè testari potest: Potest item P. Turcutiani Sacrorum ethnicorum præfectus durißima in eum molitio. Illius enim neq; minis neq; huius iniquis blandityis, simulationibus, aut exilij cõminationibus frangi, & de fide deduci potuit. Atqui, quid magis magnitudinem animi, grauitatemque hominis arguere potest, quàm omnibus vitæ commodis, oblectamentisque propositis, ea omnia propter vnam veritatẽ aspernari? quùm acerbißima quæque minitentur, eadem parui facere, eaque ratione eum stabili & firma contemnere, ita, vt nihil tum à statu naturæ discederet, nihil à dignitate & profeßione Pontificis? Præterea, quis non maximam illam incredibilemq; mirabitur submißionem, qua Linum Cletumq;, vt Pontificio ante se officio fungerentur, non admisit modò, sed & maximè huc hortatus est? Etsi enim ille, vt diximus, à D. Petro morituro designatus esset successor, ne tamen ambitiosè agere videretur, Lino primùm, dein Cleto, extimulante proculdubio humilitate eum, cessit. Quàm hìc nostri sæculi non paucis dißimilis, qui, quùm ad rem gerendam accedunt,

accedunt, solùm, quàm res illa functioque honesta sit & splendida, considerant, an verò efficiendi facultatem habeant, ne cogitant quidem. Vtinam non nimiùm vera prædicem. At non ita Clemens, qui Petro omnem excusationẽ adfert, onus hoc vt excutiat, honoremq; non recipiat: quin duos etiam num creatus præferat? Quamuis non desint, inter quos Rufinus noster, q̃ huius libros in latinũ sermonẽ transtulit, q̃ eos Episcopatus saltem curam geßisse, at Clementẽ Apostolatus impleuisse officium, donant. Porrò, ne quis periculorum metu, quæ tum Christianam paßim doctrinam comitabantur, fractum eum, aut pœnarum magnitudine deterritum, aut ignauia suo abstinuisse munere arbitretur, egregius testis Mamertinus Vrbis præfectus esse potest. Nam quùm XXIIII. tandem anno post Petrum Pontificatu in se recepto, & ad IX. annos fideliter administrato, omni cura, omniq; labore suæ cũ primis profeßionis satageret, non hoc ille ferens, Præsulem ad se accersitum admonet, fidẽ abneget, Deosq; adoret: quo quidẽ recusante, ad Traianum principẽ, oĩa, quo in sta tu religio versetur, & quot modis à Clemente cõturbetur, refert. Omninò is, aut Dijs immolet, aut in exilium abeat, iubet. Quid tum factum expectas? Equidẽ Deos adorare salua conscientia, rataq; pietate non poterat, qui hactenus falsos multis annis eosdem docuerat: neq; profectò volebat, qui aliud nihil velle didicerat, quàm quod Christo docente faciendum sibi semper decreuerat. Abit ergo sanctiß. vir in indignißimum exilium nudus à propinquis, nullaq; cognatione munitus, ad vrbem Chersonem longißimè ab vrbe distantem, quam Chersonesum à Pomponio Mela excellentiß. orbis descriptore vocari existimo, Mæotidi admodum vicinam, omni populo, squalore, luctu, mœroreq; aßiduo Põtificis sui charißimi discessum deflente, eiusq; reditum desiderante, atque adeò ipso vrbis Præfecto miserabilem indignamq; viri fortunam miserante. Ecquis non insignem huius constantiam, animumq; inuictum miretur, suspiciat? Huc quùm peruenisset, ingentem Christianorum copiam & multitudinem inuentã, ibique religionis causa in ergastulis ad secanda marmora condemnatam, iamq; aquæ penuria laborantem reficit, fonte ab immortali Deo suis precibus, quæ nihil non poterant, impetrato. Adeò nusquam non benefaciendi locum pius ille Pontifex quærit. Sed enim hoc miraculo vicinus populus adeò sui admiratione affectus est, vt omni ad eum ciuitate confluente, spiritalisq; doctrinæ dulcedine capta, omneis ad fidem traduceret, multaq; indies millia per salutiferam illam aquæ tinctionem sanctorum albo asscriberet. Vsque adeò verißimum est, non posse vrbem supra montem eminentem positam abscondi, quod à Seruatore prolatum est. At verò Cæsar molestißima sibi hac accepta fama, Aufidianum eò ducem ablegat, qui cunctos à sana religione deducat, nolentesq; puniat. Porrò, quùm neminem à sententia deijcere posset, quin plures sese pluribus pro ea periculis exponerent, in vnum tandem Clementem veluti κορυφαῖον vertitur. quem in medium mare abductum, ancora de collo pendenti in profundum demergit. Hæc est breuißima sanctiß. hominis, Opt. q̃ Præsulis verißima vitæ narratio, qua mirabilem sanctitatem deprehendimus, quibus se laboribus, qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

busque periculis pro Christi fide dederit, quo ad vsq; res & ætas & sororũ filatrium patiebantur atra, vt ille loquitur. quam si semel animo, semel cogitatione complecti velint ij, qui ad Ecclesiarum nunc gubernacula sedent, inuenirent dubio procul, si nusquam aliâs, certè in hoc viro, quæ veræ eorum functiones essent. Sed nimiùm de ea forsan.

Proinde his nunc missis, quantùm instituta breuitas patitur, de scriptis integerrimi Præsulis, quibus ille nunquam non nobis viuit, & de quibus anteà orsi fuimus, pauca porrò dicamus. Nam scripsit ille elegantissimos decẽ libros, quos quidem Recognitionum, seu Græcè manis ἀναγνώσεων *inscripsit, quibus Diui Petri præceptoris sui laboriosissimas profectiones Euangelij docendi propagandique gratia susceptas, crebrasque & acerrimas cum Simone Mago primo in Ecclesia Christi hæretico & opinatore pessimo disputationes, & Christianismi incrementa refert, nec non suam, parentumque & fratrum incredibilem amissionem, repentinam agnitionem & ad fidem sanam conuersionem, complexus est. Porrò, quùm multæ sint causæ, quibus scriptores, vt quos priuatim conscripserint libros, vt foras dent, impelli solent, grautores tamen duæ, vtilitas honorque, quæ quidem eodem plerunque omneis abducere possunt, potissimùm extant. Equidem vtilitas, modò priuata fuerit, ita subinde scriptorum occupat animos, vt ipsi maioris, sed alioquin turpioris quæstus causa labores diuulgent suos, eorumque quasi vilem mercaturam faciant, non sine aliqua ipsius sapientiæ, è cuius vberrimis fontibus ea scripta manârint, nota profectò infamiaq;. At honos & inanis illa prædicandi cupiditas, adeò quandoque eos delectat, vt lecturis videatur* ὡς τὸν βέλεσθαι ἀληθινός τε καὶ ἀλάζονας φαίνεσθαι, *vt sapientissimi Xenophontis Atticæ reuerà Musæ verbis abutar. Clementi verò nulla talis proposita fuit causa, sed sola Petri Præceptoris iussio & præceptum, cui quidem non parére nefas videbatur vitiumque. Testatur illud ipse sæpissimè ad Iacobum fratrem Domini. Nam quùm Petrus ad diuulgandam communicandamque cum gentibus, Iudæisque sparsim earum regionem incolentibus, CHRISTI fidem Hierosolima abiret,*
Vide finẽ 3. li. Reco. ** petierat Iacobus, vt concionum suarum progressum fructumque, quem inde auferret, ei significaret. Cuius honestissimæ petitioni, quùm non denegare posset, neque vellet Apostolorum ille princeps, hac in re Clementis sui opera vsus est. Ecquis igitur non summam hisce libris maiestatem, dignitatemque tribuat, eosque magno in honore habeat, Petri mandato, quod certè non parui faciendum erat, à Clemente eruditiss. viro, qui antè, quàm ad Christi sapientiam veniret, omnem Græcorum Philosophiam penitùs didicerat, conscriptos, & Iacobo Hierosolimitano Episcopo, fratre Domini dedicatos? Iam verò, si de eorum vtilitate dicere cupiam, campum adeò largum mihi apertum video, vt vbi initium faciam, aut vbi desinam, non facilè inuenero. ac proinde consultiùs propè putem ea supersedere, ne si parciùs frigidiusq;, quàm ij merentur, laudâsse reperiar, non tam commendauisse, quàm veræ vtilitatis expertes, in-*

tes, inopesque mea orationis ieiunitate notauisse, videri possim. Enimuerò mihi sæpè de ea cogitanti, Princeps Illustrissime, illud verissimum commodissimumq; esse animo occurrebat, hosce libros non exiguam esse accessionem, eorum, quæ D. Luca auctore elaborata sunt, Actorum Apostolicorum. Nam, quùm hoc Euangelistæ in primis propositum esset, vt Petri, Apostolorumque reliquorum res post Christi resurrectionem, eiusdemq; in cœlum ascensionem gestas describeret, paulatim tamen, quùm Pauli emendationem & conuersionem enarrauisset, illiusq; tum diligentiam tum erga religionem studium docuisset, dilapsus est ad eius labores solùm explicandos, periculaq; ideò suscepta docenda. Etsi itaq; ille docet, et elegantissimè quidẽ, quibus modis Christus terras reliquerit, vbi in cœlum & quo tempore ad Patrem suum cœlestem abiuerit, quo pacto Spiritus ille promissus cælitùs aduenerit, quibus initijs Ecclesia cœperit, qua ratione polluerit, primumq; accreuerit: tortsisset tamen pios semper, quidnam de Principe illo Apostolorum factum fuisset, vbi & quanto cum fructu, ac quibus temporibus, alijs atq; alijs locis diuinam volũtatem annũciasset, fidemq; propagâsset. Atqui hæc omnia Clemens hisce libris explicauit abundè. Vt taceam acutissimas illas & hostileis Petri cũ Mago disputationes, quibus nostram fidem ab eo inimicissimè oppugnatam defendit, aperuitque viam, qua contrà tutò contra talium nequitiam incederemus. Quem rursum non delectãt iucundissimæ, sanctæque planè D. Petri cum Clemente alijsq; colloquutiones & confabulationes, amicæq; concertationes, vbi nunc de fato, nunc de origine ethnicorum Deorum, nunc, quid inter humanitatem & amicitiam interfit, aliaq; infinita, quæ nostra oratiũcula non capit, & è quibus nunc hæc solùm in mentem veniunt, tam pulchrè disputant? Nihil profectò fœliciùs, quàm ita cum eloquentissimis simul & sanctissimis Patribus, quoties lubitum est, (lubebit autem semper,) confabulari: neque minùs habere perspectum illorum, qui ante tot annos vixerunt, ingenium, mores, cogitationes, studia, facta, quàm si multis annis egisses cum illis consuetudinem. Quantam demùm eruditionem, rerumq; sacrarum peritiam hinc comparare liceat, vel quinq; illæ epistolæ eiusdem, quæ partim ad Iacobum fratrem Domini, partim alijs scriptæ sunt Episcopis, copiosissimè legentibus significant.

Quamuis verò tam excellens horum scriptorum sit dignitas, tam insignis vtilitas, tantaque suauitas: tamen, qui vt inepta ea, lectuque indigna prorsus Doctorum manibus excutere conarentur, aliquot inuenti. Quibus certè non responderem, nisi eorum fraudulentis argumentis aliquos capi metuerem. Proinde si qui sint, qui obstrepant nobis, quòd in ijs libris, qui de iure Pontificio collecti extant, distinctione quinta decima, c. Sancta Romana Ecclesia, itinerarium Petri, liber scilicet ille, qui de peregrinationibus profectionibusque Principis Apostoli, quasi à Clemente conscriptus est, dãnetur, legendusque prohibeatur, ijs responsum velim, neque nos ipsis proponere legendum, sed potiùs idem asseuerare. Equidem ibidẽ reiecti numero sunt octo: nos verò X. euulgamus, quo quidem numero ab ipso

 auctore

Universidad de Deusto
Biblioteca

auctore distincti sunt, quemadmodum ex III. libri fine manifestum est. Quin probare etiam eo hosce argumento possumus, quòd, qui falsos reddere nisi, fortè fuerint. Atque hoc in Aristotelicis libris factum magni auctores aiunt, quos quùm ij diligenter à Ptolemæo Philadelpho in suam bibliothecam coëmerentur, quò plures diuenderent, ab alijs compositos, illi asscriptos testantur. Iam qui ἀποκρυφὰ garriant, fortè reperientur. Quid tum posteà? Ergóne Leo IX. in epistola ad Petrum & Ioannem Africæ Episcopos in fidei citat testem? Ergò ne Tertulliano, Lactantio, multisq; Eusebij monumentis carebimus? Enimuerò neque ea publicè sunt recepta, quùm nihil propè ijs sit puriùs, sanctiùs, doctiùs, sanìùs, pauculis saltem exceptis. Demùm, qui ex eadem pharetra quædam capita modò aiant probata, eos, quid dicant, ignorare prorsus existimo: dum nesciunt inepti, nulla hisce libris ea ineße, sed auctorem in X. solùm libros dißecuiße. Neque fore spero, qui ceu fabulam hìc narratam putauerint: quùm eodẽ modo & alij præstantiß. scrptores vanitatis argui poßint. Vt taceam, toties à grauißimis viris, hosce vt verißimam narrationem adductos in medium. Eusebius Episcopus ille Cæsariensis scripsit XIIII. libros de Præparatione Euangelica, eruditos cum primis & à pys valdè approbatos: in horum secundo tamẽ & sexto libris ad verbum suis scriptis inserta deprehendi quàm plurima hinc excerpta, demonstrariq; poßunt, vt à quibusdam doctiß. hominibus animaduersum quoque & annotatum est. Porrò præter hæc, quorum nunc mentionem fecimus, alia eiusdem auctoris monumenta deprehendimus fuiße, quæ tamen nunc non extant. Nam ipse alibi de vero Propheta commentarij, & aliorum quorundam meminit, sed nusquã modò apparent. Verùm, ne nihil tamen hìc profeciße videremur, nouo veluti fœtu volumen hoc auximus. Inuentum est etenim superioribus annis quoddam de D. Petri gestis & librorum Recognitionum Clementis elegans admodum compendium, quod quia perplura perpulchrè contineret, visum est eruditiß. homini Ioachimo Perionio, in Latinum vt transferret sermonem. Quod licet non ipsius auctoris sit: non dißimile tamen argumentum est, simili prorsus oratione, styloq; descriptum, quo non pauca ab ipso Clemente suis libris silentio præterita dilucidè, verè, breuiterque explicantur, adeò, vt non immeritò alius voluminis videri poßit epitome, quàm ἀνάγνωσεως harum, tibi nunc à nobis inscriptarũ, Præsul Ampliß. & à Rufino interpretatarum. Habes item antiquißimorum Clementis successorum hisce adiunctas aliquot epistolas, quæ non minùs Ecclesiasticæ tranquillitati consulunt, eosque abusus, quos Catholici hodieque grauiter deploramus, in veros vsus restituendos docent, & quã aliquando in Ecclesiam irrepserint, ob oculos clarè satis proponunt. Si quidem cui placeat scire, quo pacto sese contra hæreticos Episcopus gerere debeat, in prõptu est epistola D. Clementis IIII. quæ copiosissimè simul et elegãtissimè illud docet. Iam, qua ratione disciplina Ecclesiastica restauranda veniat, quantùm p Præsules Ecclesiæ steterit, III. Alexandri, septimi post Petrũ Rom. Pont. epistola abũdè demõstrat. Quanta nunc multis de Sacramentorũ administratione dissensio?

Eam

Eam profectò vnica illa Victoris Pontificis ad Africæ Episcopos epistola, modò concordiæ amantes acquiescerent, prorsus tollere posset. Quanta nunc inuidia laboramus propter reditus Ecclesiasticos? Ea vt auferretur, & eorum, quos quidem amplißimos non paucæ Ecclesiæ habent, verus vsus restitueretur, sola satis commonefacit Vrbani Pontificis epistola. Etiam alibi negligentes fuiße Præsules, Cælestini arguunt decreta. Sed enim maior horum omnium vtilitas est, quàm, quæ nostra præfationis breuitate complecti poßit, quam tamen nimiùm excreuiße iamdudum vereor.

Quocirca Præsul Reuerẽdiß. Princepsq; Clariß. vt ad te reuertar, en iã Clementẽ tuæ trado fidei, cõmendo, ac dedico, quem nõ parùm castigatiorem, argumẽto alibi scholiolisq; locupletatũ auctioremq;, à nobis hilari fronte accipere velis, etiã atq; etiã oro: nec dubito, qn pro innata tua humanitate id quàm lubentißimè sis facturus. Equidẽ subditabã, an ad ignoti Præsulis vultũ homini priuato venire liceret, sed hanc nostram verecũdiam, ne dicã δυσωπίαν, aio nostro Ioannes Birckmannus vir in negotiatione literaria præstans admodum, et singulari integritate conspicuus procul excußit: isq;, qui C.T. fidelißimè quoq; colit, optimam mihi de te spem attulit: quippe, qui istam tuam eximiam doctrinã, prudentiam singularem, humanitatem & liberalitatem incredibilem, omneisq; tuas virtutes apud me mirificè prædicare solet, cuius quidem verbis tantùm fidei habeo, quantùm dici poßit. Nec dubito, quin nostrum erga te studium beneuolentiamq; amplectèris. Nam & illud vnicè Præsulem, teq; in primis decet, vt eum, quo auctoritatem suam, Ecclesiæque sanißima instituta, quæ nunc (dolor) tam turpiter à multis conuelluntur, carpuntur & ridentur, contra detrectatores impiosq; aßerere poßit, charum habeat: eum amplexetur, quo si se iucunditati dare velit, honestißimè recreare queat. Hac verò tua opera beneuolentiaq;, qua nunc bonos doctosq; foues & complecteris omneis, Dominũ Deum profectò demereberis, summam virtutis tibi gloriam laudemq; inuenies: eamq;, qua etiãmnum mirabilitatem vicinis populis maximam facis, posteris tuis Episcopis optimam velut hæreditatem trades, cui ipsis dedecori eße, nefas certè vitiumq; existimabitur. Bene vale Præsul Ampliß. Princepsq; longè Clariß. nosq; tua, qua solos omnes eruditos, humanitate complectere. Coloniæ.

Anno salutis partæ, M. D.
LXII. III.
Cal. Sep.

INDEX

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM MEMORABILIVM VTRIVSQVE PARTIS, TVM Clemente auctore conscriptorum, tum epitomes huius, aliarumque Pontificum Epistolarum.

Aaronis officium 353.a.b
Abilius Episcopus 276.e
Abraham astrologus. 11.b
Abraham totum mundum ab interitu uindicauit 11.b
Abraham ex ordine stellarum, conditorem earum agnouit Ibidem.
Absolutionum uiæ discendæ 66.f
Absq; Baptismo nulli sperandæ salus 390.f
Accusatoribus quibus non credendum 242.g
Adamum cœcum natum fuisse asserit Simon 395.a
Aduentus Domini duplex 16.e.21.d
Adulteria licita apud Susides 125.c
Adulterium apud Seres nullum 124.a
Adulteria in elementis 132.b
Adulterium uitandum 174.g
Adulterij uariæ species 174.H
Adulteria Iouis 136.b
Aegyptiorum plagæ XII. iuxta numerum XII. Patriarcharum 12.e
Aegyptiorum sacerdotes animas de inferno educere nôrunt 2.e
Afflictiones dantur aliquando pro remedio. 67.d
Agricolæ 47.a.b
Agnoscitur Faustus à liberis & uxore 377.a
Alexandri Episcopi lenitas erga Arrium. 103.i
Alexandrina Ecclesia secunda sedes à sancto Marco consecrata 220.g. 276.e
Alcmæon quid de principijs mundi sentiat. 104.g
Alleluia mentio 343.a
Amazonum mos in congrediendo cum uiris 125.d
Amicus fidelis homini quærendus 211.c
Amici semper simul sunt 91.a
Amicitiam Dei quomodo adipiscamur 82.f
Anaxagoræ opinio de mundo 104.g
Anaximandri ratio de principijs mundi. Ibi.
Andreæ & Petri educatio, qualis 403.d
Angelum proprium unaquæque gens habet. 36.a
Angeli Deum uident 51.c
Animarum quies 17.a
Animarum præsides 28.e
Animarum uexatores post mortem exosi sunt Deo 2.G
Animæ per ignem traductæ reparantur. 78.h
Animalia etiam contemptissima à Deo creata sunt 113.A
Animus humanus agro neglecto confertur. 85.c
Anses à Mose populo præpositus 13.a
Antherus Episcopus 257.b
Antichristi mentio 60.c.f
Antiochena Ecclesia tertia sedes 220.g.276.e
Anubion 145.d.416.f
Apes ex putrefactis carnibus bubulis 107.d
Apium ex cornu cerui nascitur. Ibid.
Apis Aegyptiorum Deus 12.g
Apollinaristæ 282.h
Appollinaristis denegatur testamentum facere 303.c
Apollinaristarum libri prohibentur 304.e.f
Apostatæ qui 209.b
Apostolorum opus 34.e
Apostolorum simplex oratio 3.a
Apostoli quare sua in Iudæa uendiderint 268.f
Appion Plistonicensis 145.d
Appion & Annubion sodales Simonis 400.f
Aqua 10.e
Aqua cum sale 234.g
Aqua corpus diluendum 88.f
Aqua & spiritu omnia constare 108.f
Aqua marina ineffabili prouidentia Dei salsa est 107.b
Aquila & Niceta, non socij, sed spectatores Simonis 392.h
Aram qui primus statuerit dæmonibus 11.a
Arabes circuncisionem Iudæorum sunt imitati 115.d
Arbitrium quid 49.e
Arbitrij nostri eligere 53.b.48.h
Archiepiscopi 181.a
Arcus in cœlo ex repercussione solis 212.g
Arrij blasphemia 282.f
Arrius multos sibi adhærentes habuit 277.c.d
Arrio decem & septem subscripserunt 278.g
Arsacen Persæ habent 15.a
Artium liberalium quis usus 9.b
Assentire uel repugnare in proprio iudicio positū 387.c
Asparagi ex cornu capræ nascuntur 107.d
Astrologi taxantur 124.f
Auaritia sectas inducit 299.f
Auaritiæ causa clerici nihil agant 181.c
Augustini laus 378.g
Auxentius Arriani erroris 357.d

B.

Bapti-

Baptizandi mos 381.c.d
Baptizati non comedebant cum illotis. 45.b
Baptizari uolentes quid facere debeant. 193.d
Baptizandi tempus 42.g
Baptizat Faustum Petrus, eiq; sacram synaxin exhibet 422.fg
Baptizandæ Clementis matri Petrus ieiunium indicit. 412.g
Baptismus in locum sacrificiorum cessit 13.c
Baptismus Iudæos male habuit. 18.e
Baptismatis mentio 20.a
Baptismus quid prosit 202.g.h
Baptismum qui cassent 308.h
Baptismum paruulis quare quidam negârunt dandum 362.e
Baptismus omnibus necessarius 87.c
Baptismus et pœnitentia cur non sint protrahendi 390.g
Bacchi numen 68.g
Barbaræ gentes unde 11.d
Barnabæ oratio ad Romanos de Christo 386.f.2.h
Barnabas exponit acta Christi 387.a
Bella ex peccatis 34.b
Bellum uerbi Dei 33.b
Bellorum origo 11.b
Beneficentia Clementis erga matris hospitam 408.f
Bonitas Dei 382.e
Bonus nemo est per seipsum 379.c
Bonum omne à Deo 115.b
Bragmannorum innocentia 125.a

C.

Caini & Abeli nomina quid significēt 396.e
Cæsarea 4.h
Cæsaris locum Deum obtinere quidam dicunt 79.b
Cæsarem Romani habent 15.a
Calamitates nobis in uindictam datæ sunt 114.g
Callistrati opinio de principijs mundi 104.g
Canones patrum quando incœperint 275.b
Carnalis intelligētia corrumpit scripturā 46.f.g
Carnes putrefactæ corporis à connexione membrorum uiuentium sectione separantur 86.e.201.a
Carnis & sanguinis Christi quomodo participes efficimur. 287.b
Carolus Magnus 265.a
Castimoniæ species 203.c
Catafrigæ rebaptizati sunt 281.c.d
Catechumeni lapsi tribus annis inter audientes uerbum collocabantur 281.a
Cham seruorum pater 10.h
Charitas magistra omnium bonorum. 227.d
Chrismate ungebantur reges & prophetæ. 15.b
Christus nunquam abfuit suis pijs 16.g.h
Christus quomodo carne indutus 286.e
Christi diuinitas 241.d & 289.b
Christus quomodo à spiritu sancto sit glorificatus 289.c
Christus quare dicatur 15.a
Christus patri æqualis 306.f
Christi fama 2.g
In Christo qui sapientia est patris hostia oblata 12.b
Christum non credunt Iudæi aduenisse 14.f
Christo aduersari tria nos cogunt 29.a
Christiani quibus modis ethnicos uincere debeant 89.a
Christiani à Iudæis quomodo discrepent 16.g
Christianam ad uitam exhortatio 260.h
Christiani hominis exercitium 184.h
Christiani hoïs uita describitur, 308.g.306.g.h
Christiani unde 253.b
Christianorum patientia 22.f
Christianismi principium est, credere prouidentiam diuinam 60.b
Cibum capit Petrus seorsum à gentibus. 7.b
Cibi abundantia 69.c
Circunciduntur Indi & Aegyptij 11.d
Claues uerbi 337.b
Clementis oratio 3.d
Clemens in Iudæam nauigat 4.h
Clemens baptizatur à Petro 89.c.390.f.& 402.g
Clemens negotium scribendi suscepit à Petro. 64.f.& 424.f
Clemens matheseos fuit doctus 117.g
Clementis prosapia 92.e.404.f
Clementis liber de uero Propheta 6.e
Clementis & Barnabæ familiaritas 4.f.& 388.g
Clementem excepit Petrus humanè 5.a
Clementem quæ solicitum tenebant 5.c.& 385.g
Clemens exclusus à mensa 45.a
Clemens proficiscitur in Aegyptum 385.c
Clemens propter tempestatem Alexandriam appulsus 386.h
Clemens in Pontum proficiscitur 386.b
Clemens Barnabam hospitio excepit 388.f
Clemens comes itinerum Petri 389.b.c.403.a
Clemens Græcorum disciplinis excultus 397.c
Clemens 12 annos natus tutorum fidei committitur à Patre 405.a
Clemens à matre in naui repertus 402.d
Clemens proficiscitur Antaradum 408.g
Clerici nullum secularem honorem habeant 296.b 153.a
Climacterici anni astrologorum 123.a
Climata septem 126.g
Cœlestij uarij errores 360.h
Cœli duo 44.f
Cœlum 10.e
Cœlum quare resoluendum 50.h
Cœlum uisibile resoluetur in nouissimo die. 44.f
Cœli & terræ filij 139.d
Cœnæ deorum allegoriæ 142.g
Cœnobia extructa 168.h

Universidad de Deusto
Biblioteca

Collatio fumi & uitiorum 389.d
Columnæ uitreæ 96.g
Communicent omnes 209.d
Comparatio de duobus Regibus 31.c
Comparatio de medico 363.b.c
Comparatio de radijs solaribus & prædicatoribus uerbi Dei 197.b
Compositum quid 102.h
Concilium quare habendum sit 292.f.g
concilij Ephesini symbolum 285.c
Concilia quo tempore anni sunt habenda. 279.g
Concilij Niceni symbolum 282.e
Concilij Constantinopolitani symbolum. 283.c
Consilium Chalcedonense 291.d
Concilia duo in anno sint 179.c
Concio Petri qua beneficijs hortatur ad piam uitam 401.b.c
Confeßio uera 175.c
Confirmationis mentio 203.a
Coniecturæ in rebus diuinis nihil ualent. 120.e
Coniugium inter aquam & terram est. 132.h
Coniugium cum hæreticis fugiendum. 297.d
Coniugia quæ sint legitima 224.e
Coniurationis crimen uitandum 398.f
Conscientia arguit delinquentes 210.h
Consilij Dei nunciatores irrideri 388.f
Constantini imperatoris confeßio 265.c
Constantinus permisit patres cõuenire propter hæreses exortas 275.b
Constantinus lepra infectus 266.h
Constantinus Romam constituit caput Ecclesiarum omnium 273.a
Constantinus licentiam dedit prædicandi Christum 168.g
Constantinus conuocat concilium 277.a
Constantinus querimoniarum libellos ab Episcopis allatos exuri iußit 277.c
Constantinopolis noua Roma 593.a
Consuetudo 24.g
Conuincitur Faustus à Petro pœnas malis est apud inferos 417.a.b
corporis duæ differentiæ 104.e
Corporis humani proportio 109.a
Coruus per os concipit 171.c
Corrumpunt bonos mores colloquia mala 399.b
Creatorem à creaturis iudicari iniquum est. 70.h
Creatoris honor non debet creaturæ deferri 81.d
Creaturæ se ab impijs ulciscuntur 18.d
Crucis inuentio 323.c
Cultor Dei uerus 59.b.& 83.d
Cum non baptizatis non capiendus cibus 411.b
Cupiditas perniciosißimum peccatum 32.h
Cur Clemens contulerit se ad philosophorum scholas 384.h
Cyrilli synodicæ Epistolæ. 294.h

D.

DAemones ministri pœnarum 71.b
Dæmones exhorrescunt uerè credentes 73.a
Dæmones, quos inhabitent 68.g
Dæmonns corporibus humanis quare immergantur 68.h
Dæmones quomodo expellantur ab hominibus 69.b
Dæmones ad discendum ueloces 70.f
Dæmones quare in mundum mißi Ibidem.d
Dæmones insidiantur affectioni nostræ erga Deum 29.b
Dæmonibus certa ratione aliquid permittitur in homines Ibid.d
Dæmon potestatem aduersum nos non habet nisi uelimus 73.c
Dæmones quare pios affligant 29.d
Dæmonum præstigiæ 70.e
Damasi de Christo catholica sententia 34.g
De animi immortalitate 385.a
Democritus ideas finxit principia rerum. 104.g
Desiderium Clementis cognoscendi Christum 387.a
Dentes molares qui 109.b
Detrahere, quale peccatum 250.5
Dei cultus 67.c
Dei imaginem colere 80.f
Deus Spiritu uidetur 51.c
Deus pater secreti sacramenti uocabulum est 104.g
Deus quare puniat 127.d
Deus tribus modis quis dicitur 36.g
Deus malorum non est auctor 81.b
Dei uoluntas quare nos latet & quid obstat 5.c.d Ibid.d
Deo similes erimus, si opera eius imitamur. 77.d
Deum infirmum Simon cauillatur 93.d
Deum non irasci quorsum pertineat 144.b
Deus qui bonus etiam iustus 291.d
Deus unus in tribus personis noscendus 386.f
Deus omnia consilia ante conditum orbem cognita habuit 388.e
Deum cuiq; pro meritis tribuere 391.c
Deorum nomen in scriptura 36.f
Diaboli insidias qui uincant 379.c
Diaconorum officium 62.f.174.e
Diaconorum ordo 281.d
Diaconi Episcoporum oculi 175.d
Diaconi septem in qualibet ciuitate 224.e
Diaconissæ 281.d
Diaconissæ quando debeant ordinari 298.e
Diæta Petri, uictus & uestitus 403.d
Dij gentium otiosi 78.e
Dij qui uocati 36.f
Dij Aegyptiorum, Apis, Hircus, Gattæ, Ibis, Serpens, Piscis, Cæpæ, Cloacæ, Crepitus uentris 79.c.d
Dilectio commendatur. 314.b
Dilectionis Dei & mortis collatio 1801.e
Diluuium quare factum. 10.h.115.a

Diodorus

Diodorus amere dixit initium rerum 104.g
Dionysius à Titanis discerptus 136.b
Discendum est ordine 48.f
Discentibus primò imperitia sua est agnoscenda 47.d
Discrimen amicitiæ & humanitatis 408.b
Disputatio de Iesu ex scriptura sit 21.c
Disputatio Apostolorum 18.e
Disputationum fructus 361.d
Disputatio Nicetæ & Aquilæ cum Simone 309.b.& seq.
Disputationis modus 118.f
Disputationes apud uulgum modicam utilitatem habent 101.a
Dissensiones cauendæ 238.f
Diuinis de rebus loqui humanis cõiecturis friuolum est 145.b
Diuitiæ iniustæ abijciendæ 256.g
Dolor Clementis ob incitæ rationis honesti ignorationem 384.b
Dora oppidum 65.a
Dorotheus derogauit Simoni eius mors c
Dositheus & Simon auctores sectæ Sadducæorum. 17.c
Duæ columnæ in Arcado 405.b

E.

EBionitarum hæresis 240.g
Ecclesiæ ministeria à Petro disponuntur 89.d
Ecclesiarum res quò debeant insumi 252.f
Ecclesiæ status nauigio magnæ similis 207.b
Ecclesiæ ministri nullis negotijs sese immisceat, nisi pupillorum & orphanorum 269.a
Ecclesiæ bona diripere quale peccatum 212.e
Elias Hierosolymorum episcopus 280.e
Ἐλέου alias ὀλέου adhibita Simoni 392.g
Ephesini concilij decreta 289.b
Epicuri sententia de principijs mundi 104.g
Epicureorum commenta 101.b
Episcoporum uox in subscriptione 299.c
Episcopi pigri similes sunt meretricibus 352.f
Episcopis non est tacendum 82.e
Episcopi non temerè reprehendendi, nisi in fide erraueritnt 185.c
Episcopi dispensatores fuerunt rerum communium 252.f
Epscoporum accusatio difficile admittitur 228.f
Episcopi è sedibus suis pulsi 249.d
Episcopis Ecclesiarum tantummodo cura demandatur 174.e
Episcoporum iniuria ad Christum pertinet 227.c
Episcopi & boni mariti collatio 226.h
Episcopis ueris nemo resistat 177.b
Episcoporum inauguratio 276.g.h
Episcopi quales esse debeant 62.f
Epistolæ commendatitiæ quibus sint dandæ 197.c
Error omnis unde originem habeat 68.f
Errorem fontes tres 128.e
Euangelium colonus cordis nostri est 85.c
Eucharistiæ mentio 20.e
Eucharistiæ sumptio 209.d
Eudoxiani qui 182.h
Eufemia martyr 291.d
Eunomiani dicuntur Anomiani 282.h
Eusebius translatus Alexandriam 251.d
Eusebius Cæsariensis 286.g
Eutices Apollinaristas secutus est 301.d
Euticetis error 295.a
Excommunicatio 237.d
Excommunicati sunt Episcopi Ecclesiam suam deserentes 281.b
Excommunicati cur uitentur 177.d
Excommunicati ab alijs ad communionem non recipiantur 279.c

F

FAbas obtulerunt 264.g
Faustus propinquus Cæsaris 406.e
Faustus cum uxore Romam mitti iubetur 421.h
Faustus uxorem cũ familia retento apud se Clemẽte Athenas mittit 404.g
Felix Ephesum translatus 257.d
Festi dies gentilium 68.f.83.a
Fides dæmones fugat 69.b
Fidei Christianæ compendium 97.b
Fidei simplicitas laudatur 277.c
Fidelis dæmonibus imperat 73.b
Filij diaboli 254.h
Filiorum Dei proprium Ibidem
Filiorum impiorum nulla uoluptas 322.f
Flagitia Iouis 136.g
Fontes 10.f
Fontiniani 282.h
Fridericus tertius 265.a
Fumus nunquam est sine igne 48.e

G

GAllinæ nonnunquam uento concipiunt, interdum etiam pulucre 107.d
Gamaliel quare apud suos manere uoluerit, quàm aperte cum Apostolis sentire 20.g
Gamaliel clanculum fauit Apostolis 20.h
Garizim mons 18.f
Gelonum populus 125.b.c
Genealogia deorum gentilium 135.d.& seq.
Genesis quid 100.g
Genij 28.e
Genethliacorum uanitas de aspectibus 124.f
Gentes uocatæ in locum Iudæorum 14.e
Geometræ principia rerum definiunt fines 104.e
Gethonum castellum 4.h
Gigantes 10.g
Gladius Matthæi 10. 32.g
Gladij nomine quid intelligatur 86.f
Gloria patri, quare Psalmis adiunctum 343.a.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gentium Dij, non dij sed Iudices 399.a
Gentes calamitates malo genio asscribunt 405.a
Græcos Græcorumq; eadem uetare quæ lex diuina 399.a
Gytthorum uicus patria Simonis magi 26.e

H

HAeresis auxilium Dei negans 368.f
Hæreses uariæ 294.g
Hæreses de luce inaccessibili 224.g
Hæreses pullulantes non sunt negligendæ 334.h
Hæretici extra solium Romanum expelluntur 302 f
Hæreticæ insaniæ exordium, disputatio publica de rebus diuinis 302 g
Hæretici pœnitentes non solùm uera affirment, sed suos etiam errores confiteantur 185.a.b
Hæretici quomodo suscipiendi 313.b
Hebræorum genus ab Abrahamo 11.b
Hebræorum munus proprium gentibus factum cõmune 66 f
Heliesdros filius Abrahæ 11 d
Hierophantæ 2.e
Hierosolymis nulla sedes 276 f
Homicidij tria genera 184.g
Homo mendax describitur 318.e.f
Hominum duo ordines 58.e
Hominum transformatio 138.g h
Homines ad fidem non sunt urgendi 150.h
Hominis causa omnia creata sunt 87.a
Hospitalitas Tripolitarum 85.b
Humanus quis 399.a
Humanitas quibus partibus constet ibid.b
Humilitas Christi nostra nobilitas est 262.h
Hyænæ mutant sexum 107.d

I

IAcob 11.d
Iacobi tres fuerunt 18.h
Iacobus Episcopus à Christo ordinatus 14.g
Iacobus de gradibus præcipitatur 22 f
Iacobus claudicat altero pede 23.a
Ianua prima ad agnitionem Dei 112.e
Idola propriè & eorum cultus 71.b c
Idolorum primi cultores 11.a
Idola colentes exanima, sunt idolis stupidiores 77.c
Idolorum cultus ex dæmonibus uenit 71.c
Ieeur in homine 109.b
Iciunium ante baptismum 99.a.390.b & 396.b
Ignis & cupiditatis collatio 72.h. & seq.
Ignis à Persis colitur 72 f
Ignem colere docuit Nemroth 11.a
Ignorantia omnium malorum mater 67.b 75.b.
Ignorantia non excusabit in die iudicij 78.b
Ignorantiæ præsumptio, scientia resecanda est 75.b
Ignorantia quid 194.b
Ignorantia dæmon pessimus 31.d
Ignorantur quædam ab hominibus cum laude 110.f
Imago Dei multarum uirtutum admonere debet 211.a
Imago Petri 167 b.e
Imaginem Dei colere uerè quid 80 f
Imaginem Dei uiolare quid 80.g
Imbres calidi pestilentes sunt 107.a
Immensum quid 103.a
Immensus unus 47.a
Immortalitatis cupido 1.c
Immortalitatis causa Humanitas 410.e
Impudicitia pœnam non effugiet 99.d
Indorum quorundam crudelitas erga hospites 123.a
Inferorum fabulæ 2.e
Infidelium damnatio in hoc seculo 84.e
Infideles in locum ignis conijci 386 f
Infirmis cœna dominica ministrabatur 280.h
Infirmorum cura habenda 176.e
Ingratus homo 318 g
Intestina quare humida 109.b
Inuidere fidelibus sacerdotibus pessimum malum 233 c
Inuidia Iudæorum erga Christum 77.a
Inuidiam ex iustitia ortam contemnunt uerbi Dei præcones 177 e
Inuidia omnibus modis declinanda 90.e f
Ioannis locus. 1. Ioan. 5. Qui natus est ex Deo, non peccat, declaratur 374.g
Ioannes Euangelium suum Ephesi scripsit 276 f
Ioannes quidam 30 duces habuit, quorum Simon primus 392 g
Iouis scelera 398.b
Ioses cognominatus est Barnabas 252.e
Ira Domini iusta in filios 41.a
Ira non semper mala 144 b
Iracundia Petri 55 a
Iracundia iusta 86 e
Iracundia necessaria 200 g
Isaac 11.d
Ismaël. Ibid.
Iudæi à Christianis in quo dissentiant 16.g
Iudas quare à consortio discipulorum non sit electus 359.b
Iudices xij cuiusq; prouinciæ 212 e f
Iudicia Domini 228 g
Iudicia nostra ne sint præcipitata Ibidem
Iupiter unde dictus sit 140 g
Iustè uiuentes propter solum Deum saluantur 131.b
Iustitia Dei quærenda 54.f
Iustus Noë iustus erat 10.h
Iustus Deus etiamsi corrigit 41.a

L

LLaici Episcopos non accusent 308.e
Lepores mutant sexum 107.d
Lex Dei sine magistro non facile intelligitur 40.f
Lex & gratia distinguenda 373.c
Lex transgressionis gratia posita est 373.d
Lex uiuendi à Deo data est post diluuium 68.f
Lex Domini quõ legenda cum fructu 205.b
Legem Iudæorum admittit Simon magus 35.c
Legis perfectio pax est, 34.b
Liberius Episcopus Romanus 329.a
Liberum arbitrium 195.a
Liberi arbitrij adsertores diuinum auxilium respuunt 364.e
Liberum arbitrium Adam perdidit. Ibid.
Liberis multa uitia corporis hæreditaria à parentibus 122.e
Liberum arbitrium definitur 49.c
Liberi arbitrij uis sine gratia nulla est 36.h
Liberi arbitrij locus insignis 67.a.b
Liberi arbitrij adsertio quod mala secum adferat 366.f.379.b
Libertas arbitrij insita per spiritum 126.f
Libertas uera unde 361.a
Librorum incensio 324.f
Linguæ malum 256.e
Lucæ locus, cap 1. Zachariam ambulásse in omnib° iustificationibus, decla. 374.f
Luna mulier 26.f
Lunam uocauit sapientiam Simon 27.c
Lunæ utilitas 113.d
Lux 10.e

M

MAcedonianorum hæresis 34.c
Magia quid possit 26.h
Magica in mare proijcit Simon 61.b
Magicæ illusiones unde natæ 71.c
Magusæi 125.b
Maiorum instituta quatenus sunt imitanda 82.h
Malefici iubentur à Cæsare perimi 146 g
Mala præterita boni consulenda 61.d
Malos cur Deus durare patiatur 57.a
Malus apud Deum qui 58 e
Malum esse negant Hebræi 48.e
Malum bono tanquam ex fœdere coniugali adhæret. 115.b
Mammonia quid 76.g
Mamillæ mulerum 109.d
Manuum impositio 62.f 323.c
Marcelliani 282 h
Mare 10.e
Martiani Imperatoris edictum 300.g
Matrices Ecclesiarum 252.e
Matrimonium Persæ cum matribus, sororibus & filiabus contrahunt 25.b
Materia 104.e
Mater Clementis naufragium patitur & amitit liberos 406.f
Mater Clementis à paupercula fœmina excepta 406.g
Lucæ. 10. locus, Pax huic domui, &c. declara. 35.b
Matth. 19. locus, Non ueni mittere pacem, declaratur 32.g
Matth. 7. locus, de digno in ciuitate quærendo declaratur 25.a
Matthidia narrat Petro suos casus 405.d
Masculo fœmina 135.d
Memoriam ordo iuuat 8.h
Mendaces 259.b
Mendicantes interrogandi sunt quam ob causam mẽdicent 93.a
Mendicare nemo debet, nisi membro aliquo debilitatus Ibidem
Mens pura colit Deum 97.c
Mentiendum non est in gratiam proximi 56.f
Menstruatæ ne miscearis 88.e
Mercedis spe labores huius uitæ nobis Christus edulcat 32.h
Metus fidei coniunctus 122.h
Mileuitanum concilium 379.d
Milites Christi certamen palàm facient 208.g
Minerua Athene dicta propter immortalitatem 140.g
Minatur Simoni æternum supplicium 393.a
Miracula Christi 386.e
Miracula Simonis magi 28.h.397.a
Miracula Mosis & Magorum 58.h
Miraculum de puero conseruato in mari 431.a
Missæ celebrandæ solùm in loco episcopali 197.c
Missæ sacrificium 152 f
Molares dentes 109.b
Monachorum olim Episcopi curam habuerunt 296.f
Monachi quales olim Ibid.g
Monasteria extructa 268.h
Morbi aliquando pro remedio inferuntur 67.d
Mortem Deus non fecit 259.b
Mortem sibi inferentes, inferni pœnas subibunt 93.b
Mors Clementis 431.e
Moses & Iacob typum Christi tulerunt 76.h
Moses Deus Pharaonis 36.f
Motus in duas partes diuiditur 49.d
Mundi principiorum opiniones uariæ 104.g.h
Mundus nobis pro hospitio est, non domo 121.c
Murmuratio nihil prodest 259.b
Mustella per aurem generat 107.d

N

NAtiuitates duæ hominum 121 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Naturam carnis in se Christus accepit 262.g
Natura hominis capax boni 121.d
Naturæ duæ in Christo 263.a
Naturæ scientiam Petrum habuisse 411.a
Naufragium mulierculæ 94.e
Necromantia 385.c
Nectarius Episcopus 182.h
Negligentia nouerca eruditionis 209.a
Negligentes in ministerio Domini culpantur 338.h
Nemroth primus Rex Babyloniorum 11.a
Nemroth Græci Ninum uocant 72.e
Neophytus non mox in Episcopum assumatur 179.a
Nestorij error Ephesi exclusus 301.d
Niceni concilij acta combusta sunt 324.e
Niceni concilij canones 278.h
Niceni concilij causa 276.g
Niceta & Aquila 97.a.& 410.h
Niceta et Aquila uēditi, et cur eorū nomina mutata 412.g
Nilus Aegyptum inundat 107.b
Niniue ciuitas unde nominata 72.e
Noē iustus homo 10.h
Nomen Dei 179.b
Nomina Regum apud diuersas gentes 15.a
Non liberari pœnis, qui ob calamitates mortem sibi consciscunt 405.c
Nouatiani in cleros assumuntur 280.e
Numidiæ concilium contra Pelagianos 366.h
Nuptias facit Venus 133

O

Oculum eruere quid sit 99.b
Oleo in baptismo usi sunt in primitiua Ecclesia 62.g
Opera misericordiæ requiruntur 236.g
Opera Deus non respicit, sed cor hominis 236.f
Opera tum sunt bona si fiunt ut Deus præcepit 87.c
Opera Christianorum 88.e
Operum hic locus 368.c
Operandum dum in uita sumus 321.b.c
Opificium Dei 106.e.f
Orare stantes 282.e
Orationem quidam inutilem essem dixerunt 361.d
Orationum uis 237.c
Oratio Petri 67.b
Oratio Apostolorum simplex 3.a
Orationes bella sedant 311.d
Orationis sacrificium 374.g
Oratio omnibus necessaria 374.h
Oratio Philosophi ad Clementem 385.d
Oratio Clementis Barnabæ subscribens 387.d
Oratio Petri, qua Clementem ueram sapientiam docet 389.c.d
Ordo memoriam iuuat 8.h
Ordo prædicandi discendus 67.f
Ordine omnia sunt facienda 52.g
Ordine discendum 48.f
Ordines duos inter discipulos Domini 352.h
Ossa in corpore humano sunt pro columnis 109.a

P

PAphnutius Episcopus Aegypti 278.f
Paradisus 10.f
Paralyticus à Petro sanatur 95.c
Parentes aut uxores non facilè relinquendi sunt causa Euangelij 63.d
Parentes diligendi qua de causa 86.h
Parentes ministri ad uitam, non auctores 201.d
Parentum reuerentia inutilis quando læditur fides 284.h
Paria mundi decem 59.c.d.85.h
Paria decem totius mundi collata inter se 60.f
Parmenides terram dicit principium rerum 104.g
Parsimonia Petri 91.e
Pastor perfidus 208.h
Patientia Dei malos expectat 82.e
Patientia commendatur 340.e
Patientia opus in colluctationibus cum aduersarijs 339.d
Patientia Christianorum 22.f
Patientia Dei prolixa 144.h
Patriarchæ duodecim 11.d
Patriarchæ Christi typum gesserunt 196.e.f
Pauli Epistolæ difficiles sunt intellectu 213.a
Paulinianistæ rebaptizati sunt 281.d
Paupertas Petri & Andreæ Apostolorum 91.d
Pax odibilis 350.a364.g
Pacis filius pacem consequetur 394.g
Pacis mater pugna 31.c
Pax Simoni exosa 32.f
Peccandi licentiam præbet infidelitas 75.a
Peccatum Sodomiticum 10.g
Peccatum diluuio ultus est Deus 115.d
Peccati Adæ causam Simon Deo imputat 40.c
Peccata nostra perturbant aërem 113.e
Peccati causa similis est stuppæ oblitæ pice 122.f
Peccatorum prudentia 318.e
Pelagij error de libero arbitrio 360.g
Peregrini fouendi 176.e
Persæ incesta uitant 125.b
Persæ ignem colebant 72.f
Persecutionis tempore Episcopi nō fugeant de ciuitate in ciuitatem 281.b
Petri nomen unde 173.g
Petri humanitas 5.a.51.d
Petri eruditio 101.c
Petri paupertas 91.d
Petri parsimonia 91.c
Petri miracula 44.b.400.d.& 401.g
Petrus Romam translatus 257.d
Petrus & Paulus sub Nerone passi sunt 275.d

Petrus seorsim à gentibus comedebat 7.a.b
Petrus congressurus cum Simone orat 30.e. 394.f
Petrus Simonem prosequitur Tripolin 400.g
Petrus curat hospitam matris Clementis & ipsam quoq; 408.e
Petrus imperitus matheseos 414.g
Pharisæorum schisma 17.c
Philosophus ad fidem conuertitur à simplici 278.e
Philosophiæ studia perdiscenda sunt ad refutandos hæreticos 98.e
Philosophorum & Christi inter præcepta quid intersit. 144.g
Philosophorum ridiculæ argutiæ 3.c
Philosophorum labor 1.d
Philosophi taxantur 118.g
Philosophicæ & Christianæ orationis discrimen 417.d
Phrenetici 43.b
Pijs Christus nunquam defuit 16.g
Piorum afflictio argumento est aliam esse uitam post hanc 54.g
Plato de mundi factura 106.e.f
Plagæ decem 12.e
Plagæ piorum in Christum recidunt 308.f
Pluuia ex æquo fruges & lolium nutrit 54.e
Pluuias nullas cur Aegyptus habeat 107.a
Pluuiæ raræ ad axem meridianum quare sint ibid.
Plures quàm unus Deus nec habendi nec dicendi 419.a
Pneumatomachi qui 282.b
Pœnitentia simulata Simonis Magi 56.e
Pœnitentia trium aut septem, aut decem annorum 280.g
Pœnitentiæ fructus obseruandi ibidem
Pœnitentiæ modus lapsis constitutus est 280.e
Pœnitentiæ forma 267.c
Præmium hospitalitatis 389.b
Prædicatoribus uelut agricolis nonnulla semina percunt 47.b
Præcepta decem 12.f
Presbyterorum officium 62.f.174.f.11.a
Principes gentium tanquam Dij adorati & appellati 36.b
Principes creaturis omnibus statuit Deus 15.a
Princeps huius mundi adultero similis 120.f
Prodigia an ex Deo aut secus ueniant, cognoscendi amussis 84.g
Promissiones terrenas an Christus promiserit 19.c
Prophetabat nemo sine unguento 15.d
Prophetam non facit consonantia 34.f
Prophetiæ unde probentur 118.e.f
Pro Helena quam alij Lunam uocant Græcos & Barbaros Simon tradit dimicâsse 392.g
Pro suis quemq; peccatis punire, æquum 409.d
Prudentia humana cæcutit in rebus diuinis 118.f
Psallendi mos nullus tempore Damasi in Ecclesia Romana 342.g
Pseudoprophetæ à Diabolo 73.c
Pseudoprobetæ ad tentationem mittuntur 37.d
Pudicitia carent Mesopotamiæ mulieres 126.g
Pudicitiæ exemplum in matre Clementis 93.c.
Pugna mater pacis 31.c
Purgatorij mentio 17.a
Pyrrhoniorum secta 102.f
Pythagoræ sententia de principijs mundi 104.g
Pythones diuinatorij spiritus 70.e

Q

QVantum delictum, auersari uerbi ministris 423.d
Quare mater Clementis decesserit Roma 406.e
Quid requiratur ab eo, qui ad fidem Christi accedere cupit 402.f
Quæ sit occasio in Clemente cognoscendi Christū 384.g
Quæ Deus uult nemo potest impedire 423.f
Quæ sit humanitatis magnitudo 408.g
Quæstio, quare pij cum impijs aliquando affligantur 114.e
Quæstio, cur Deus non perimat falsos Deos colentes 81.a
Quæstio, an Deus malorum sit auctor ibidem
Quæstiones indisciplinatæ 377.d
Quæstio, an passiones istæ, nempe seipsum occidere, cadere in rabiem & in fœdos actus &c. etiam accidant his que Deum colant 83.d
Quæstio, quomodo iustum uidetur à parentibus separari 86.e
Quæstiones, uanæ & inutiles uitandæ 110.e70.e
Quæstio, baptismus aquæ quid conferat ad cultum Dei 87.c
Quæstio, quid peccauerint Aegyptij, si Mosi non credidissent 59.a.b
Quæstio, cur Satan factus, & unde 106.g
Quæstio, an Episcopi de ciuitate ad ciuitatem transire possint 257.d
Quæstio, an Adamus prænotionem habuerit 396.e
Quæstio, an ortui nascentium omnia pareant 414.f
Quæstio iocosa de elephanto & culice 387.b

R

RAnæ præferendæ Dijs gentium 78.f
Recognitionum libri 64.f
Reges ungebātur apud Iudæos et prophetæ 15.b.c
Regis boni officium 311.d
Regum nomina apud diuersas gentes 15.a
Regna duo 195.d
Religio uera in quibus sit sita 9.c.83.b
Religionem uerā suscipientibus misericordes simus 193.c.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Religionis summa 9.c
Religionis mysteria post baptismum docentur 99.c
Religioni impij ærumnas suas adscribunt 92.h
Resurrectionem mortuorum Sadducæi negant 11.c
Res diuinas à Deo disci 391.c
Romana Ecclesia primam sedem habet 220.g. 276.e

S.

SAbbatum Iudæorum 127.b
Sabelliani 282.h
Sabellij error 341.g
Sacerdotum Capitolij crudele consilium 266.h
Sacrificium Deo gratum 349.b
Sacrificium salutare in mandatis Dei ambulare 355.b
Sadducæorum schisma 17.c
Sadducæorum principes ibidem
Saluabuntur uoluntatem Dei facientes 66.g
Samaræum schisma ibidem
Sancti homines impiorum Dij 36.h
Sanguinis gustatio 10.h
Sapientia carnis 353.d
Satan omnia non potest 116.h
Satanæ propria 257.c
Saturnus humidus 133.a
Saturnus Rheam duxit 136.e
Scarabæi ex fimo boum nascuntur 107.d
Scorpius ex octmo nascitur 107.d
Scriptura pro cuiusq; studio uel clara, uel obscura est 32.e
Scriptura cœno carnalis intelligentiæ corrumpitur 46.f
Scripturas diuinas nullus intelliget sine spiritu sancto 39.h
Seculares qui appellentur 240.g
Seditiosorum clamor 22.e
Semen ex medullis 108.h
Senum officium 143.b
Septem quæstiones à Clemente motæ 384.f. & seq.
Sensus præscientiæ sextus 39.h
Sepulchrum Iudorum ignis 126.f
Sepulchra duorum fratrum albescentia 22.g
Sepulchra illorum qui fulmine interierant 72.e
Sepulchrum Mosi ignoratur 13.b
Sepultura Medorum sunt canes 126.f
Seres populi innocentes 114.g
Serpens quare condemnatus sit comedere terram 78.h
Serpens damnatur, quia decepit Euam & deos nominauit primus 37.c
Serpentum uenena carminibus mitigantur 116.e
Seruitutis conditio 10.h
Signa facta à malo nihil prosunt 60.e
Signa diaboli qualia ibid.
Silentium studijs sacrum 24.h
Sidonij ad Petrum mittunt oratores 399.h
Simon Chananæus 19.h
Simon & Dositheus principes Sadducæorum 17.g
Simon Magus Petro certamen denunciat 23.b
Simonis Magi descriptio 25.c
Simonis miracula 28.h.394.e
Simonis Magi fuga 46.a.65.d.401.a
Simon Stantem se uoluit nominari 26.f
Simon Magus eiectus Antiochia 150.f
Simon Magus 26.e
Simon orator 25.c
Simonis adsertio de multis Dijs 35.c. 395.a & seq.
Simon mentitur se ex uirgine natum 28.f
Simon detrahit Deo iustitiam 391.d
Simon animi immortalitatem negat 393.b.c
Simon homicida 392.g
Simon mactatis bubus Tyrijs conuiuium in medio foro dedit 399.c
Simon quibus parentibus sit natus 392.e
Simon legis propria ad allegoriam transfert 392.f
Simonis magnifica promissa 392.h.& seq.
Simplex quid 102.a
Solis cursus 113.c
Sororem suam in uxorem duxit Iupiter 136.g
Sortionem Deum fingit Simon 36.e
Spes causaque immortalitatis 584.h
Spiritus sanctus à patre & filio 288.g
Spiritus immundi cur occupent homines 45.a
Spiritu & aqua omnia constare 108.e
Splen purgat sanguinis sordes 109.b
Spyridion Cyprius Episcopus 278.f
Summa silentio honorari uolunt 8.g
Suscipiendos in Christianismum primum baptizandos 401.c
Susidæ mulieres 125.c
Symbolum Apostolorum 178.h
Syluester summus Pontifex 265.c
Syluester cum clericis suis in cauernis propter imminentem persecutionem latitat 267.a

T

TALPAE ex terra originem trahunt 107.d
Templa ambitiosa cœpta construi 13.b
Tempori seruiendum 391.b
Tempus opportunitas rerum omnium ibid.
Tenebræ 10.e
Terra 10.e.f
Terra in septuaginta duas partes diuisa est 36.h
Terra uuluæ habet speciem 108.f
Terra humorem tanquam uberibus concipit 107.d

Testa ouorum 51.a
Thales aquam dicit principium rerum 104.g
Thomas apud Parthos euangelizauit 127.c
Timor humanus 127.d
Trinitatis mysterium 235.c.d
Tumultus species uitanda 90.h

V

VEnter artis magister 120.h
Verbum Dei rariùs audientes admonendi sunt 175.d
Verbi Dei fructus 65.a.b
Verbi Dei audiendi desiderium Deus ipse dat 66.e.f
Verbi ueritatis ministri, radijs solis similes sunt 101.a
Verbi bellum 33.b
Veritas cum quiete & ordine requirenda 31.c.d
Veritas unde requirenda 58.f
Veritas ratione non caret 44.g
Veritate nihil preciosius 21.a
Veritatis agnitio 65.c.& 417.c
Veritatis patroni non semper obtinent 25.c
Veritatis cognitio Soli comparatur 123.c
Veritatis uerbum diuidit homines 34.h
Veritatis scientiæ bona uita sequela est 53.h
Veritati repugnantia sunt infirma & palàm inhonesta 142.e
Veritatis disputatio difficilis apud plebem promiscuam 46.e
Veritatis & consuetudinis discrimen 398.e
Verum à mendacio quomodo discernatur 70.g
Vespæ ex putrefactis carnibus equinis nascuntur 107.d
Vestis nuptialis gratiam baptismi significat 74.e
Via 31.a
Viator ibid.
Vicarij Christi sunt sacerdotes 320.b
Vigilandi consuetudo 24.f
Viperæ ex cinere oriuntur 107.d
Virgines uoto adstrictæ perpetuam seruare castitatem non compellebantur 298.e
Virtus Dei non est sub lege 51.b
Vita militia est 86.e
Vitam ad æternam sufficiunt ea quæ à Christo tradita sunt 135.a
Vitia corporis liberis hæreditaria 122.e
Vitia uelut fumus non permittunt nos Deum uidere 5.d
Vitia si quis corrigere uult, quid obseruare debeat 12.g
Vmbra nubis quare 12.g
Vnitas Dei 21.d
Voluntates æternæ filius & spiritus 8.h
Voluntas Dei nos latet multis de causis: quid obstat quo minus noscamus 115.d
Voluntatem Dei facientes saluabuntur 66.g
Votum paupertatis unde 253.c
Vulua in muliere 109.e
Vxor petatur à parentibus 224.e
Vxorem unam Britanni multi habent 125.d
Vxor Petri una in peregrinatione fuit 96.e
Vxorum multitudo est Parthis 125.a
Vxores Indorum sponte se offerunt ad incendium 126.f

Z

ZAchæus ordinatur pastor apud Cæsaream à Petro 62.h
Zenonis opinio de principijs omnium rerum 104.g
Zoroastris libri de magia 82.c.d
Zoroastres fulmine ictus interijt ibidem.d

INDICIS FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS EORVM QVÆ

PRAETER RECOGNITIONVM LIBROS D. CLEMENTIS, ET Canones Apostolorum, & quinque eiusdem Epistolas hoc opere continentur.

Aegyptiorum pontificum Epistolæ 324 II. 331		
Alexandri	III	230
Anacleti	III	296
Antheri	I	257
Athanasij	I	327
Carthaginensis Concilij	I	360
Clementis	V	177
Damasi	VI	340.342.344351.357.358
Euaristi	II	223
Eusebij	III	312
Eutychiani	I	262
Felicis	I	335
Hieronymi	I	343
Hygini Episc.	II	245
Innocentij	III	362.367
Liberij	II	329
Marcelli	I	310
Marcellini	II	315
Marci	I	325
Mileuitani Concilij	I	365
Pontiani	I	254
Quinque Episcoporum	I	369
Soteri	I	246
Stephani	I	343
Victoris	I	248
Vrbani	I	251
Xisti	I	241
Zephyrini	I	249

Concilium: Nicenum 275; Constantinopolitanum 282; Ephesinum 284; Chalcedonense 391

De primitiua Ecclesia, & synodo Nicena 368
Martiani Imperatoris edictum in confirmatione Concilij Chalcedonensis 300
Constantini imperatoris confessio 265
Valentiniani & Martiani impp. sanctio contra Euticianos hæreticos 301
Eiusdem Martiani alia sanctio, contra eosdem hæreticos 303
Synodus Romana sub Damaso Papa 341
Cœlestini Papæ decreta 377
Quòd omnes de filio Dei, & spiritu sancto, & de unitate trinitatis male sentientes, similes sint Iudæis: & de unitate trinitatis 350
Et demùm, de rebus gestis, profectionibuq; D. Petri Clementis epitome à I. Perionio latinè facta 384

ERRATA,

Si quæ fortè plura diligens Lector repererit, ea uel suo iudicio, adeò minuta corriget & restituet.

Pagina 1. ultimo uers. pro nullorũ, lege, aliqua. Pag. 2. uers. 4. hæ fabulæ. pag. 5. uers. 16. gratiam. uers. 44 auxiliũ. pag. 7. uers. 3. uidentur. pag. 8. uersu. 28 responderis. pag. 9 uersu. 13. gaudio. pag. 11. uers. 40. Indorum pag. 19. uers. 4. consolando. pag. 21 uers 29. Christus. pag. 24. uers. 29. somno. pag. 25. uers. 16. protestari. uers 23. Domine. uers. 29. syllogismorũ; 38 affectu. pag 26. uers. 10. eruditus, uers. 40. statu ds. pag 27. uers. 7. perforaui. uers. 13. mentientes. uers. 46. interfectorum. pag. 47. uers. 15. rogarer. Pag 64: asserebat. uers 4. & uers. 26. Quartus pag. 65. uers. 11. diuersorum. pag. 72. uersu. 3. obierint. pag. 80. uersu. 13. postmodũ. pag. 112. uers. 13. haberet. pag. 144 uers. 21 prædicationi. pag. 152. uers. 44. ἐπισβύτερῳ pag. 180. uers. 38. seminare pa. 196. uers. 9. firmitatẽ. pag. 226. uers. 33. & Ecclesia. pag. 233 uers. 8. Ecclesiam. pag. 238. uers. 32. eorum. pag. 290. in margine. lib. 2. Memor. & pag. 392. in margine desunt: at Irenæus aliiq; omnes σκάνυ legunt. pag. 424. in margine, obierit et uers. 46. perditam. pag. 430. uers. 31. tum ad corporis.

RVFINI

RVFINI TORANI AQVILEIENSIS IN CLEMEMTIS VETVSTISSIMOS ATQVE ERVDITISSIMOS LIBROS PRAEFATIO ad Gaudentium Episcopum

TIBI quidem Gaudenti nostrorum decus insigne doctorum, tantus ingenii vigor, imò tanta spiritus gratia est, vt si quid à te etiam quotidiani eloquii more dicitur, si quid in Ecclesia declamatur, id in libris haberi, & ad instructionem tradi posteris debeat. Nos tamẽ quos & ingenii tenuitas minus promptos, & senecta iã tardos reddit ac segnes, opus quod olim venerãdæ memoriæ virgo Syluia iniũxerat, vt Clementẽ nostræ linguæ redderem*: & tu deinceps iure hæreditario poscebas, licet multas post moras, tandẽ aliquando restituimus prædã: quã, vt opinor, nõ paruã, Græcorũ bibliothecis ereptã, nostrorũ vsibus & vtilitatibus conuectamus, vt quos propriis nõ possumus, peregrinis nutriamus alimoniis. Nam & solent suauiora videri peregrina, interdũ verò & vtiliora. Denique peregrinum est penè omne quod medelam corporibus confert, quod morbis occurrit, quod venena depellit. Iudæa balsami lacrymam. Creta comam dictamni mittit, Arabia aromatum flores, & spicarum nardi India segetem metit: quæ ad nos etiamsi aliquantulo quàm proprius ager attulit, fractiora perueniunt, odoris tamen gratiam, vimque medendi integram seruant. Suscipe igitur animemi redeuntem ad te Clementem nostrum: suscipe iam Romanũ: nec mireris, si fortè tibi in eo minus solito floridus eloquentiæ vultus appareat. Nihil interest, dummodo sensus idem sapiat. Peregrinas ergo merces multo in patriam sudore transuehimus, & nescio quàm gratus me ciuium vultus accipiat, magna sibi gratia spolia deferentẽ, & occultos sapientiæ thesauros nostræ linguę claue reserantem. Sed votis tuis faueat Deus, vt nullus nobis sinister oculus, nec cuiusquam liuidus occurrat aspectus: ne extremo prodigii genere, cùm nihil inuideant illi quibus aufertur, liuescant tamen isti quibus cõfertur. Aequũ est sanè tibi, q hæc etiã græcè legeris (ne fortè in aliquibus minus à nobis seruatũ traslationis ordinẽ putes) interpretationis nostræ indicare cõsiliũ. Puto quod nõ te lateat, Clemẽtis huius in græco eiusdẽ operis ἀναγνώσεων, hoc est, Recognitionũ, duas editiões haberi, & duo corpora esse librorũ, in aliquantis quidẽ diuersa, in multis tamen eiusdẽ narratiõis Deniq; pars vltima huius operis, in qua de trãsformatiõe Simõis refertu, rin vno corpore habetur, in alio penitus nõ habetur. Sũt aũt & quædã in vtroq; corpore de ingenito Deo, genitoq; disserta, & de aliis nõnullis, q vt nihil ampliùs dicã, excesserũt intelligentiã nostrã. Hæc ergo

ego

Universidad de Deusto Biblioteca

ego tanquam quæ ſupra vires meas eſſent, aliis reſeruare malui, quàm minùs plena proferre. In cœteris autem quantùm potuimus, operam dedimus, non ſolùm à ſententiis, ſed ne à ſermonibus quidem ſatis, eloquutionibusq; diſcedere. Quæ res quamuis minùs ornatum, magis tamen fidele narrationis reddit eloquium. Epiſtolam ſanè, in qua idẽ Clemens ad Iacobum fratrem Domini ſcribens, de obitu nuncians Petri, & quòd ſe reliquerit ſucceſſorem cathedræ & doctrinæ ſuæ: in qua etiam de omni ordine eccleſiaſtico continetur: ideo nunc huic operi nõ præmiſi, quia & tempore poſterior eſt, & olim à me interpretata atque edita. Sed quod in ea nonnullis fortaſſe videbitur inconſequens, ſi hîc explanetur, non puto abſurdum videri. Quidam enim requirunt, quomodo cùm Linus & Cletus in vrbe Roma ante Clementem hunc fuerint Epiſcopi. Ipſe Clemens ad Iacobum ſcribens, ſibi dicat à Petro docendi cathedram traditam: cuius rei hanc accepimus eſſe rationem, quod Linus & Cletus fuerunt quidem antè Clementem Epiſcopi in vrbe Roma, ſed ſuperſtite Petro, vt illi Epiſcopatus curam gererent, ipſe verò Apoſtolatus impleret officium. Sicut inuenitur etiam apud Cæſaream feciſſe, vbi cùm ipſe eſſet præſens, Zachæum tamen à ſe ordinatum habebat Epiſcopum: & hoc modo vtrunque verum videbitur, vt & illi antè Clementem numerentur Epiſcopi, & Clemẽs tamen poſt obitum Petri dicendi ſuſceperit ſedem. Sed iam videamus: ſcribens Iacobo fratri Domini, operis ſui Clemens ipſe quod ſumat narrationis initium.

Epiſcopi Apoſtoli.

RECO.

RECOGNITIONVM
DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER PRIMVS, A' RVFINO Torano Aquileienſe è Græco in Latinum verſus.

EGO Clemens in vrbe Roma natus, ex prima ætate pudicitiæ ſtudium geſsi, dum me animi intentio velut vinculis quibuſdam ſollicitudinis & mœroris innexum teneret. Inerat enim mihi cogitatio (incertum ſanè vnde initium ſumpſerit.) Crebrò
B enim ad memoriam meam conditionem mortalitatis adducens, ſimulque diſcutiens, Vtrúmne ſit mihi aliqua vita poſt mortem, an nihil omninò poſteà ſim futurus: Si non fuerim antè quàm naſcerer: vel ſi nulla prorſus vitæ huius erit poſt obitum recordatio: & ita immenſitas temporis cuncta obliuioni, ac ſilentio dabit, vt non ſolùm ſimus, ſed neq; quod fuerimus, habeatur in memoria. Sed & illud verſabatur in pectore, quando factus ſit mundus: aut ſi omnino factus ſit: vel antè quàm fieret, quid erat: an verò ſemper fuerit. Nam certum videbatur, quod ſi eſſet factus, eſſet profectò ſoluẽdus: & ſi ſoluatur, quid iterum erit: niſi fortè obliuio cuncta & ſilentium teget: aut fortè aliquid erit, quòd nunc ſentire mortalium non poteſt mens. Hæc & his ſimilia, neſcio vndè, indeſinenter animo reuoluens, nimietate mœroris incredi-
C biliter tabeſcebam. Et quod eſt grauiùs, ſi quando reſpueram huiuſcemodi curas, vel vt minus vtiles cogitabam, validiores in me fluctus ſollicitudinum conſurgebant. Inerat enim mihi comes optima, quæ me quieſcere non ſineret, Immortalitatis Cupido. Vt enim poſt rerum exitus docuit, & gratia Dei omnipotentis oſtendit, hæc me animi intentio ad inquiſitionem veritatis, & agnitionem veræ lucis adduxit. Ex quo factum eſt, vt lugerem poſtmodum eos, quos priùs ignorans, beatos credebam. Igitur cùm à prima ætate in huiuſcemodi animorum intentione verſarer, cupiens aliquid diſcere, philoſophorum frequentabam ſcholas, vbi nihil aliud quàm dogmatum adſertiones, & impugnationes, videbam agi ſine fine certamina: arte ſyllogiſmorum concluſionumq; agitari verſutias. Et ſi quandoquidem obtinebat hic ſermo, quod immortalis eſſet anima, gratulabar: ſi quando vero arguebatur
D quaſi mortalis, cum triſtitia diſcedebam: neutrum tamen in corde meo firmitudinem veritatis tenebat: ſed hoc tantùm intelligebam, quod ſententiæ ac definitiones rerum non pro natura ſui ac veritate cauſarum, ſed pro ingenijs defendentium, falſæ imaginarentur, aut veræ: eoq; magis in profundo pectoris cruciabar, quod neq; aliquid ex his quæ dicebantur, tanquam firmum tenere poteram, neq; abijcere deſideriũ requirendi: ſed quantò magis negligere conabar ac ſpernere, tantò ardentiùs, vt ſuprà dixi, velut cum quadam voluptate latenter inrepens huiuſcemodi cogitatio, mentem atq; animum poſſidebat. Coanguſtatus igitur inuentione rerum, aiebam apud memetipſum: Quid inaniter laboramus, cùm manifeſtus ſit terminus rerum? Si enim poſt mortem nõ ero, nunc ſuperfluò crucior. Si verò erit mihi vita poſt obitum, ſeruemus illi vitæ ſui temporis motus, ne fortè his quæ nunc patior

Immortalitatis cupido optima comes.

Universidad de Deusto Biblioteca

aliqua me tibi triſtiora excipiant,niſi piè ac ſobriè vixero, & ſecũdum non- E
nullorũ ſententias philoſophorum nigri * Phlegetontis fluuio, vel Tartaro,
vt Siſyphus & Tityus,ſed & Ixion,ac Tãtalus ęternis inferno ſupplicijs tra-
dar.Et rurſus mihijpſi reſpõdebam,Sed hæc fabulę ſunt:aut ſi ita eſt in rebus
dubijs,præſtat piè viuere.Sed iterum reputabã mecũ, quomodo poſſem ſub
incerto iuſtitiæ præmio,à peccati me libidine continere: maximè cùm etiã
quæ ſit ipſa iuſtitia,quæ Deo placeat,apud me habeatur incertũ:& neq; ſi im
mortalis ſit anima,ac ſit ea quæ aliquid ſperare poſsit,agnoſcam, neq; quid
certi futurũ ſit,nouerim:nec tamen quieſcere ab huiuſcemodi cogitationi-
nibus poſſum.Quid igitur agam?hoc faciam:Aegyptum petam, atq; ibi Hie
rophantis vel prophetis qui adytis præſunt,amicus efficiar,& pecunia ab eis
inuitatum magum precabor,vt educat mihi animã de infernis, per eam quã
Necromantiam vocant,tanquam de aliquo negotio conſulere cupienti. Mi E
hi verò hæc erit cõſultatio, ſi immortalis eſt anima. Probatio autem animę,
quod immortalis ſit,nõ ex eo quod loquitur erit mihi certa,vel ex eo quod
audio,ſed ex eo quod video,vt oculis meis cernens eam,certiſsimam de reli-
quo immortalitatis eius ſententiam teneam.Neque enim vltrà poterit veri-
tatem viſus, verborum fallacia,& auditio incerta turbare. Veruntamẽ hanc
ipſam deliberationem meam retuli ad quendam familiarem meum philo-
ſophum,qui mihi conſilium dedit, ne hoc facere auderem. Siue enim, in-
quit,euocanti mago non obediat anima, tu poſt hæc tanquam nihil eſſe pu-
tans poſt mortem,deſperabiliùs viues:quippe qui & inlicita tentaueris.Si ve-
rò & aliquid ibi videre tibi viſus fueris,quę tibi religio?aut quæ pietas ex in-
licitis tradetur & impijs?Exoſum namque diuinitati huiuſcemodi negociũ
ferunt,& aduerſari Deum his,qui animas poſt abſolutionem corporum ve- G
xant.Ego verò his auditis, pigrior quidem ſum redditus ad hoc quod para-
bam,nec tamen vſquequaq; aut deſiderium ponere poteram,aut moleſtiã co
gitationis abijcere.Et ne longa vtar narratione,cũ his ego cogitationis meæ
æſtibus agitarer,fama quædam ſenſim in imperio Tiberij Cæſaris, initiò ex
Orientis partibus ſumpto,peruenit ad nos,& per ſingula conualeſcens,velut
à Deo bonus quidam nuncius miſſus,vniuerſum replebat orbem, nec patie-
batur diuinam voluntatem ſilentio tegi. Diffundebatur ergo per ſingula lo-
ca,adnunciãs quod eſſet quidam in Iudæa, qui ſumpto à tẽpore Veris exor-
dio,regnum Dei euangelizaret Iudæis,idq; percepturos diceret eos,qui man
datorum ſuorum,& doctrinæ inſtituta ſeruâſſent. Vt autem ſermo eius fide
dignus,ac diuinitatis plenus eſſe crederetur,virtutes multas & ſigna ac pro-
digia mira efficere iuſsione ſola,dicebatur:ita vt tanquàm à Deo poteſtatem H
habens,ſurdos faceret audire,& cæcos videre,& claudos erigere, atque om-
nem infirmitatem,cunctosq; dæmones ex hominibus effugâret, ſed & obla
tos ſibi mortuos ſuſcitaret, leproſos quoq; eminùs videns, curaret: & nihil
omninò eſſet,quod ei impoſsibile videretur.Hæc & horum ſimilia proceſ-
ſu temporis, crebris iam rumoribus, ſed manifeſtis quodammodo aduen-
tantium ex illis partibus nunciis,firmabantur: & ipſa iam per dies ſingulos
rei veritas pateſcebat. Dẽique in vrbe per loca conuentus fieri, & de hoc
ſermone tractari,atque in admiratione res haberi cœpit: quiſnam is eſſet,
qui aperuerit, vel quid nuncij à Deo hominibus detuliſſet: donec ſub eo-
dem anno vir quidam adſtans in vrbis loco celeberrimo, proclamaret ad
populum, dicens: Audite me ô ciues Romani: filius Dei in partibus adeſt

*Phlegetontis. Fabulæ de inferis.

Hierophãtæ Sacerdotes Aegypti.

Tiberius Cæſar.

Barnabæ oratio ad populum Romanũ.

Iudææ,

A Iudææ,promittẽs omnibus volentibus audire ſe vitam ęternam:ſi quis tamẽ
ſecũdum voluntatẽ eius,à quo miſſus eſt Dei patris, actus ſuos direxerit:pro-
pter quod conuertimini à malis ad bona,& à temporalibus ad æterna.Agno
ſcite vnum eſſe Deum cœli terręq; Rectorẽ,in cuius iuſtis aſpectibus, vos in-
iuſti mundum eius habitatis.Sed ſi conuertimini, & ſecundum voluntatem
eius agitis,ad futurum ſeculum venientes,& æterni effecti,ineffabilibus eius
bonis ac præmijs perfruemini:Erat autem vir iſte qui hæc loquebatur ad po-
pulum ex orientis partibus natione Hebræus,nomine Barnabas,qui ſe etiam
vnum ex eius diſcipulis eſſe diceret,miſſumque ad hoc,vt volentibus indica-
ret.Quibus ego auditis, cum reliqua multitudine ſequi eum cœpi,& audire
quæ diceret. Intelligebam ſanè quòd nihil dialecticæ artis eſſet in homine,
ſed ſimpliciter &abſque vllo dicendi fuco,quæ audiſſet à filio Dei,vel vidiſ-
B ſet,exponeret.Adſertiones enim ſuas non argumentorum virtute muniebat,
ſed verborum & mirabilium quæ adnunciabat,teſtes multos, ex ipſo etiam
circunſtante populo,producebat.Verùm,quoniam ad ea quæ ſyncerè dice-
bantur,libẽter annuere populus,& amplecti ſermonem ſimplicem cœpit: hi
qui ſibi eruditi videbantur,vel philoſophi,ridere hominem,ac ſpernere cœ-
pere,ſyllogiſmorum in eum tendiculas velut validiſſima arma proferre. At
ille interritus, & velut deliramenta argutias eorum ducens, ne reſponſione
quidem dignos eos iudicabat, ſed ea quæ propoſuerat exequebatut intrepi-
dus. Dẽiq; cùm loquenti ei,quidam propoſuiſſet, cur ita factus eſſet culex,
vt cùm ſit animal exiguum,& ſex habeat pedes,inſuper ei additæ ſint & alæ:
elephantus verò cùm ſit immane animal,neque alas habeat,quatuor tantùm
pedes habeat:Ad hæc ille ne reſpiciens quidem, ſermonem ſuum,quem im-
C portuna propoſitio interruperat, continuata intentione peragebat:hac ſola
admonitione per ſingulas quaſque interruptiones addita:Nos eius,qui miſit
nos verba,factaq; mirabilia adnunciare vobis in mandatis habemus, fidem-
que eorũ quędicimus nõ ex argumẽtis arte quęſitis,ſed ex vobis ipſis,pductis
teſtibus cõfirmare.Agnoſco enim plurimos adſtare in medio veſtrũm,ex his
quos vnà nobiſcũ memini audiſſe,quę audiuimus,& vidiſſe quę vidimus.Sit
autẽ in veſtra poteſtate,vel recipere quę adnunciamus,vel ſpernere.Nos enim
quod expedire nouimus,tacere non poſſumus:quia nobis,ſi taceamus, dam-
num eſt:vobis verò quæ dicimus,ſi non recipiatis,pernicies:Sed & ſtultis pro
poſitionibus veſtris reſpondere perfacilè poſſim, ſi veritatis dicendæ cauſa
quæreretis,de culicis dico atque elephantis differentia:ſed nunc de creaturis
dicere vobis aliquid,abſurdum eſt,cum à vobis ipſe omnium creator & con
D ditor ignoretur. Hæc autem cùm dixiſſet,velut ex vno conſenſu, indiſcipli
nato ore omnes ſimul riſum dedere,incutere ei verecundiam,ac ſilentium im
ponere cupientes,barbarumq; & minùs ſanæ mentis eum adclamantes. Ego
verò cùm hæc ita fieri cernerem,zelo quodam neſcio,vnde repletus,ac religi
oſo furore ſuccenſus, ſilere non potui, ſed cum omni libertate proclamans:
Rectiſsimè,inquam,deus omnipotens abſcondit à nobis voluntatem ſuam,
quos agnitione ſui præuidit indignos, ſicut ex his,quæ nunc agitis ſanum
ſapientibus palam eſt. NAM cùm videatis prædicatores voluntatis Dei ad-
ueniſſe, quia nullam ſermo eorum Grammaticæ artis ſcientiam profitetur,
ſed ſimplicibus & impolitis ſermonibus, perferunt ad vos diuina mandata,
ita vt omnes qui audiunt, ſequi poſſint, & intelligere quæ dicuntur: ridetis
ſalutis veſtræ miniſtros,& nuncios ignorantes: quia veſtra, qui vobis periti

Barnabas quis fuerit

Simplex oratio Apoſtolorum erat.

Videriticulã argutiã Philoſophorũ.

Clementis diuino furore ſuccẽſi oratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& eloquentes videmini, condemnatio est, quod apud agrestes & barbaros E
habetur veritatis agnitio, quæ cùm ad vos aduenerit, nec quasi hospita fusci-
pitur: quę nisi intemperantia vestra & libido obsisteret, ciuis esse & vernacu-
la debuisset: vt ex his arguamini, quòd non veritatis amici & philosophi, sed
iactantiæ sectatores, & vaniloqui estis: qui veritatem non in simplicibus ver
bis, sed in versutis & callidis creditis habitare, & innumerabilia verborum
profertis, vnius verbi nequaquam precio pensitanda. Quid ergo putatis fu-
turum de vobis vos ô omnis turba Græcorum, si erit iudicium Dei sicut iste
dicit? Sed nunc omittentes ridere in perniciem vestri virum hunc, responde-
at mihi qui vult ex vobis, quoniam quidem solo latratu vestro obturbatis
etiam eorum aures, qui salui esse volunt: & mentes quæ ad fidem paratæ sunt,
ad infidelitatis lapsum, vestris obturbationibus declinatis: quæ vobis erit*
vnquam venia, qui diuinitatis nuncium, promittentem vobis agnitionem F
* inquam. Dei, ridetis, & iniurijs afficitis? quem vtiq; etiam si nihil veritatis adferret,
pro ipso tamen benignitatis erga vos proposito, gratum acceptumq; habe-
re deberetis. Hæc & his similia cùm prosequerer, plurimus adstantis populi fre
mitus concitabatur, dum alij velut erga hospitem miseratione mouerentur,
meumq; sermonem consequenter habitum probarent: alij petulantes, &
stolidi in me quoque pariter vt in Barnabam effrenati animi, iracundiam cõ-
citarent. Sed cùm ad vesperum iam declinaret dies, apprehensa Barnabæ
Familiaritas Clemẽtis et Barnabæ. dextera, obluctantem licet eum, ad meam tamen adduxi domum, atque ibi
manere feci, ne quis fortè ex indocili vulgo inijceret ei manus. Aliquantulis
igitur diebus vnà positi, disserente eo paucis, sermonem veritatis libenter au-
diebam: vrgebat tamen profectionem suam, dicens se diem festum religio-
nis suæ, qui immineret, omnimodis apud Iudæam celebraturum, ibiq; de re- G
liquo cum suis ciuibus ac fratribus permansurum, euidenter indicans iniu-
riæ se horrore perculsum. Dénique cum ego dicerem, tu mihi tantùm e-
ius viri, quem apparuisse dicis, expone doctrinam, & ego meis sermonibus
tua dicta componens, omnipotentis Dei regnum, iustitiamque prædicabo,
& post hæc si volueris, etiam nauigabo tecum: valde enim cupio videre Iu-
dæam, vobiscum fortassis perpetuò permansurus. Ad hæc ille: Tu, inquit, si
quidem videre vis patriam nostram, & discere quæ desideras, iam nunc me-
cum pariter nauiga: si verò te aliquid tenet, signa tibi habitationis nostrę de-
relinquam, vt cùm venire volueris, inuenire nos facilè possis: ego enim crasti
Barnabas. no ingrediar iter: Quem vbi immobilem vidi, descendi cum ipso vsq; ad por
tum, ac diligenter ab eo signa quæ dixerat habitationis accepi, dicens ei:
Quia nisi aliquantulum pecuniæ necessariò mihi esset à debitoribus reposcẽ H
dum, nihil omninò differrem: velociter tamen insequar iter tutum. Cùm hęc
dixissem, commendato eo attentiùs, his qui naui præerant, regressus sum tri-
stis. Habebat enim me recordatio consuetudinis boni hospitis, & optimi
amici. Diebus autem paucis remoratus, & his quæ debebantur ex parte ali-
qua profligatis: plurima enim festinandi studio neglexi, ne à proposito im-
pedirer: enauigaui continuò in Iudæam, & post dies XV. Cæsaream Strato-
Clemẽs in Iudæam nauigat. nis, quæ est Palestinæ vrbs maxima, adpulsus sum. Cumque naui egressus,
hospitium quærerem, rumore populi comperi, quod Petrus quidam, illius
qui in Iudæa apparuit, & signa multa ac prodigia diuinitùs gesta inter ho-
mines ostendit, discipulus probatissimus, crastino cum Simone quodam Sa-
maritano ex castello Gethonum, habiturus esset verborum quæstionumq;
certamen

A certamen. Quibus ego auditis, rogabam demonstrari mihi eius hospitium:
quod cùm reperissem, atq; ante fores constitissem, ingerebam ianitori, quis-
nam essem, atque vnde aduentarem: & ecce Barnabas procedens, statim vt
me vidit, in complexus meos corruit, gaudio lachrymans, atque apprehen-
sum me manu, introducebat ad Petrum, quem cùm mihi eminus ostendisset,
hic est, inquit, Petrus, quem tibi maximum esse in Dei sapientia dicebam: cui
que de te rursus sine cessatione loquutus sum. Ingredere igitur tanquàm benè
ei cognitus. Omnia enim quæ in te sunt bona, verissimè comperit, & religio-
sum propositum diligẽter agnouit, ex quo & summo desiderio agitur, viden
di te. Vnde magnum ei hodie munus meis te manibus offero, simulque obla-
to me ait, Hic est CLEMENS PETRE. At benignissimus PETRVS Petrus humanitèr excipit clementem.
audito nomine, adcurrens protinus in hæsit osculis meis: & post hæc cum se-
B dere fecisset me, ait: Bene fecisti prædicatorem veritatis hospitio recipere Bar
naban, nihil veritus populi insanientis furorem, beatus eris. Sicut enim tu le-
gatum veritatis omni honore dignum duxisti, ita te quoq; peregrinantem,
& hospitem, veritas ipsa suscipiet, & ciuem propriæ vrbis adscribet, & tunc
tibi erit gaudium magnum, quod exiguam nunc impartiens gratiam, æterno
rum bonorum hæres scriberis. Nunc, ergo ne labores exponere mihi animũ
tuũ: cuncta enim de te & de moribus tuis Barnabas fideli sermone perdocuit,
quotidie penè & indesinenter bonorum tuorum memoriam repetens. Et vt
tibi breuiter tanquam vnanimi iam amico quod in re est definiam, si nihil
est quod te impediat, iter age nobiscum, & audi sermonem veritatis, quem
habituri sumus per loca singula, vsquequo ad ipsam nobis perueniendum sit
vrbem Romam: nunc tu si quid desideras, dicito. Cumque ei exposuissem,
C quid ab initio propositi gesserim, & quomodo per inanes effusus sim quæ-
stiones, & illa omnia quæ tibi* domine mi Iacobe in principijs indicaui, vti * dilecte Deo. Quæ Clementẽ solicitum tenuerũt.
ne eadem repetem, libenter promisi, cum ipso me iter acturum: hoc est enim
aio, quod cupidissimè expetebam. Veruntamen priùs mihi cupio rationem
veritatis exponi, vt sciam, si mortalis, an immortalis est anima: & si immorta-
lis, vtrum pro his quæ hic agit, ducatur ad iudicium. Sed & quæ sit iustitia,
quæ Deo placeat, scire desidero. Tunc præterea, si factus est mundus, uel qua-
re factus est: aut si soluendus, & an in melius renouandus: aut si omnino post
hæc non erit mundus: & ne per singula progrediar, hæc atq; horum similia
vt se habeant, dici mihi velim. Respondit ad hæc Petrus: Breuiter, inquit, tibi
ô Clemens rerum scientiam tradam, & ausculta iam nunc, Voluntas & con- Vitia ueluti fumus quidam nõ permittũt nos uidere uoluntatẽ Dei.
silium Dei latuit homines multis ex causis. Primo quidem pro institutione
D mala, pro sodalitatibus pessimis, pro consuetudine nequam, pro colloquijs
non bonis, pro præsumptionibus minus rectis: pro his, inquam omnibus, pri
mùm error is, inde contemptus, tum infidelitas & malitia, auaritia quoq;, &
vana iactantia, aliaq; his similia mala, velut fumus quidam immensus, vniuer
sam mundi huius domum repleuit, & habitantibus intrinsecùs intuendi cõ-
ditorem suum, aspectum liberum non dedit, neq; quæ ei essent placita perui-
dendi. Quid igitur his qui sunt intrinsecùs conuenit, nisi vt ex intimis præ-
cordijs clamore prolato, auxlium inuocẽt eius, quem solum domus fumo re
pleta non claudit, & accedens aperiat ianuam domus, quo possit fumus qui
dẽ q intrinsec⁹ habetur, excludi: lux verò Solis quę extrinsec⁹ resplẽdet, indu
ci. Hunc ergo qui ad auxiliũ domus, caligine ignorantię, & vitiorũ fumo re
pletę, ꝓquiritur, illũ esse dicim⁹, q appellat̃ verus ꝓpheta, qui sol⁹ illuminare
A 3 animas

Universidad de Deusto
Biblioteca

animas hominum poteſt,ita vt oculis ſuis,viam ſalutis euidenter inſpiciant. B
Aliter enim impoſſibile eſt,de rebus diuinis æternisq; cognoſcere, niſi quis
ab iſto vero propheta didicerit :quia ſicut ipſe paulò ante memorabas, fides
rerum,cauſarumq;ſententię, pro ingenijs magis defendentium ponderãtur:
1. Ioan. 4. Vnde & eadem cauſa nunc iuſta nunc iniuſta putatur:& quod modo verum
Probandi videbatur,alterius adſertione falſum videtur:iſta de cauſa,religionis ac pieta
ſunt enim tis fides,veri prophetæ præſentiam poſtulauit,vt ipſe nobis diceret de ſingu-
ex Deo lis,prout ſe ipſa veritas habet:& doceret,quomodo oporteat de ſingulis cre-
ſint. di : & ideo ante omnia fidem prophetæ omni cum examinatione oportet
probari:quem cùm cognoueris eſſe prophetam,de reliquo cuncta ei credas,
oportet:nec vltra diſcutere eum per ſingula quæ docuerit,ſed habere firma
& ſancta quæ dicit,quæq; quamuis fide ſuſcipi videantur,antehabita tamen
probatione credũtur.Cum enim ſemel ex initio prophetæ veritas examinata B
conſtiterit,reliqua demùm fide audienda ſunt & tenenda, qua eum doctorẽ
* ſcientiã eſſe iam conſtitit,Et ſicut certum eſt,cuncta ſecundum veritatis regulam te-
*ſciri. neri oportere,quę ad diuinam*ſententiam ſpectãt,ita indubitatum eſt à nul-
lo alio niſi ab ipſo ſolo*ſcribi poſſe,quod verum eſt. Et his dictis,tam mihi
apertè,& tam lucidè,quis iſte eſſet propheta,& quomodo inueniretur, expo
ſuit,vt ego mihi ante oculos habere,& manu contrectare viderer : probatio-
nes,quas de prophetica veritate protulerat,ingentiq; ſtupore deficerem,quo
Liber Cle modo ea quæ omnes quęrunt,ante oculos poſita nullus videt.Vnde iubente
mentis de eo,ea quæ ad me loquutus eſt,in ordinem redigens,librum de vero propheta
uero pro conſcripſi , eumq; de Cæſarea,ad te,ipſo iubente, tranſmiſi . Dicebat enim
pheta non mandatum ſe accepiſſe abs te,vt per ſingulos annos,ſi qua eſſent à ſe dicta,ge
extat. ſtaq;,ad te deſcripta tranſmitteret. Intereà initio ſermonis ſui,quem primo G
die habuit ad me de vero propheta,& de alijs plurimis, cùm me inſtruxiſſet
pleniſsimè,addidit etiam hęc:Vide,inquit,de reliquo, & intereſto tractati-
bus meis,quos,ſi quando neceſſitas attulerit, habeo cum his qui contradi-
cunt:aduerſus quos diſputans,etiã ſi fortè inferior viſus fuero, non verebor,
ne fortè tu de his quæ tibi à me ſunt tradita,in dubium venias : quia etiam ſi
ego viſus fuero ſuperari,non tamen idcirco ea quæ nobis verus propheta tra
didit,infirma videbuntur.Spero tamen quod nec in diſputationibus ſupere-
mur,ſi modo rationabiles ſint auditores & amici veritatis, qui diſcernere va
leant vim,ſpeciemq; verborum:& agnoſcere,qui ſermo ex arte ſophiſtica ve
niat,non veritatem continẽs,ſed imaginem veritatis : & qui ſit,qui ſimplici-
ter,ac ſine fuco prolatus,omnem vim non in ſpecie & ornatu,ſed in veritate
& ratione poſſideat. H

Ad hæc ego:Omnipotenti,inquam, Deo gratias ago,quia vt optaui & de
ſideraui,inſtructus ſum. Veruntamẽ de me in tantũ eſſe debes ſecurus, quod
de his quæ didici abs te,in dubium venire nõ poſſim,vt ſi tu ipſe velis aliquã
do fidem meam à vero propheta transferre , omnino non poſſis: quia pleno
ſpiritu hauſi,quæ tradidiſti . Et ne putes magnum tibi me aliquid polliceri,
quod ab hac fide negem me poſſe transferri : certum eſt apud me,quia qui-
cunq; hominum hanc de vero propheta acceperit rationem , dubitare vltra
de veritate nullatenus poterit.Et id ideo cõfido de hoc diuino dogmate cœ-
litus definito,in quo omnis ars malitiæ ſuperatur. Aduerſus propheticam e-
tenim neq; ars vlla ſtare ſufficit,neq; ſophiſmatum,ſyllogiſmorumq; verſu
tiæ.Sed omnis qui audierit de vero propheta,neceſſe eſt vt ſtatim deſiderium
capiat

A capiat ipſius veritatis,nec vltra ſub occaſione veri quærendi, diuerſos patie-
tur errores.Propter quod domine mi ô Petre, nolo ſis vltra ſollicitus, tan-
quam de eo qui neſciat,quid acceperit, & quantum ſibi commiſſum ſit mu
neris: certus eſto,quod ſcienti & intelligenti gratiam contuliſti, nec facilè
poſſum decipi,pro eo,quòd quæ diù deſiderabam, citò videor adeptus. Po-
teſt enim fieri vt alius deſiderans citò adipiſcatur,alius nec tardè ad deſidera-
ta perueniat.Et Petrus,his à me auditis:Gratias ago,inquit, Deo meo, & pro
ſalute tua,& pro requie mea: valde enim delector, quia intellexiſſe te video,
quanta ſit virtutis propheticæ magnitudo, & quia, vt ais, nec ſi ego ipſe cu-
piam,quod abſit,potero te tranſuertere in aliam fidem,& ex hoc iam incipe
eſſe nobiſcum,& craſtino die intereſto diſputationibus noſtris:erit enim mi
hi certamen contra Simonem Magum.Cumq; hæc dixiſſet,ſeceſsit vt cibum Petrus ſe-
B caperet cum ſuis, me autem ſeorſim veſci iuſsit : & poſt cibum cum laudem orſim à
dixiſſet Deo,& gratias egiſſet, etiam huius ipſius facti mihi reddidit ratio- gentibus
nem,& addidit, dicens: Det tibi dominus exæquari nobiſcum in omnibus, comede-
vt percepto baptiſmate poſsis ad eandem nobiſcum conuenire menſam: bat.
& his dictis, quieſcere me iuſsit:iam enim ſomnum natura corporis, & ra-
tio temporis inuitabat.Poſtera verò die matutinis ad nos ingrediebatur Za-
chæus,& cum ſalutâſſet,ait ad Petrum:Differt Simon certaminis diem in vn-
decimam menſis præſentis, quæ eſt poſt ſeptem dies. Tunc enim magis vacu
um ſibi diſceptandi tempus,adfirmat.Sed & mihi videtur comperendinatio
eius etiam nobis eſſe neceſſaria,vt plures conueniant, qui diſputationis no- Legant
ſtræ vel auditores vel iudices fiant. Veruntamen ſi probabile tibi videtur, hoc qui
inter moras,ea, quæ in controuerſiam venire poſſe,opinamur, inter noſ- ignauiæ
C metipſos priùs diſcutiamus, vt vnuſquiſque noſtrũm,cum,quæ proponen- ſuæ ſpiri-
da ſint,& quæ reſpondenda,cognouerit, apud ſemetipſum pertractet, ſi re- tum præ-
ctè ſe habeant,aut ſi inuenire poterit aliquid aduerſarius quod obijciat, aut texunt.
quod obiecta fruſtretur. Si verò ex omni latere,quæ à nobis dicenda ſunt,
claruerunt eſſe munita, ita demùm confidenter quæſtionis ineatur exordi-
um,& quidẽ mea hæc eſt ſententia,quod ante omnia requiri oporteat,quid
ſit omnium primùm,quidue*immaculatum,quod etiam cauſam eſſe omni- *immedia
um quæ ſunt,docendum eſt:deinde cuncta quæ ſunt, ſi facta ſunt, & à quo, tum.
vel per quem,vtrum ab vno,an ex duobus,an à multis accepêre ſubſtantiam:
& vtrũ ex nullis ſubſtantibus,an ex aliquibus ſumpta ſint, & adornata,tum
ſi aliqua virtus eſt in altiſsimis, aut in inferis: Si eſt, quid melius eſt o-
mnibus,aut cunctis inferiùs:Si ſint aliqui motus,aut nulli:ſi hæc,quæ viden-
D ter erant ſemper,& erunt: Si extitêre nullo operante, & nullo ſoluente di-
labantur:Si,inquam, ex his initium acceperit diſputatio, puto quod ea,quæ
quæruntur diligenti examinatione diſcuſſa,facilè clareſcant. Cum autem
hæc claruerint,eorum quæ ſequuntur in promptu reperietur agnitio. Ego
quid ſenſerim protuli:quid etiam tibi videtur, indicare non pigeat: Ad hæc
Petrus: Dic,inquit,interim Simoni,faciat vt libet, certus, quod diuina pro-
uidentia largiente, ſemper nos inueniet paratos. Et Zachæus quidem quæ
audierat, egreſſus eſt Simoni nunciare. Petrus verò reſpiciens ad nos,
& intelligens contriſtatum me eſſe pro dilatione certaminis, ait: Qui cre-
dit ſummi Dei prouidentia diſpenſari mundũ,non debet ô amice Clemens,
de ſingulis,quæ quoquo modo accidunt,aſpernanter accipere, certus quod
iuſtitia Dei,etiã ea quę ſuperflua videntur,aut cõtraria in vnoquoq; negotio,
oppor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

opportuno exitu,competentiq; dispensat,præcipuè tamẽ erga eos, qui eum familiariùs colunt:& ideò qui de his,vt dixi,certus est, si quid eueniat cõtra sententiam,nouit pro eo mœrorem de animis expellere, meliore sententia manifestum habens,quod dispensatione boni Dei, etiam quod contrarium putatur,vertatur in meliùs, propter quod ô Clemens etiam nunc non te cõtristet magis Simonis ista dilatio. Credo enim quod per Dei prouidentiam gestum sit ad vtilitatem tuam, vt possim tibi rationem fidei nostræ,in hac septem dierum comperendinatione, absque aliquo strepitu, ordinemque consequenter exponere secundum traditionem veri prophetæ, qui solus scit,quæ facta sunt,vt facta sint:& quæ fiunt,vt fiant,quæque erunt,vt erunt: quę tamẽ manifestè quidem dicta,non tamen manifestè scripta sunt,in tantùm,vt cùm leguntur, intelligi sine expositore non possint, propter peccatũ quod coadoleuit hominibus,sicut superiùs diximus. Idcircò igitur explanabuntur tibi per omnia,vt in his quæ scripta sunt, dilucidè, quæ sit sententia legislatoris, agnoscas. Cumque hæc dixisset, exponere mihi singula de his quæ in quæstione esse videbantur legis, capitulis cœpit,ab initio creaturæ vsque ad id temporis, quo ad eum Cæsaream deuolutus sum. Hæc mihi, dicens,dilatio Simonis contulit,vt per ordinem cuncta cognoscerem.Aliâs, inquit,secũdum ea quæ opportunitas sermonibus adtulerit,de singulis quibusque,quæ nunc compendiosiùs diximus, latiùs disseremus, vt secundum ea quæ pollicitus sum tibi,pleniùs de omnibus perfectiusq; cognoscas.Quia ergo hodierna adhuc nobis superest dies, vt his * quæ dilata sunt, volo tibi rursus ea quæ dicta sunt breuiter iterare, vt magis tibi ad memoriam reuocentur. Et exin cœpit hoc modo mẽtibus meis innouare,quæ dixerat. Meministi ô amice Clemens,quæ mihi fuerit de æterno seculo,ac finem nesciẽte,narratio? Tunc ego,nihil,inquã,ô Petre aliquando retinebo, si hoc omittere,aut obliuisci potuero.Et Petrus libenter hac mea responsione suscepta, gratulor tibi,inquit,quod ita responderit,& nõ quod hæc ipsa facilè dicas, sed te meminisse protuleris:quæ enim summa sunt,silentio honorari volunt. Ad fidem tamen eorũ quæ de ineffabilibus meministi,dic quę retines ex his, quæ in loco secundo à nobis dicta sunt,quæ proferri facilè queunt,vt peruidens tenacitatem memoriæ tuæ,de quibus volo,promptiùs tibi indicem, & libenter aperiam. Tunc,ego vbi aduerti eum auditorum memoria gaudere, non solùm,inquam,definitionis tuæ memor sum,sed & præfinitionis illius, quæ ante definitionem posita est, & omnium penè quæ exposuisti, sensum integrum seruo,etiam si verba non omnia: quia tanquam vernacula animæ meæ,& ingenita effecta sunt,quæ dixisti.Nimium enim sitienti mihi dulcissimum poculum porrexisti.Et ne putes quod rerum immemor, verbis te occupem,iam nunc quæ dicta sunt in memoriam reuocabo: in quo mepluri- mum iuuat ordo disputationis tuæ.Etenim quia consequenter directa sunt, & libratè ordinata quæ dicis, idcircò & facilè ad memoriam ordinis sui lineis reuocantur.Multùm namque ad recordandum prodest ordo dictorũ: cum enim recolere singula per cõsequentiam cœperis, vbi aliquid deest,statim sensus inquirit,& cùm inuenerit,seruat:aut certè, si inuestigare nequierit,à magistro requirere non pigebit. Sed ne moram faciam in reddendo ea, quæ poscis à me,retexã breuiter,quæ de veritatis definitione tradidisti. Erat semper,& est,& erit illud à quo prima voluntas genita sempiternitate cõstat, & ex prima voluntate iterùm voluntas. Post hæc mundus, ex mundo tem-

Diligentibus Deũ, oĩa cooperantur in bonum. Rom.8.

**qui dilati.*

Summa silentio honorari uolunt.

Ordo memoriã iuuat.

Aeternas uolũtates appellat filiũ & spiritum sanctum.

pus, ex

A pus,ex hoc hominum multitudo,ex multitudine electio amicorum,ex quorum vnanimitate pacificum construitur Dei regnum.Reliqua verò quę hæc consequi deberent,aliâs te mihi dicturum esse promiseras. Post hæc cùm de creatura mundi exposuisses: definitionem Dei, quam in conspectu omnium primorum Angelorum de sua*voluntate promisit,quamque æternam legem cunctis statuit,intimâsti:& quod duo regna posuit,præsentis dico temporis & futuri:& tempora vtrique constituit, statuitque expectari iudicij diem, quam ipse definiuit,in qua habenda sit rerum,animarumq; discretio,vt impij quidem pro peccatis suis igni tradantur æterno:hi verò qui secundũ voluntatem conditoris Dei vixerint,pro bonis operibus benedictione suscepta clarissima luce fulgentes, introducti ad æternam fidem & in incorreptione durantes,ineffabilium honorum munera æterna percipiant. Hæc me prose-
B quente,gudio perfusus Petrus,tanquam super filio tripudians,ne fortè in reliquorum memoria titubans,erubescerem propter eos qui aderant,sufficit, inquit,ô Clemens:euidentiùs enim hæc,quàm à meipso exposita fuerant, edidisti.Et ego aio:Narrandi ordinem,&lucidiùs ea,quę res expetit,proferẽdi,eruditio nobis contulit liberalis,qua si vtamur in antiquitatis erroribus, in perniciem vitæ verborum decore,ac suauitate decidimus. Si verò ad adferendam veritatem, eruditionem sermonis, & gratiam conferamus, puto ex hoc non parùm vtilitatis acquiri. Veruntamen mi domine Petre, quãta me arbitraris gratulatiõe sublatũ,cùm in cæteris omnibus,tum præcipuè in illius doctrinæ sententia,qua ais,vnus est Deus,cuius opus mundus est, quique quia iustus est omnimodis,vnicuique pro actionibus suis reddet .Et post-hæc addidisti,dicens: Pro cuius dogmatis adsertione innumera verborum
C millia mouebuntur:sed in his,quibus veri Prophetæ concessa est sciẽtia, oĩs ista verborum sylua succisa est. Et propter hoc cùm mihi tradideris de vero Propheta sermonem,omni me adsertionum firmitate roborâsti.Inde deniq; ego cum aduertissem, in hoc summã totius religionis pietatisq; consistere, ilicò respondi: Optimè prosequutus es Petre, propter quod de reliquo iam tanquam scienti,quę sint fundamẽta fidei,&pietatis,veri prophetæ traditiones incunctanter expone,cui soli credendum cũse,euidenter probatum est.Illam vero expositionẽ,quæ adsertionibus & argumentis indigeat,infidelibus seruà,quibus nondum committere propheticæ gratiæ, indubitabilem iudicaueris fidem.Et cùm hæc dixissem,tu vtrunq;,inquam,pollicitus es,te hanc mihi simplicem expositionem,ac totius erroris expertẽ,& illã quæ per singulas quasq; quæstiones explicatur,quæ* & à te mouebantur, in tempore tra
D diturũ.Et posthæc exposuisti per ordinẽ,à principio mundi, vsq; ad præsens tempus consequentiã rerum:& si placet possum memoriter vniuersa retexere.Ad hæc Petrus:Magnificè,inquit,delector ô Clemens,quòd tam tutò cordi verba cõmittam:memorẽ namq; esse eorũ quæ dicuntur, indicium est,in promptu habere operũ fidem.Cùm verò malus dæmon salutis verba furatur, & de memoria rapit,etiam si velit,saluari non poterit.Perdit enim viam,qua peruenitur ad vitam:propter quod eò magis repetamus, quæ dicta sunt, & confirmemus ea in corde tuo:id est,quomodo,vel à quo factus sit mũdus,vt tendamus ad amicitiam conditoris.Amicitia autem efficitur benè viuendo, & voluntati eius obediendo,quæ voluntas omniũ viuentiũ lex est. Breuiter ergo tibi hæc eadem firmioris causa memoriæ retexemus.In principio cùm fecisset Deus cœlũ & terrã,tanquã domũ vnã, ipsa quæ ex corporibus mũdi

**consilio.*

Sũma religionis nostræ in uno Deo consistit.

**quidem*

B reddita

Universidad de Deusto Biblioteca

Lux. Tenebræ. reddita est vmbra, his quæ intrinsecus clausa fuerãt, tenebras ex se dedit. Sed E
cùm voluntas Dei introduxisset lucem, tenebræ illæ quæ ex vmbra corporũ
Aqua. factæ fuerant, continuò deuoratæ sunt: tunc déinde lux in diem, tenebræ de-
putantur in noctem. Iam verò aqua, quæ erat intra mundum, in medio primi
illius cœli, terræq; spatio, quasi gelu cõcreta, & crystallo solidata, distẽditur,
Cœlum. & huiusmodi firmamẽto velut intercluduntur media cœli ac terræ spatia,
idq; firmamentũ cœlũ conditor appellauit, antiquioris illius vocabulo nũ-
cupatũ, & ita totius mundi machinam, cùm vna domus esset, in duas diuidit
regiones. Diuisionis autẽ hæc fuit causa, vt superna regio angelis habitaculũ,
inferior verò præberet hominibus. Post hæc quòd reliquum fuit, in inferio-
ribus aquarum, iussu voluntatis æternæ, locus maris & chaos effectũ recipit,
eisq; ad demersa & concaua defluentibus, arida quidem apparuit terra. Con-
Maria. Terra. Fontes. gregationes autẽ aquarũ, effecta sunt maria. Et post hæc terra quæ apparue- F
rat, herbarum & virgultorum diuersa genera produxit, fontes quoq; & flu-
uios, non solùm in planis, sed & in montibus protulit: & sic cuncta præpara-
tasunt: vt hominibus qui habitarent in ea, esset facultas his omnibus pro ar-
bitrio vti, id est, siue ad bona velint, siue etiã ad mala. Posthæc stellis adornat
cœlum istud visibile. Solem quoq; & lunam ponit in eo, vt alterius lumine
dies, & nox vteretur alterius: simulq; vt essent indicio rerũ præteritarũ, præ-
Caue intelligas hic superstitiosam Astrologiã, quam nonnus liber insectatur: sed qd ex homini prodigijs, qualia tẽpore Ezechiæ, Iosue, aduentus & passionis Christi, & iudicij die futura sint, liceat diuinare aliũ statum rerum. sentium, & futurarum. Pro signis enim temporum facta sunt ac dierum, quæ
videntur quidem ab omnibus, intelliguntur autem ab eruditis & intelligen-
tibus solis. Cumq; post hæc de terra & aquis produci iussisset animantia, Pa-
radisum fecit, quem & delitiarum locum nominauit. Post hęc autem omnia
hominem fecit, propter quem cuncta præparauerat, cuius interna species est
antiquior, & ob cuius causam omnia quæ sunt, facta sunt, ministerio eius cõ G
cessa, & habitationis eius vsibus data. Igitur consummatis omnibus quæ in
cœlo & in terris sunt, atq; in aquis, multiplicato etiam hominum genere,
octaua generatione homines iusti, qui Angelorũ vixerant vitam, illecti pul
chritudine mulierum, ad promiscuos, & illicitos concubitus declinauerũt,
& inde iam indiscretè & contra ordinem cuncta agentes, statum rerũ huma-
rum & diuinitùs traditum vitę ordinem permutárũt, ita vt omnes homines,
vel persuasione, vel vi peccare in creatorem suum cogerent Deũ. Ex noua ge-
neratione nascũtur Gigantes, illi qui à seculo nominãtur: non δρακοντόποδας,
vt Græcorum fabulæ ferunt: sed immensis corporibus editi, quorũ adhuc ad
indiciũ in nonnullis locis ossa immensæ magnitudinis ostenduntur. Sed ad-
uersum hos iusta Dei prouidentia diluuium mũdo introduxit, vt orbis qui-
dem terrarum ab eorum contagione dilueretur: omnis vero locus ab impio- H
rum nece verteretur in pelagus. Vnus tamen tunc inuentus est iustus, nomine
Noë, qui in arca cum tribus filijs, eorumq; vxoribus liberatus, post aquarũ
decursus, cum his animalibus quæ secum clauserat, & seminibus, mundi ha-
bitator effectus est. Duodecima generatione, cum Deus benedixisset homi-
nes, & multiplicari cœpissent, acceperũt pręceptũ, ne sanguinem degustarẽt:
propter hoc enim etiam diluuiũ factum est. Tertiadecima generatione, cùm
ex tribus filijs Noë, vnus qui erat medius, patri fecisset iniuriam, posteritati
suę ex maledicto cõditionem seruitutis induxit, cuius interim senior frater
habitationis sortem, eam quæ est in medio terrę, suscepit, in qua est regio Iu-
dęæ. Iunior verò Orientis plagam sortitus est: ipse autẽ Occidentis accepit.
Quartadecima vero generatione ex maledicta progenie quidam propter ar-

Maria. Terra. Fontes. *Gen. 6.* *Diluuium.* *Noë iustus Gene. 9.* *Cham seruorum pater.*

tem

A tem magicam primus aram statuit dæmonibus, honorem sanguinis litans.
Quintadecima generatione primò omnium homines idolum statuentes, ad-
orauerunt: & vsq; ad illud tempus diuinitùs humano generi data Hæbræo-
rum lingua, tenuit monarchiam. Sextadecima generatione mouerunt se ab
Oriente filij hominum, & venientes ad terras patrum suorũ, vnusquisq; sor-
tis suæ locum proprij vocabuli appellatiõe signauit. Septimadecima genera-
tione apud Babyloniam Nemroth primus regnauit, vrbemq; construxit, & *Gen. 11.*
inde migrauit ad Persas, eosq; ignẽ colere docuit. Octauadecima generatio-
ne muratæ vrbes factæ sunt, & exercitus instituti, armaq; & iudices, legesq;
sancitæ, templa constructa, & principes gentium tanquam dij adorati sunt.
Nonadecima generatione posteri illius, qui post diluuium maledictus est,
proprios terminos excedentes, quos in Occidentalibus partibus sorte susce-
B perant, eos qui medium terræ fuerãt sortiti locũ, in terras Orientis expellũt, *Bellorum origo.*
& vsq; ad Persidem fugant, ipsiq́ue in expulsorum locis iniqua sorte succe-
dũt. Vicesima generatione ob incesti crimen, primus morte propria filius an-
te patrẽ defunctus est. Vicesimaprima generatione extitit vir quidam sapiẽs,
ex genere eorum qui fuerunt expulsi, ex semine primogeniti filiorum Noë,
nomine Abraham, à quo nostrum Hebræorum ducitur genus. Hic cùm vni- *Gen. 17.*
uersus iterum mundus diuersis erroribus esset oppressus, & pro immanitate
scelerum maturum ei pararetur excidium, non iam per aquam, sed per ignẽ:
cumq; iam plaga initio à Sodomis sumpto, immineret & vniuerso orbi ter-
rarum, pro amicitijs (quibus erat ei familiaritas cum Deo) cui bene placue-
rat, vniuersum mundum ne pariter periret, eripuit. Ab initio tamen cæteris
omnibus errantibus, ipse cùm arte esset astrologus, ex ratione & ordine stel-
C larum agnoscere potuit conditorem, eiusq́ue prouidentia intellexit cuncta
moderari. Vnde & Angelus adsistens ei per visionem, pleniùs, eum de his quę *Gen. 15.*
sentire cœpit, edocuit. Sed & quid generi eius ac prosteritati deberetur, ostẽ-
dit, & non tam eius danda hæc loca, quàm reddenda promisit. Igitur Abra-
ham cùm rerum causas desideraret agnoscere, idq; secum intenta mẽte per- *Psalm. 7.*
uolueret, apparuit ei verus Propheta, qui solus omniũ corda & propositũ no *Act. 1.*
uit, & omnia ei quæ desiderabat aperuit, diuinitatis scientiam docuit, mun-
di originem, finemq; pariter indicauit. Animæ immortalitatem ac viuendi
instituta, quibus Deo placeretur, ostendit. Resurrecturos quoq; mortuos, ac
iudicium futurum, bonorum remunerationem, malorum pœnas, iusto cun-
cta moderanda iudicio, declarauit. Omnibusq; ritè ac sufficienter edoctis,
ad sedes rursus inuisibiles secessit. Verùm cùm adhuc Abraham in igno- *Abraham*
D rantia versaretur, sicut tibi & anteà iam diximus, nati sunt & filij duo, quo- *Ismaël*
rum vnus Ismaël, alius Heliesdros appellati sunt. Ex alio Barbaræ gentes, ex *Genes 17.*
alio Persarum populi descendunt: è quibus nonnulli Bracmanorũ vitam, & *Heliesdros*
vicina instituta sectati sunt. Alij apud Arabiam consederunt, ex quorum po
steris nonnulli etiam in Aegyptum dispersi sunt. Indè déniq; & Indorũ qui-
dam & Agyptiorum circuncidi didicẽre, ac purioris obseruantiæ esse quàm
cæteri, licet processu temporis quamplurimi eorum ad impietatem vertẽrẽt
argumentum & iudicium castitatis. Veruntamen cùm hos duos filios tem-
pore, quo adhuc in ignorantia rerum vixerat, suscepisset, Dei agnitione
percepta petit ab eo, qui erat iustus, vt ex Sara, quæ ei erat coniunx legitima, *Isaac*
cùm esset sterilis, habere progeniem mereret, & accepit, quẽ & Isaac nomina *Iacob*
uit, ex quo natus est Iacob. De Iacob aũt 12. Patriarchæ, & ex ipsis duodecim *12. Patriarchæ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

septuaginta duo. Hi fame exorta Aegyptum veniunt cum omni domo sua, E
& intra annos. CCCC. Benedictione & promissione Dei multiplicati, adfli-
X. Plagæ. gebantur ab Aegyptijs. Cumque affligerentur, apparuit verus propheta Moy
si, & Aegyptios quidem resistentes, ne Hebræorum populus exiret ab eis, &
Exod. 7. rediret ad patriam terram, decem plagis cœlestibus affecit: populum verò Dei
eduxit ex Aegypto. Sed qui superfuerant ex Aegyptijs, conspirati cum ani-
Exod. 14. mositate regis sui, insequuti sunt Hebræos: quos cum reperissent super littus
maris & interimere omnes, ac delere cogitarent: Moyses oratione ad Deum
fusa, mare in duas partes diuisit, ita vt aqua dextera leuaq; quasi gelu concre-
ta teneretur: & populus quidem Dei transiret velut iter aridum, insequentes
verò eos Aegyptij temerè ingressi necarentur. Vbi enim vltimus ex Hebræo-
In deserto rum populo ascendit, Aegxptorum quoq; vltimus descendit in mare, & con
Sur. tinuò aquæ maris, quæ vt gelu cõstrictæ, relaxatæ tenebantur, præcepto eius F
Psal. 117. qui constrinxera relaxatę, pœna de impiorum populo recepta, Naturæ suæ li
bertatẽ sumpserũt. Posthęc Moyses Dei oĩa prouidentis præcepto, Hebręorũ
Exod. 20. populũ eduxit in deserto, & iter breuissimũ, quod fert de Aegypto ad Iudæã
X. præcepta. relinquens, p longos eremiplebẽ, ducit anfractꝰ, vt quadraginta annorũ exer
citijs, mala, quæ eis ex, Aegyptiorũ moribus vsu longi temporis inuoluerãt,
innouatiõe mutatæ cõsuetudinis aboleret. Intereà venitur ad montẽ Sina, &
inde lex eis, vocibus & visionibus cœlestibus traditur, decẽ cõsctipta præcep
tis, quorũ primũ & maximũ fuit, vt ipsum solũ colerent Deũ, nec vllã sibi ali
am speciem vel formam statuerent ad colendum. Sed cùm Moyses ascendisset
Deutr. 8. ad montem, ibiq; diebus quadraginta moraretur, populus qui decem plagis
percussam viderat Aegyptum, & disruptum mare, ac pedibus ingressum,
manna quoque sibi pro pane cœlitus datum, & ex sequenti petra poculum G
ministratum, quæ species sibi per virtutem Dei, in quem quisq; desiderâsset
verteretur saporem: cumq; sub plaga cœli ardentiore positi, ne æstibus co-
querentur, nube obumbrabantur in die, nocte verò columna ignis illumina
bantur, ne ad eremi vastitatem horror quoq; accederet tenebrarum. Cum, in
Apis Aegyptiorũ Deus. quam, moraretur Moyses, ipsi secundum speciem Apidis, quem coli in Ae-
gypto viderant, aureum caput vituli facientes adorauerunt. Et post tot ac tã-
ta, quæ viderant mirabilia, veteris consuetudinis sordes elimare à se, atq; ab-
stergere nequiuerunt: & ob hoc breui spatio iter, quod ex Agypto ducit ad
In uitijs corrigendis quid obseruandum. Iudæam relinquens, immenso eremi ambitu egit eos Moyses, si fortè possit,
vt superius memorauimus, vetustæ consuetndinis mala nouellæ institutionis
permutatione discutere. Cum interim fidelis & prudens dispensator Moyses
peruidens populo ex Aegyptiorum consortio altiùs inoleuisse vitium idolis H
immolandi, nec possede eis radicem mali huius excîdi, immolare quidem eis
concessit, sed Deo soli hoc fieri permisit, vt mediam quodammodo partem
vitij altiùs inoliti resecaret. Aliam verò mediam, per aliud & aliud tempus re
Deuter. 18 seruaret emendandam, per illum scilicet, de quo ipse dixit: Prophetam vobis
Oseæ. 6. suscitabit Dominus Deus vester, quem sicut meipsum audite, secundum om-
Matth. 8. nia quæ dixerit vobis. Quicunque non audierit Prophetam illum, extremi-
In Christo qui sapientia est patris, hostia oblata est. na bitur anima eius de populo suo. Ad hæc autem, etiam locum statuit, in quo
solo liceret eis immolare Deo. Hoc autem totum eo prospectu gerebat, vt cũ
tempus opportunum venisset, & didicissent per Prophetam, quia Deus mi-
sericordiam vult, & non sacrificium: viderent eum qui eos doceret locum
Dei electum, esse sapientiam eius, in quo conueniret offerri hostias Deo. Hũc

autem

A autẽ locum, qui ad tempus videbatur electus, incursionibus hostium & exci
dijs sæpè vexatũ, & ad vltimũ quoq; audirent penitus excidendũ: ad cuius rei
fidẽ etiam ante aduentum veri prophetę, qui esset hostias cum loco pariter re
pudiaturus, sæpè ab hostibus populatus est, & igni incensus, atq; in captiuita
tem populus abductus, in exteras nationes: & exinde cùm ad misericordiam
Dei cõfugeret, reuocatus est: vt per hæc doceretur, quia sacrificia offerẽs ex-
pellitur, & in manus hostium traditur. Misericordiam verò faciens, & iusti-
tiam, sine sacrificijs de captiuitate liberatur, & in terram patriam restituitur.
Sed hoc intelligere paucos admodũ accidit. Plures enim etiamsi sentire hęc
& aduertere poterant, vulgi tamen irrationali opinione tenebantur. Pauco-
rum nanq; est recta cum libertate sententia. Igitur Moyses his administratis
Anses qui & Iosue dictus. Ansem quendam nomine præponens populo, qui eos reuocaret ad patriã ter
B ram, ipse ad montẽ quendam præcepto Dei viuẽtis ascendens, illic defunctus
est: cuius tamen talis fuit mors, vt vsque in hodiernum diem sepulturam eius Deut. 34.
nullus inuenerit. Vt ergo populus patrium contigit solum per prouidentiam
Dei, primo statim ingressu iniquarum gentium habitatores fugantur, & ipsi
hæreditatem paternã iudices sorte suscipiunt. Tũ deinde per aliquantum tẽ-
poris iudicibus, non Regibus gubernati, statu trãquilliore durarũt. Vbi verò Magnifica templa cœpta constuui.
tyrannos sibi magis quæsiuêre, quàm rẽges, tunc etiam in loco, qui eis ora-
tionis causa fuerat prædestinatus, templum pro ambitione regia construxẽ
re: & sic per ordinem rẽgibus impijs sibi inuicem succedentibus, ad maiores
impietates etiam populus declinauit. Vt autem tempus adesse cœpit, quo id
quod deesset Moysis institutis, vt diximus, impleretur, & Propheta quẽ præ-
cinuerat, appareret, qui eos primo per misericordiam Dei moneret cessare à
C sacrificijs: & nè fortè putarent, cessantibus hostijs remissionem sibi non fieri
peccatorũ, baptisma eis per aquam statuit, in quo ab omnibus peccatis, in- Baptismus in locum sacrificiorũ cessit.
uocato eius nomine soluerentur: & de reliquo perfectam vitam sequentes,
in immortalitate durarent: nõ pecudũ sanguine, sed sapientiæ Dei purifica- Heb. ult.
tione purgati. Deniq; etiã hoc ponitur euidẽs magni misterij huius iudiciũ,
vt omnis qui credẽs Prophetæ huic, qui à Moyse prædictus est, baptizaretur
in noĩe ipsius, ab excidio belli, quod incredulæ genti imminet ac loco ipsi,
seruaretur illæsus: nõ credẽtes verò extorres loco & regno fiant, vt vel inui-
ti intelligant, & obediant voluntati Dei. His igitur præordinatis, adest qui
expectabatur, indicia sui, quibus fieret manifestus, signa & prodigia deferẽs.
Sed ne sic quidem populus credidit, qui ad hæc credẽda tot seculis eruditus
est: & non solùm non credidit, sed addidit infidelitatis blasphemiã, voracẽ Ioan. 7.
D hominem, & ventri seruientem, ac dæmone agi eum, qui ob salutẽ suã vene-
rat, dicens: in tantum nequitia, malorum ministerijs valet: quod nisi sapiẽtia
Dei adfuisset his, qui diligunt veritatem, omnes penè simul impius error in-
uoluerat. Nos ergò primos elegit duodecim sibi credentes, quos Apostolos
nominauit. Postmodum alios septuaginta duos probatissimos discipulos, vt
hoc modo recognita imagine Moysis, crederet multitudo: quia hic est quẽ
prædixit Moyses, venturum Prophetam. Sed fortassis dicat aliquis, quia imi-
tari numerum cuicunque possibile est, at quid de signis & virtutibus dicet,
que iste faciebat? Etenim Moyses virtutes & sanitates fecerat in Aegypto. Is
quoq; quẽ ipse prædixit sicut seipsum surrecturũ Prophetã, cùm oẽm lan-
guorẽ, & omnem infirmitatem curaret in plebe, virtutes faceret innumeras,
vitam euangelizaret æternã, ab impijs actus est in crucẽ: quod tamen factum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtute eius conuersum est in bonũ. Denique cum pateretur, oĩs ei cõpassus
E est mundus: nam & Sol obscurus est & astra turbata sunt: mare commotum
est, montesq; disrupti, & sepulchra patefacta sunt: velum templi scissum est,
In locum Iudæorum vocatæ sũt gentes. velut lamentans excidium loco imminens. Et tamen cùm omnis mundus cõ
motus sit, ipsi etiam nunc ad inquisitionem tantarum rerum nullatenus cõ
mouentur. Verùm quoniam necessarium erat, vt in locum eorum, qui incre
duli permanebant, vocarentur gentes, vt repleretur ille numerus, qui demon
stratus fuerat Abrahæ, mittitur in vniuersum mundum salutaris regni Dei
Tenebræ Christo patientie. prædicatio: Perturbantur ob hoc mundani Spiritus. qui libertatem quæren-
tibus semper obsistunt, & ad destruendam Dei ædificationem errorum ma-
chinas quærunt, quibus his qui ad salutis & libertatis gloriam tendunt, ob-
sistentes & agones aduersum eos nõ minimos desudãtes fortiores effecti, ad
salutis coronam veniant, non sine palma victoriæ. Interim cùm passus esset, F
& ab hora sexta vsq; ad nonam mundum tenebræ pressissent, Sole reducto, ac
Ioan. 11, rebus in ordinem restitutis, etiam homines nequam ad se atque ad mores su-
os, metu cessante, regressi sunt. Nam quidam eorum, cum omni custodia ser-
uantes locum, quem non potuêre resurgentem tenere, magum dicebãt: alij
finxerunt furatum. Veruntamen veritas vbiq; vincebat. Ad indicium enim,
quod hæc Diuina virtute agerentur, nos qui fueramus paucissimi, processu
dierum, adstipulante Deo, multò plures quàm illi efficiebamur: ita vt aliquan
do pertimescerent Sacerdotes, ne fortè per Dei prouidentiam, ad confusionẽ
Iudæi Christum non creduntad uenisse. ipsorum, in fidem nostram vniuersus populus conueniret: frequenter mitten
tes ad nos, rogabant, vt eis de Iesu dissereremus, si ipse esset propheta, quẽ Mo
yses prædixit, qui est Christus æternus. De hoc enim solo, nobis qui credidi-
Iacobus à Christo ordinatus Episcopus. mus in Iesum, aduersum non credentes Iudæos, videtur esse differentia. Verũ G
cùm frequenter super hoc rogarent, nos autem opportunum tempus requi-
reremus, septimana iam vna ex passione Domini complebatur annorum, &
Ecclesia Domini in Hierusalẽ cõstituta, copiosissimè multiplicata crescebat
per Iacobum, qui à Domino ordinatus est in Episcopum, rectissimis dispensa
tionibus gubernata.

Cùm autem nos duodecim Apostoli ad diem Paschæ, cũ ingenti multitu-
dine conuenissemus, ingressi Ecclesiam fratrum, vnusquisq; nostrũm Iacobo
interrogante, quæ à nobis per loca singula gesta sint, audiente populo, breui-
ter exponimus. In quib⁹ Caiaphas pontifex, missis ad nos sacerdotibus, rogat
venire ad se, vt aut ratione doceamus eum, quia Iesus æternus est Christus: aut
ipse nos doceat, quia non est, quò in vtramlibet fidem vniuersus populus cõ-
ueniret: & hoc facere nos frequenter exorat. Nos verò sæpè distulimus, tem- H
pus semp opportunius requirẽtes. Et ego Clemẽs respõdi ad hoc, puto hocip
sum quod quæritur, vtrũ ipse sit Christus, multum prosit ad fidei rationẽ: alio
qui nunquam Pontifex pro hoc tam frequenter rogaret, vt de Christo vel dis
ceret, vel doceret. Et Petrus rectè respondisti ô CLEMENS. Sicut enim sine
oculis cernere nemo potest, nec sine auribus capere auditum, vel absque nari
bus odoratum, neque sine lingua gustum sumere, aut absque manibus ali-
quid contrectare: ita impossibile est absque vero Propheta, quæ Deo place-
ant noscere. Et ego respondi: Quod ipse sit verus propheta Christus, te docen
te iã didici: sed qd sit hoc ipsum Christus, aut cur ita apelletur, velim discere,
vti ne vaga mihi sit & incerta res tantæ notitiæ. Tunc Petrus docere me hoc
modo cœpit. Deus cũ fecisset mundũ, tanq̃ vniuersitatis Dñs singulisq̃busq;
creatu-

A creaturis principes statuit, ipsis quoque arboribus, montibusq̃ue, ac fontib⁹, *In omni genere creaturarum statuit Deus principes.*
& fluminibus, & vniuersis, vt diximus, quæ fecerat. Multùm enim est ire per
singula. Statuit ergo Angelis Angelũ principem, & spiritibus spiritum, sideri
bus sidus, demonibus dæmonem, auibus auem, bestijs bestiam, serpentem ser
pentibus, piscem piscibus, hominibus hominem, qui est CHRISTVS IESVS.
CHRISTVS autem dicitur eximio quodam religionis ritu: nam sicut rẽgum
sunt quædam communia nomina, ita vt apud Persas Arsaces, apud Romanos *Christus quare dicatur.*
Cæsar, apud Aegyptios Pharao, ita apud Iudæos Christus communi nomine
Rex appellatur: Causa autem huius appellationis hæc est. Quoniam quidem
cum esset filius Dei & initium omnium, homo factus est: hunc primùm pa- *Apud Iudæos Rex Christus dicitur cõmuni nomine.*
ter oleo perunxit, quod ex ligno vitæ fuerat sumptum: ex illo ergo vnguen-
to Christus appellatur. Inde dẽique etiam ipse secundum prædestinationem
B patris, pios quosque, cùm ad regnum eius peruenerint, velut qui asperam su-
perauerint viam, pro laborum refectione simili oleo perunget, vt & ipsorum
lux luceat, & Spiritu sancto repleti, immortalitate donentur. Virgulti verò
huius, ex quo sumptum est istud vnguentum, vniuersam Naturam tibi suffi-
cienter exposuisse me memini. Sed & nunc per breuissimam speciem de om-
nibus te in memoriam reuocabo. In præsenti vita primus pontifex Aaron,
chrismatis compositione perunctus: quod ad imaginem illius, de quo supra
diximus, spiritalis vnguenti factum est: princeps populi fuit, & tanquam Rex
primitias & tributum per capita accepit à populo, & iudicandi plebem sorte
suscepta, de mundis immundisq̃ue iudicabat. Sed & si quis alius ex ipso vn- *Chrismate ungebãtur reges & prophetæ.*
guento perunctus est, tanquam virtute inde concepta, etiam ipse REX, aut
propheta fiebat, aut pontifex. Quod si temporalis hæc gratia ab hominbus
C composita, tantùm potuit: intellige iam tu quantùm sit illud vnguentum,
quod à Deo de virgulto vitæ prolatum est, cũ hoc quod ab hominibus factũ
est, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præsenti
seculo propheta gloriosius, pontifice clarius, Rege sublimius? Et ego ad hęc
respondi: Memini PETRE dixisse te de primo homine, Adamo
quia propheta fuit: quod autem vnctus fuerit, non dixisti. Si ergo sine vn-
guento propheta nullus est, quomodo primus homo cum non esset vnctus,
fuit propheta? Tum subrideos PETRVS: Si primus, Inquit, ho-
mo prophetauit, certum est quod & vnctus sit. Licet enim vnctionem illius
siluerit ille qui legem in paginis condidit: nobis tamen intelligenda hæc eui-
denter reliquit. Sicut enim si vnctum eum dixisset, non dubitaretur & pro-
phetam eum fuisse, etiam si scriptum non esset in lege: ita cùm certum sit
D eum prophetam fuisse, similiter certum est & quod vnctus sit, quia sine
vnguento prophetare non poterat. Verùm hoc magis dicere te oportuit,
chrisma arte myropolica compositum est ab Aaron, quomodo primus ho-
mo perungi potuit vnguento antè, compositionis artibus nondum repertis? *Sine unguento nemo prophetabat.*
Et ego respondi: Non me traducas PETRE, non enim de vnguenti com-
positi & temporali oleo loquor, sed de illo simplici & æterno, quod à Deo
factum esse docuisti, ad cuius similitudinem istud compositum esse ab ho-
minibus ditcis. Et PETRVS ad hæc vt videbatur indignans: Quid pu-
tas CLEMENS, quia omnes, omnia antè tempus scire possumus? sed
nun cvti ne à proposito sermone recedamus, aliâs tibi, cùm profectus tuus
manifectus fuerit, De his apertius exponemus, Tunc autem vnguen-
to compositoperunctus pontifex, vel propheta Dei altare iuccendens,
in omni

Universidad de Deusto
Biblioteca

in omni mundo clarus habebatur:sed pòst Aaron qui pontifex fuit, alius ex E
aquis adsumitur, non Moysen dico, sed illum qui in aquis baptismi, filius à
Deo appellatus est. Iesus namque est, qui ignem illum quem accendebat pon
tifex pro peccatis, restinxit per baptismi gratiam: ex quo enim hic aparuit,
cessauit chrisma, per quod pontificatus præbebatur, vel prophetia, vel regnũ.
Hunc igitur antè futurum prædixit Moyses, qui legem Dei hominibus tra-
didit: sed & alius ante ipsum, sicut tibi & antè iam tradidi. Ipse ergo indicauit
eum venturum, primo quidem aduentu humilem: secundo verò gloriosum.
Et primum quidem iam impletum est: cum venit & docuit, & Iudex omniũ
iudicat[9] est, ac pemptus. Secũdo verò aduentu iudicatur[9] adueniet: & impios
qdẽ cõdẽnabit, pios verò in consortiũ regni, societatẽq; suscipiet. Fides verò
secundi aduentus constat ex primo. Prophetæ enim de primo loquuti sunt,
& præcipuè Iacob & Moyses: nonnulla tamen de secundo'. Sed magnificen- F
tia prophetiæ in hoc maximè comprobatur, quòd nihil secundum conse-
quentiam rerum, de futuris dixerunt: alioqui æstimâsse potiùs sapientes viri,
quòd rerum consequentia dictauerat, viderentur. Quod autem dico, talę est,
Christum suscipi à Iudæis, ad quos venerat: & credi ei, qui expectabatur ad
salutem populi, secundum traditiones Patrum consequens erat: gentes verò
alienas ab eo fore, quibus neque promissum quicquam de eo, neque adnun-
ciatum fuerat, imò quibus ne nomine quidem ipso aliquando innotuerat, &
tamen prophetæ contra ordinem & consequentiam rerum, dixêre eum expe
ctationem gentium, & non Iudæorum futurum. Ita dénique & gestum est,
Cùm enim venisset, ab his qui eum expectare videbantur, ex traditione ma-
iorum, omnino agnitus non est. Hi verò qui nihil de ipso penitus audierant
& venisse credunt, & venturum sperant: & ita in omnibus prophetia fidelis G
apparuit, quæ dixit ipsum esse expectationem gentium. Errauerunt ergo Iu-
dæi, de primo Domini aduentu, & inter nos atque ipsos de hoc est solum dis
sidium. Nam quod venturus sit Christus nôrunt etiã ipsi, & expectant: quod
autem iam venerit in humilitate, hic qui dicitur Iesus, ignorant. Et in hoc
maximè eius confirmatur aduentus, quod ei non omnes credunt. Hunc ergo
Deus destinauit in fine mundi, quia impossibile erat mortalium mala purga-
ri per alium, integra duntaxat permanente humani generis creatura, hoc est,
salua arbitrij libertate. Hoc igitur statu incolumi reseruato, inuitare venit
ad regnum iustos quosque, & eos qui placere studuerint ei, & quibus bona
in effabilia præparauit, & Hierusalem ciuitatem cœlestem, quæ super splen-
dorem Solis fulgebit in habitatione sanctorum. Iniustos vero & impios, &
qui pro nihilo habuerunt Deũ, commissamque sibi vitam diuersa ad ad fla- H
gitia contulerunt, ac tempus operis iusti, exercitium fecêre malitiæ, compe-
tentibus, ipsisq; dignis vltionibus traderet. Cætera verò quæ ibi gerentur,
proferri & eloqui, neque Angelis, neque hominibus fas est: sed hoc tantùm
scire nos sufficit quod bonis æternam bonorum possessionem coferet Deus:
His ab eo dictis, ego respondi: Si Christi regno fruentur, hi quos iustos inue
nerit eius aduentus: ergo qui ante aduentum eius defuncti sunt, regno penit'
carebunt? Tum PETRVS: Cogis me, inquit, ô CLEMENS, aliqua de ineffa-
bilibus publicare. Veruntamen quo adusque proferri licet, facere non pige-
bit: Christus qui ab initio, & semper erat, per singulas quasque generationes
pijs, latenter licet, semper tamen aderat, his præcipue, à quibus expectabatur,
quibusque frequenter apparuit: sed non erat tempus vt tunc resolutis corpo-
ribus

Abrahamum intelligit.

Duplex aduentus domini.

Fides prophetiæ unde probetur.

Iudæi à christianis in quo dissentiant.

Christus nunquam defuit pijs

A ribus fieret resurrectio, sed hęc magis remuneratio videbatur à Deo, vt qui in
ueniretur iustus, diutiùs permaneret in corpore: aut certè sicut de quondam
iusto euidenter refertur in literis legis, quod transtulerit eum Deus. Simili ex
emplo etiam cum cæteris gestum est, qui eius voluntati placuerunt, vt ad Pa-
radisum translati, seruentur ad regnum. Eorum verò qui non ad integrum po
tuêre explere normam iustitiæ, sed aliquas in sua carne malitiæ reliquas ha-
buêre, corpora quidem resoluuntur, animæ verò seruantur in bonis, lętisque
regionibus, vt in resurrectione mortuorum cùm corpora sua receperint, ipsa
iam resolutione purgata, pro his quæ benè gesserant, æterna hæreditate poti-
antur. Et ideo beati sunt omnes, qui regnum Christi fuerint adepti, quia non
solum inferni pœnas effugient, sed & incorruptibiles permanebunt, & primi
Deum patrem videbunt, atque inter primos apud Deum honoris ordinem
B consequentur. Propter quod non minima de Christo quæstio habetur, & in
fideles quique ex Iudæis immensa aduersum nos insania commouentur, ve-
rentes ne fortè ipse sit in quẽ peccauerunt. Et eò magis metus increscit, quod
sciunt statim vt eum cruci adfixêre, vniuersum ei compassum esse mundum,
corpusque eius diligenti à se custodia conseruatum, nusquam comparuisse,
atque ad fidem nominis eius innumeras multitudines conuenire. Vnde &
compulsi sunt vnà cum pontifice Caiapha, sæpiùs mittere ad nos, vt de nomi
nis eius veritate quæreretur. Cumque crebrò deposcerent, vt de Iesu aut disce
rent, aut docerent, si ipse esset Christus: visum nobis est ascendere ad templum
& coram omni populo protestari de eo, simul & arguere Iudæos de multis,
quæ ab eis absurdè gerebantur. In multas etenim iam partes populus scinde-
batur, initio sumpto à Ioanne Baptista. Cùm enim iam imminet ortus Chri
C sti ad sacrificia quidem reprimenda, baptismi verò gratiam largiendam, ini-
micus, ex his quæ prædicta fuerant, adesse tempus intelligens, diuersa scisma-
ta operabatur in populo, vt si fortè priùs peccatum potuisset aboleri, secunda
corrigi culpa non posset. Erat ergo primùm schisma eorum qui dicebantur
Sadducæi, initio Ioannis iam penè temporibus sumpto. Hique, vt cæteris iu-
stiores, segregare se cœpêre à populi cœtu, & mortuorum resurrectionem ne
gare, idque argumento infidelitatis adserere, dicentes, non esse dignum, vt
quasi sub mercede proposita colatur Deus. Auctor verò sententiæ huius pri-
mus Dositheus, secundus Simon fuit. Aliud Samaræum schisma est, & ipsi e-
nim resurrectionem mortuorum negantes, adserunt, non in Hierosolymis,
sed in monte Garazin adorandum esse Deum. Qui tamen vnum verum pro-
phetam ex Moysis vaticinationibus rectè expectantes, prauitate Dosithei
D impediti sunt, ne hunc quem expectabant crederent esse Iesum. Scribæ quo
que & Pharisæi in aliud schisma deducuntur: sed hi baptizati à Ioanne & ve
lut clauem regni cœlorum, verbum veritatis tenentes, ex Moysis traditione
susceptum, occultârunt ab auribus populi. Sed & ex discipulis Ioannis, qui
videbantur esse magni, segregârunt se à populo, & magistrum suum veluti
Christum prædicârunt. Hæc autem omnia præparata sunt schismata, vt & fi-
des CHRISTI per hæc impediretur & baptisma. Veruntamen vt dicere
cœperamus, cum frequenter nos Pontifex per sacerdotes rogâsset, vt de Iesu
sermo nobis haberetur ad alterutrum, vbi opportunum visum est, & omni
Ecclesiæ placuit, ascendimus ad templum: & stantes in gradibus vnà cum fi-
delibus fratribus nostris, facto populi summo silentio, prior Pontifex cœpit
ad hortari populum, vt patienter & cũ quiete audiant, simulque eorum quæ
C dicenda

Enoch intelligit, de quo Gen. 5. & Eccle. 44

Petrus hic sentit. animas defunctorum detinere alicubi in loco læto & bono, usq; in iudicij diem: illãq; resolutõnem corporis et animæ quod dam esse expiatiõis gen[9], quod nunc uulgò purgatorium appellamus.

Primum schisma Saducæorum.

Dositheus & Simon principes Sadducæorum.

Pharisæorum secundum schisma.

Discipuli Ioannis inuiores erant Christo præ suo præceptore.

Universidad de Deusto Biblioteca

Baptismus Iudæos male habuit.

dicenda sunt,testes & iudices fiant.Tum déinde cùm multis laudibus effer- E
rent sacrificiorum ritum, qui ad remissionem peccatorum humano generi,
Diuinitùs esset indultus, causabatur Iesu nostri Baptisma, velut contra hæc
nuper inductum,sed propositionibus occurrens Mattheus, euidenter osten-
dit,quod si quis Iesu Baptisma non fuerit consequutus, is non solùm cœlo
rum regno fraudabitur,verùm & in resurrectione mortuorum nõ absque pe
riculo erit,etiam si bonæ vitæ,& rectę mentis prærogatiua muniatur. Hæc,
& his similia prosequut⁹,siluit Matthæus.Sed Sadducæorũ pars,quę negaret
resurrectionem mortuorum, indignata est:ita vt quidam ex ipsis de medio
populi exclamaret,dicens multùm errare eos,qui putant mortuos aliquando
resurgere.Contra hunc Andreas meus frater respondens, docuit errorem nõ
esse,sed certissimã fidẽ quod mortui resurgant,secundũ ea quæ docuit is,quẽ
Moyses prædixit venturum Prophetam.Aut si non videtur eis ipse esse quem P
prædixit Moyses:de hoc,inquit,primò requiratur,vt cùm euidẽter ipse fue-
rit probatus,nihil de reliquo super his,quę docuit,ambigatur.Hęc autem,&
his similia plura protestatus,siluit Andreas:Samaræus verò quidam contraria
populo & Deo loquens,& neque mortuos adserens resurrecturos,nequeeũ,
qui est in Hierusalem,cultum Dei tenendum,sed montem Garizin venerandum.
Addidit etiam contra nos hæc, quod Iesus noster non esset ipse,quem
Moyses Prophetam venturum esse prædixerit. Aduersum hunc & alium qui
cum ipso hæc eadem prosequebatur,Zebedæi filij, Iacob, & Ioannes vehe-
menter obnisi sunt.Et quamuis haberent mandatum,ne ingrederentur ciui-
tates eorum,neque verbum eis prædicationis inferrent, tamen ne sermo eo-
rumsi confutatus non esset,aliorum læderet fidem,ita prudenter & fortiter
responderunt,vt perpetuum eis silentium darent.Nam Iacobus de resurrecti G
one mortuorum cum totius populi fauore perorauit:Ioannes verò ostendit,
quia cessarent ab errore montis Garizin, consequenter agnoscerent ipsum
esse Iesum,qui secundum prophetam Moysen,expectatur esse venturus:quo-
niam quidem signa & prodigia vt fecit Moyses,ita fecit etiam Iesus:& dubi-
um non est,quin similitudo signorum ipsum esse testetur,quem sicut se dix-
it esse venturũ.Hęc & alia,plura his similia protestati,siluére:& ecce quidam
de Scribis,de medio populi adclamans, ait: Iesus vester signa &prodigia
quæ fecit, vt magus, non vt Propheta fecit. Huic Philippus vehemen-
ter occurit, ostendens,quia hac ratione accusarem etiam Moysen .Cùm
enim Moyses signa & prodigia in Aegypto fecerit, similiter autẽ & Iesus in
ludæa:dubitari non posset,quin quod de Iesu diceretur, hoc etiam de Moyse
dici videretur Hæc & his similia plura protestatus,siluit Philippus.Pharisæus H
autem quidam audiens hæc,insimulabat Philippum, quod Moysen æqualẽ
diceret Iesu. Cui Bartholomæus respondens, constanter edocuit, quia non
dicimus Iesum solum æqualem Moysi,sed maiorem: quia Moyses quidem
Propheta fuit,quod fuit& Iesus:quòd aũt fuit Christus,Moyses nõ fuit,Chri
stus.Et ideo maior ille sine dubio,qui & Propheta & Christus est, quàm ille
qui solùm Propheta est.Hæc & his similia plura prosequutus,siluit.Post hũc
Iacobus Alphæi sermonem fecit ad populum,quo ostenderet,non ideo cre-
dendum esse Iesu,quia de eo prophetæ prædixerint: sed ideo magis creden-
dum esse prophetis,quod verè prophetæ sint,quia eis Christus testimonium
reddat:Nam præsentia,& aduentus Christi,illos verè prophetas fuisse desig-
nat.Decebat enim non ab inferioribus maiori, sed à maiore inferioribus fi-
dei te-

Hæc,opinor,fuit causa, quur Ammonius de consonantia Iesu & Moysi librum conscriberet, ut testatur Eusebius.

Tres fuisse Iacobos hinc intelligimus.

A dei testimonium dari.Hæc & multa his similia prosequutus, etiam Iacobus
siluit.Post hunc Lebbæus populum cœpit vehemẽter arguere,quòd non cre-
derent Iesu,qui eis tantùm profuerit docendo quæ Dei sunt, solando adflic-
tos,medendo infirmos,pauperes consolondo: sed pro his omnibus bonis,
odia mortemque reddiderint.Hæc & his similia plura cùm esset populo pro
testatus,siluit.Et ecce vnus ex discipulis Ioannis adfirmabat Christum Ioan
nem fuisse,& non Iesum:in tantùm,inquit,vt & ipse Iesus omnibus homini-
bus & Prophetis maiorem esse pronunciauerit Ioannem . Si ergo,inquit,
maior est omnibus, sine dubio & Moyse, & ipso Iesu maior habendus est.
Quod si omnium maior est, ipse est Christus. Ad hæc Chananæus Simon
respondens,adseruit Ioannem maiorem quidem fuisse omnibus Prophetis,
& omnibus,qui sunt filij mulierum: non tamen maiorem esse filio homi-
B nis: & ideo Iesus quidem & Christus est, Ioannes verò solùm Propheta: &
tantùm interest inter ipsum & Iesum,quãtum inter præcursorem,& eum cui
præcurritur:& quantum inter eum qui legem dat, & eum qui legem seruat.
Hæc autẽ & his similia prosequutus,siluit etiam Chananæus.Post quem Bar
nabas,qui & Mathias,qui in locum Iudæ subrogatus est Apostolus,monere
populum cœpit,ne odio haberent Iesum, neque blasphemarent eum. Mul-
tò enim esse rectiùs,etiam ignoranti,vel dubitanti de Iesu,amare eum quàm
odisse.Charitati enim Deus præmium posuit,odijs pœnam.Hoc ipsum enim
inquit,quòd Iudaicum corpus adsumpsit, & inter Iudæos natus est,quo-
modo non omnibus vobis incentiua sui amoris incussit? Hæc & his similia
quùm perorâsset,dicendi finem fecit.Tunc Caiaphas doctrinam Iesu culpa-
re tentabat,dicens eum res vanas loquutum: beatos enim pauperes dixit, &
C terrenas fore remunerationes promisit, ac summam muneris in terrena hæ-
reditate constituit:cibisque ac potu eos,qui iustitiam seruârint,promisit es-
se saturandos. Et his similia multa docuisse deprehenditur.Cui Thomas re-
spondens, arguit eum frustrà causantem, ostendens, quia Prophetę magis,
quibus etiam ipse credit,ista docuerint, nec tamen quomodo erunt hæc,aut
quomodo percipientur,ostenderint:Iesus verò qualiter accipi hæc debeant,
demonstrauerit. Et quùm hæc atque his similia plura dixisset,siluit etiam
Thomas. Post hæc rursum Caiaphas me intuens,& nunc vt monens,nunc ve
rò vt culpans dicebat,cessare me debere de reliquo à prædicatione Christi Ie
su,ne in pernicionem mei hoc agerem,neúe ipse errore deceptus, alios quo-
que meo errore deciperem. Tunc prætereà arguebat me temeritatis,quòd
quùm essem ipse imperitus piscator,& rusticus,officium subire Doctoris au
D derem.Hæc & alia plura his similia dicenti,ego quoque in hæc verba respõ-
di:Mihi quidem minus esse periculi, si, vt ipse ait,iste non sit Christus, quia
doctorem legis receperim:ipsi verò ingens esse discrimen,si hic ipse sit Chri-
stus,sicut & certè est.Ego enim credo huic qui apparuit: ipse autem,cui alij
fidem seruare se credit,qui nullus apparuit?Si verò & idiota, vt ais, & impe-
ritus,ac piscator,& rusticus,super presbyteros sapientes intelligam: hoc ti-
bi,inquam,magis metum debet incutere. Nam si ex eruditione aliqua dis-
putans,obtinem vos sapientes & eruditos,videretur vtique, doctrinam hoc
mihi longi temporis,& nõ diuinę virtutis gratiam contulisse:nunc aũt cùm,
vt dixi,nos imperiti,vos sapientes conuincimus, & superamus,cui sensum

Qui Thaddæus dictus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habenti non palam est,quia hoc non humanæ argutiæ opus est , sed diuinæ E
volũtatis & muneris?Hęc igitur &alia huiusmodi ꝓsequentes,cõsequẽtes ꝓ
testati sumus,ac docuimus nos imperiti & piscatores,sacerdotes quidẽde vno solo Deo cœli,Sadducæos de resurrectione mortuorum.Samaritas,de cõ
secratione Hierusalem : Non tamen ingressi ciuitatem ipsorum,sed publicè disputantes:Scribas verò & Pharisæos de regno cœlorum:Discipulos Ioannis,ne scandalum paterentur in Ioanne : Omnem verò populum , quia Iesus est Christus æternus.Ad vltimum autem monui eos,vt priùs quàm progrederemur ad gentes, prædicare eis agnitionem Dei patris,ipsi reconciliarentur
Baptisma. Eucharistia. Deo,suscipientes filium eius : aliter enim nullo modo eos ostendi posse saluari,nisi per sancti spiritus gratiam,trinæ inuocationis dilui baptismate pro perarent,& eucharistiam Christi Domini sumerent,cui soli,de his quæ docuit credere deberent,vt sic æternam salutem consequi mererentur:aliter ve F
rò impossibile prorsus esse reconciliari eos Deo , etiam si mille ei aras,& altaria mille succendant. Nos enim , inquam,pro certo comperimus,quòd super sacrificijs quæ offertis , multò magis exasperatur Deus , sacrificiorum tempore etiam nunc expleto:quia vos non vultis agnoscere , emensum esse iam tempus hostias offerendi, ob hoc destruetur & templum,& abomina-
Daniel.9. tio desolationis statuetur in loco sancto,& tunc gentibus Euangelium prædicabitur ad testimonium vestri,vt ex illorũ fide vestra infidelitas iudicetur.
Christus medicꝰ est. Omnis etenim mundus diuersis tẽporibus,diuersas malitiæ ægritudines patitur,vel per oẽs generaliter, vel per singulos quosq; specialiter: & ideo indiget medico,qui eũ visitet ad salutẽ.Nos ergo ꝓtestamur vobis,& quod vnũquẽque vestrũ latuit,nũciamus.Vestrũ est deliberare qd expediat vobis. His
Gamaliel clanculum fauebat apostolis. Act. 5. à me dictis ingemuit oĩs multitudo sacerdotũ,quod eis de tẽpli subuersione G
ꝓdixerim.Quod cũ vidisset Gamaliel princeps populi(q̃ latẽter frater noster erat in fide,sed cõsilio nostro inter eos erat)qa valde fremerent, & ingentiad uersum nos furore mouerẽtur,adsurgens,ait.Quiescite paulisper ô viri Israẽlitæ,non enim aduertitis tentationem,quæ imminet vobis propter quod de finite ab hominibus istis,& si quidem humani consilij est quod agunt, citò cessabit:si autem à Deo est,cur sine causa peccatis, nec proficitis quicquam? Dei enim voluntatem quis potest superare?Nunc ergo quoniam quidem in vesperam iam vertitur dies, in castino hoc ipso in loco audientibus vobis, ego ipse cum istis disputabo,vt omnem errorem palàm arguam, dilucideque confutem . Et his dictis, repressus est eorum aliquatenus furor,ea præcipuè spe,quòd die crastino erroris nos publicè arguendos sperarent : & sic cùm pace populum dimisit.Nos verò cùm venissemus ad Iacobum nostrum,om- H
nia quæ dicta gestáque fuerant,exponentes , apud eum cibo sumpto mansimus:omnipotenti Deo per totam noctem supplicantes , vt futuræ disputationis sermo indubitatam fidei nostræ ostenderet veritatem:Igitur postera die Iacobus Episcopus nobiscum simul , & cum omni ecclesia ascendit ad
Gamaliel ex industria uoluit uideri dissentire ab Apostolis. templum,vbi ingentem reperimus multitudinem,à medio noctis expectantẽ nos.Stetimus ergo in locis quibus & priùs,vt eminentiùs stantes , ab vniuerso populo cerneremur.Cumque esset summũ silentium factũ, Gamaliel,qui, vt suprà diximus,nostræ fidei erat:dispensatione verò manebit inter ipsos,vt si quãdo iniquũ aliquid aduersum nos,aut impiũ molirẽtur,vel ipsos cõsilio repri-

A reprimeret prudenter apto:vel nos commoneret,vt aut curare, aut declinare possemus : Is ergo tanquam aduersum nos agens, prior omnium Episcopum Iacobum intuens,hoc modo adloquutus est : Si ego Gamaliel neque eruditionis meæ, neque senectutis opprobrium duco, discere aliquid à paruulis, & ab imperitis, si quid fortè est vtilitatis, aut salutis acquirere. (Qui enim rationabiliter viuit,scit quia nihil est anima præciosiùs) quomodo non omnibus hoc amabile est, cunctisque exoptatum , vt quæ ignorat, discat? quæ didicerit, doceat? Certissimum nanque est , quòd neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas homini debet esse pre-
Veritate nihil preciosius est. ciosior veritate. Et vos ergò fratres,si quid ampliùs nõstis, populo Dei qui adest,idemque fratribus vestris proferre non pigeat, omni populo libenter & tota cum quiete quæ dicitis audiente.Quomodo enim nõ hoc faciat po-
B pulus, cum meipsum videat secum pariter velle à vobis discere,si quid forte ampliùs vobis reuelauit Deus?Si verò vos in aliquo indigetis, similiter etiam vos à nobis non pigeat doceri, vt erga vtranque partem, si quid deest,adimpleat Deus. Quod si aliquis vos fortè nunc solicitat metus, propter nonnullos nostrorum, qui præiudicatis aduersum vos animis vtuntur,& insidias eorum verentes, non audetis apertè dicere id quod sentitis, apertiùs ego,vt vos etiam huius occasione timoris absoluam, iuro vobis omnipotentem Deum, & viuentem in secula, quia nullum permittam iniijcere vobis manus. Habentes ergo huius iuramenti mei omnem hunc populum testem, & idoneum pignus, sacramenti nostri fœdus tenentes, absque vlla cunctatione vnusquisque vestrũm quod didicit proferat, & nos fratres intentè,& cum silentio audiamus. Hæc dicens Gamaliel, non
C valde placebat Caiaphæ, & vt videbatur, suspectum habens eum, ipse magis inserere se subtiliter disputationibus cæpit: subridens enim ad ea quæ Gamaliel dixerat Iacobum episcoporum principem, sacerdotum princeps orabat, vt de Christo non aliunde sermo, quàm de scripturis fieret: vt sciamus, inquit, vtrum Iesus ipse sit Cfristus,an non. Tunc Iacobus primò , inquit, requiramus, ex quibus scripturis potissimùm disputationem habere oporteat. At ille,vix aliquando ratione ipsa superatus,respondit, ex lege habendam : post hoc etiam prophetarum addidit mentionem: Cui Iacobus noster cœpit ostendere, quia & Prophetæ quæ dicunt, ex lege sumpserint, & legi consona sunt loquuti. Sed & de libris Regnorum disseruit aliqua,quomodo , & quando, & à quo scripti sint, & quomodo eis vti oporteat. Cumque & de lege plenissimè disputàsset, ac sin-
D gula quæ de Christo sunt, purissima expositione protulisset in lucem, ostendit abundantissimis probationibus, quia Iesus est Christus, & in ipso vniuersa quæ de humili eius aduentu fuerant prædicta, complentur. Du-
Duo aduẽtus Christi. os enim eius prædictos esse docuit aduentus. Vnum humilitatis, quem adimpleuit: alium gloriæ, qui speratur implendus,cum veniet dare regnum credentibus in se,& seruantibus omnia quæ præcepit.Cumque de his omnibus euidenter populum docuisset,addebat etiam hoc:quia nisi quis baptizatus fuerit in aqua,sub appellatiõe trinę beatitudinis, sicut docuit verus Propheta,neque remissionem acciperet peccatorum, neque introiret in regna cœlorum: & hanc esse Dei ingeniti præfinitionem,confirmauit. Quibus e-
Vnitas Dei. tiam hæc addidit: Nolite putare duos ingenitos dicere Deos,aut vnum diuisum esse in duos: vel sicut impij dicunt, eundem masculum & fœminam sui

Universidad de Deusto
Biblioteca

effectum: sed filium Dei vnigenitum dicimus, non ex alio initio, sed ex B
ipso ineffabiliter natum. Similiter etiam de paracleto dicimus. Sed & de baptismate, cùm aliquanta dixisset, per septem continuos dies persuasit omni populo & Pontifici, vt confestim ad percipiendum baptismum festinarent. Cumque in eo iam res esset, vt venirent & baptizarentur, homo quidam inimicus, tunc cùm paucis admodum ingrediens templum, clamare cœpit & dicere: Quid facitis ô viri Israëlitæ? cur vobis tam facilè subripitur? cur præcipites ducimini ab hominibus infœlicissimis, & à Simone Mago deceptis? Cumque hæc diceret, & ad hæc adderet, ac superaretur ab Episcopo Iacobo, conturbare populum, & seditiones suscitare cœpit, vti ne ea quæ dicebantur, plebs posset audire. Igitur exagitare cuncta clamoribus, & quæ fuerant multo labore ordinata conuellere, simulque incusare sacerdotes, & opprobrijs atque increpationibus cœpit accendere. E
& velut furibundus, singulos quosque ad cædem concitare dicens: Quid agitis? quid cessatis? O segnes & desides, cur non manibus nostris inuadimus, & discerpimus omnes hos? Et cùm hæc dixisset, primus rapto ex ara torre* robusto, cædis fecit exordium. Tunc deinde & cæteri videntes eum, simili efferebantur insania: Et omnium clamor, cædentium pariter & cæsorum sanguis plurimus funditur, fuga permixta habetur: cùm interim ille inimicus homo Iacobum aggressus, de summis gradibus præcipitem dedit: quem cum mortuum credidisset, vltrà mulctare neglexit. Nostri verò sublatum eum colligebant: erant enim & numero plures quàm illi, & virtute maiores. Sed propter reuerentiam Dei, ipsi magis interimi se à paucioribus, quàm interimere alios patiebantur. Cùm autem vespera adfuisset, templum quidem sacerdotes claudunt: nos verò ad domum Iacobi regressi, & pernoctantes ibi in oratione, ante lucem descendimus Hiericho ad quinque millia viri. Post triduum autem venit ad nos ex fratribus quidam à Gamaliele, de quo suprà diximus, occultos nobis nuncios deferens, quòd inimicus ille homo legationem suscepisset à Caiapha Pontifice, vt omnes qui crederent in Iesum, persequeretur: & Damascum pergeret cum epistolis eius, vt etiam inibi auxilio vsus infidelium, fidelibus inferret exitium: ideircò autem præcipuè Damascum festinaret, quod & illuc confugisse crederet Petrum. Et post dies ferè triginta digressus est per Hiericho, Damascum tendens, cùm per idem temporis progressi essemus nos ad sepulchra duorum fratrum quorundam, quæ sponte sua, per annos singulos dealbabantur: quo miraculo multorum aduersum nos repressus est furor, videntium haberi nostros in memoria apud Deum. Positis itaq; nobis in Hiericho, ibiq; orationibus & ieiunijs operam dantibus, H
Iacobus Episcopus accersitum me inde huc Cæsareã mittit, dicens: quia Zachęus de Cæsarea scripserit sibi, Simonem quendam Samaræum Magum plurimos nostrũm subuertere, adserentem se esse quendam Stantem, hoc est alio nomine, Christum, & virtutem summam excelsi Dei, quæ sit supra conditorẽ mundi: simulq; mirabilia plurima ostendens, alios dubitare, alios declinare fecerit ad se: cunctaq; diligenter comperta ab his, qui priùs vel socij eius, vel discipuli fuerant, & post hoc ad Zachæum cõuersi sunt, indicauit. Multi sunt ergo, inquit Iacobus, ô Petre, quorum salutis causa proficisci te oportet, & arguere Magum, ac sermonem veritatis docere: sed nihil moreris, neq; te contristet, quod solus proficisceris, sciens comitem tibi & adiutorem Deum

Fortè cõbusto.

Patientia Christianorum,

Paulũ fuisse cum quem inimicum hominem expellauit, existimo: nam is diplomata impetrauit, ut Christianis negotium exhiberet.

Act. 22.

per

A per Iesum, & citò per eius gratiam multos tibi socios & vnanimes fore. Dato sanè operam, vt per singulos annos præcipua quæque ex dictis gestisq; tuis scripta mittas ad me, & maximè per septimanas annorum. Et his dictis dimissus ab eo, sex diebus perueni Cæsaream. Ingredienti autem mihi occurrit Zachæus dilectissimus frater noster, & inhærens amplexibus meis, perduxit adhoc, in quo ipse commanebat, hospitium requirens à me de singulis quibusq; fratribus, præcipuè tamen de honorabili fratre nostro Iacobo. Cumq; audisset à me, quod vno adhuc claudicâret pede: percontãti, continuò causam, omnia hæc quæ nunc tibi exposuimus, ei enarraui: quomodo euocati essemus à Sacerdotibus & Pontifice Caiapha ad templũ: & Iacobus Archiepiscopus stans in summis gradibus, per septem continuos dies vniuerso populo de scripturis dominicis adsignauerit, quod Iesus esset Christus: quoúe mo
B do omnibus iam adquiescentibus, vt ab eo baptizarentur in nomine Iesu, inimicus homo effecerit illa omnia quæ suprà diximus, vt ne eadem iterum dicamus. Quibus cognitis Zachęus, rursus mihi quæ à Simone agerentur, exponit: & inter hæc, nescio vnde cognito aduentu meo, ipse mandat ad me Simon: Audiente, inquit, populo, die crastina disputemus. Cui ego: Fiat, inquam, vt libet, & hæc pollicitatio mea vniuersæ innotuit ciuitati, ita, vt etiam tu qui ipsa die aduneras, disceres me die postera cum Simone habiturum esse certamen, & requisita mansione nostra secundum indicia, quæ à Barnaba acceperas, venires ad nos: ego verò ingressu tuo ita gratulatus sum, vt nescio vndè motus, festinauerit animus meus exponere tibi cũcta velociter: præcipuè tamen quod est in fide maximum de vero Propheta: quod vnũ ad totius doctrinæ fundamentum sufficere posse non ambigo: tum etiam
C scriptæ legis per singula quæque capitula, quorum ratio poscebat, secretiorem tibi intelligentiam patefeci: non occultans à te, nec traditionum bona: quæ verò supersunt incipiens à die crastina, ex his quæ in quęstionibus cum Simone mouebuntur, per dies singulos audies, vsquequo, Deo fauente, perueniatur ad ipsam, quò iter nostrum dirigendum credimus, vrbem Romam. Cumque ad hæc ab eo dicta, omnem gratiam me ei debere profiterer, facturumque omnia me, quæ præciperet, promptissimè pollicerer, cibo sumpto quiescere nos iussit, sibique ipse quietem dedit.

Iacobus altero pede claudicabat.

Simon magus Petro certamen denũciat.

D RECO-

RECOGNITIONVM E DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER SECVNDVS, RVfino Torano Aquileienſe interprete.

CVM autem dies, quę ad diſceptādum cum Simone ſtatuta fuerat, inluceſſeret, Petrus primis gallorum cantibus ſurgens, excitauit etiam nos: eramus enim in eodem conclaui cubitantes, ſimul omnes tredecim, in quibus primus poſt Petrum Zachæus, déinde Sophonias, Ioſephus, & Michæas, Eliesdros & Phinees, Lazarus & Hæliſeus: poſt hos ego Clemēs, & Nicodemus: déinde Niceta & Aquila, q̄ fuerant priùs diſcipuli Simonis: & docente Zachæo, conuerſi ſunt ad fidem Chriſti. Mulierum ſanè nulla prorſus aderat. Cumq; adhuc veſpertinum lumen duraret, omnes reſedimus: & Petrus videns vigilare nos, ac ſibi intendere, ſalutatis nobis, continuò dat ſermonis exordium. Mirari me equidem fateor fratres, humanæ naturæ vim, quam ad omnia aptam, habilemq; eſſe video. Hoc autem dicere in memoriam venit, ex his quæ rebus ipſis expertus ſum, vt cùm tranſierit medium noctis, ego ſponte iam ſuſcitor, & vltrà ſomnus nequaquam venit ad me: quod mihi accidit ex eo, quia in conſuetudine habui, verba Domini mei, quæ ab ipſo audieram, reuocare ad memoriam, & pro ipſorum deſiderio, ſuſcitari animis meis, & cogitationibus imperaui: vt euigilans ad ea, & ſingula quæq; recolens ac retexens, poſſim memoriter retinere. Ex hoc ergo, dum omni cum dulcedine ſermones Domini verſare in meo corde deſidero, conſuetudo obtinuit vigilandi, etiam ſi nihil ſit quod cogitare velim. Ita ergò ineffabili quadam ratione, introducta alia conſuetudine, vetus conſuetudo mutatur: & id reuera, ſi non ſupra modum cogas, ſed quantum recipit menſura naturæ. Neq; enim penitus ſumno carere poſsibile eſt, alioqui nec facta nox fuiſſet ad quietem. Et ego cùm audiſſem: Optime, inquam, dixiſti Petre, quia conſuetudo conſuetudine commutatur. Nam & ego cùm nauigarem, primò turbabar, & intra me mihi omnia vertebantur, ita vt ſuggillari viderer, nec ferre poſſem brumā & moleſtiam maris: poſt paucos autem dies, vbi conſuetudo facta eſt, tolerabiliter ferre cœpi, ita, vt manè ſtatim vnà cum nautis cibum ſumere delectarer, cùm priùs ante horam ſeptimam capiendi cibi conſuetudo non eſſet. Nunc ergo, ex iſta ſola conſuetudine, circa illud tempus, quo comedere cum nautis ſolebam, eſuries admonet me: quod tamen rurſus depellendum ſpero, cum alia fuerit conſuetudo ſuſcepta. Credo ergo etiam tibi vigiliarum conſuetudinem, vt perhibes, inſtitutam: & opportunè hoc nobis exponere voluiſti, vt & nos aliquantulum ſomni à nobis abijcere atq; effugare non pigeat, vt poſsimus doctrinæ viuentis inſtituta ſuſcipere. Vbi enim decocti fuerint cibi, & mens acceperit nocturna ſilentia, oportuniſsimè quæ docentur, infident. Et Petrus libenter accipiens, quod intellexerim, præfationis eius cauſam, ad vtilitatem noſtram prolatam, conlaudans me, adhortandi & incitandi ſine dubio gratia, conſequētem cœpit

Conſuetudo. G

Silentium ſtudijs ſacrum. H

expedire

A expedire ſermonem. Opportunum mihi nunc & neceſſarium videtur, de his quæ imminent aliqua diſcutere, id eſt, de Simone. Scire enim velim, quibus ſit moribus, & quibus ſit actibus: quòd mihi, ſi quis ſcit, indicare non ceſſet: refert enim iſta prænoſcere. Nam ſi in mandatis habemus, vt venientes ad ciuitatē, diſcamus priùs, quis in ea dignus ſit, vt apud eum cibum ſumamus: quantò magis conuenit noſcere, quis, qualisúe ſit is, cui immortalitatis verba credenda ſunt? Soliciti enim, & valde ſoliciti eſſe debemus, ne margáritas noſtras mittamus ante porcos. Sed & alias ob cauſas vtile eſt, viri huius habēre me notitiam. Si enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt dubitari quòd bona ſint, emendatus eſt, & inculpabilis: hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis & humanus eſt, quæ vtique bona eſſe nullus ambigit: tunc conſequens videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum, etiam quod B deeſt, fidei, & ſcientiæ conferatur, & in quibus maculari videtur eius vita, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si verò in his, quæ palàm ſunt, peccatis inuolutus permanet, & inquinatus, non me oportet ei aliquid de ſecretioribus & remotis diuinæ ſcientiæ proloqui: ſed magis poteſtari & conuenire eum, vt peccare deſinat, & actus ſuos à vitijs emendet. Quod ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus rectè agentem, non oportet audire, prudenter eum debemus eludere: nam nihil omnino reſpondere auditorum cauſa, vtile non videtur, ne fortè exiſtiment nos reſponſionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur, non intelligentium propoſitum noſtrum. Cumq; hæc Petrus dixiſſet ad nos, Niceta rogat permitti ſibi dicere aliquid: atq; indulgente Petro, cum venia inquit: Obſecro te Domini Petre, audias me valde ſolicitum tui, & verentem, ne fortè in certamine, quod tibi eſt cum Simone, ſuperari videaris. Solet enim frequenter accidere, vt qui veritatem defendit, non ſemper obtineat: dum aut in aliquo præuenti ſunt auditores, aut non grandem curam melioris ſententiæ gerunt. Super hæc autem omnia, & ipſe Simon vehementiſſimus eſt orator, in arte dialectica, & ſyllagiſmorum tendiculis enutritus: quod autem eſt omnibus graiuiùs, & in arte magica valde exercitatus: & ideo metuo, ne fortè tam validè ex omni parte munitus, apud eos, qui ignorant eum, falſa allegans, putetur vera defendere. Neque enim vel noſipſi eum potuiſſemus effugere, & conuerti ad Dominum, niſi dum adiutores eius, & errorum ſocij ſumus, agnouiſſemus quod deceptor eſſet, ac magus. Cumque hæc Niceta dixiſſet, Aquila quoque rogans ſibi dicendi facultatem dari, hoc modo etiam ipſe proſequutus eſt: Suſcipe quæſo & mei erga te amoris curam optime Petre, & ego D enim valde ſolicitus ſum pro te. Nec reprehendas nos in hoc: quia curam gerere alicuius ex affectu venit: negligere autem non minus eſt, quam odiſſe. Teſtem verò inuoco Deum: quia non vt ſegniorem te in certamine ſciens, metuo pro te, quippe quia nec vnquam tibi pręſto fuerim diſputanti: ſed qui illius impietates bene nouerim, exiſtimationem tuam cogito ſimul & animos auditorum, & ipſius ante omnia veritatis ſtatum. Vehemens enim eſt hic Magus ad omnia quæcunque voluerit, & ſupra modum ſceleſtus: in omnibus enim eum diligenter agnouimus, vtpote qui à puero malorum eius auditores fuerimus & miniſtri, & niſi nos Dei amor abrupiſſet ab eo, in eiſdem cum ipſo etiam nunc verſaremur malis: ſed ingenitus quidam nobis erga Deum affectus, ſcelera quidem eius exoſa, cultum verò Dei amabilem fecit. Vnde & arbitror opus fuiſſe diuinæ prouidentiæ, vt nos primò familiares

Matt. 7.

Legāt hoc theologi, qui ut deſperatos faſtidiunt cos qui paradoxis ſuis nō protinus aſſenſi fuerint.

Non ſemper obtinent ueritatis patroni.

Orator Simon.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

liares eius effecti notitiam caperemus, quomodo, vel quali arte, prodigia B
quæ facere videtur, efficiat. Quis enim est, qui non obstupescat super his,
quæ facit, mirabilibus,& non putet eum de cælis Deum ad salutem ho-
minum descendisse? Ego de meipso fateor, nisi interiùs eum scissem, & in-
terfuissem actibus eius, subripi mihi facilè potuisset: vnde non fuit ma-
gnum nos ab eius consortio separari, scientes eum magicis artibus, & com-
mentis scelerum niti. Quod si vis etiam ipse de eo cuncta cognoscere, quis
ipse sit, qualisúe, & vnde, vel qualiter patrentur quæ gerit, ausculta. Simon
hic, patre Antonio, matre Rachel natus est, gente Samaræus, ex vico Gytho-
rum, arte magus, Græcis tamen literis liberalibus adprimè eruditns, glorię ac
iactantiæ supra omne genus hominũ cupidus, ita, vt excelsam virtutem, quæ
supra creatorem Deum sit, credi se velit, & Christum putari, atque Stantem
nominari. Hac autem appellatione vtitur, quasi qui neget posse se aliquan- B
do dissolui, adserens carnem suam ita diuinitatis suæ virtute compactam, vt
possit in æternum durare. Hinc ergo Stans appellatur, tanquam qui non pos-
sit vila corruptione decidere. Interfecto etenim, sicut scis & ipse, baptista Io
anne, cùm Dositheus hæreseos suæ inisset exordium, cum alijs triginta prin-
cipalibus discipulis,& vna muliere quæ Luna vocitata est: vnde & illi trigin-
ta quasi secũdum Lunæ cursum in numero dierum positi videbantur. Simon
hic malæ, vt diximus, gloriæ cupidus, accedit ad Dositheum, & simulatis
amicitijs, exorat, vt si quãdo aliquis ex illis triginta obijsset, in locum defun
cti se continuò subrogaret: quia neque statutum numerum excedere apud e-
os fas erat, neque ignotum aliquem inserere, aut nondum probatum: vnde
& cæteri studentes digni loco ac numero fieri, secundum sectæ suæ institu-
ta placere per omnia gestiunt, quo possit vnusquisque ex his, qui illum nu- G
merum sequuntur, cùm fortè aliquis, vt diximus, decesserit, dignus videri,
qui in locum defuncti substitui debeat. Igitur Dositheus plurimis ab hoc
exoratus, vbi locus intra numerum factus est, introduxit Simonem. Sed hîc
non multò pòst incidit in amorem mulieris illius, quam Lunam vocant, no-
bisq; vtpote familiaribus suis omnia cõcredebat, quod magus esset, & quod
amaret Lunam, quodque gloriæ cupidus, noluit ea inglorius frui: sed expe-
ctare patienter, donec honestè ea vti liceret: si tamen etiam nos conspirare-
mus ei ad omnia quę velit: sed & mercedem ministerij huius daturũ se nobis
pollicebatur, summis vt honoribus affici, & dij esse ab hominibus crede-
remur, tantum vt mihi, inquit, Simoni deferatis primatus, qui possum magi-
ca arte multa signa & prodigia ostendere, per quæ possit vel gloriæ, vel se-
ctæ nostræ ratio constare. Possum enim facere vt volentibus me compræhẽ H
dere, non appaream: & rursus volens videri palàm sim. Si fugere velim, mon-
tes perforem, & saxa quasi lutum pertranseam: si me de monte excelso præ-
cipitem, tanquam subuectus ad terras illæsus deferar. Vinctus memetipsum
soluam, eos verò qui vincula iniecerint, vinctos reddam: in carcere colliga-
tus, claustra sponte patefieri faciam: stutuas animatas reddam, ita vt puten-
tur ab his qui vident, homines esse: nouas arbores subitò oriri faciam, & re-
pentina virgulta producã: in ignem memetipsum inijciens non ardeam. Vul-
tum meum commuto, vt nõ agnoscar: sed & duas facies habere me, possum
hominibus ostendere. Ouis aut capra efficiar: pueris paruis barbam produ
cam: in aërem volando inuehar: aurum plurimum ostendam: Reges faciam,
eosq; deijciam. Adorabor vt Deus, publicè diuinis donabor honoribus, ita,

Simon magis quis fuerit.

Simõ Stantẽ se uoluit uocari.

Lunam illam quam & Selenẽ uocitant, apud Tyrum in pstibulo egisse. Eusebius testatur.

Quãta effecerit Simõ per magiam.

vt

A vt simulacrum mihi statuentes, tanquàm Deum colant & adorent. Et quid
opus est multa dicere: quicquid voluero facere, potero. Multa etenim iam
mihi experimenti causa consummata sunt. Dénique aliquando, inquit, cùm
mater mea Rachel iuberet me exire ad agrum vt meterem: ego falcem videns
positam, præcepi ei vt iret & meteret: & messuit decuplo ampliùs cæteris.
Multa iam noua virgulta produxi de terra, & conualescere ea feci, & sub mo
mento temporis apparere feci: & montem proximum, ego secundo perfo-
raiu. Sed hæc cùm diceret de virgultis productis, & monte perforato, stupe-
scebam pro eo, quòd etiam nos circumuenire velit, quibus se commendare
& concredere videbatur: sciebamus enim quod à proauis hæc fuissent, quæ
à se nuper facta perhibebat. Hęc ergò nos ab eo flagitia audiẽtes, & horũ de-
teriora, sequebamur tñ, & ipsi eius scelera, & alios ab eo decipi patiebamur,
B multa etiã mentiẽtes pro eo, & hoc priusquã aliquid faceret eorũ quæ pmi-
serat, ita vt nullis adhuc gestis, à nonnullis tñ putaretur Deus. Interim in ini-
tio, cùm adhuc inter triginta Dosithei discipulos haberetur, cœpit ipsi Do-
sitheo derogare tanquàm qui non integrè, nec perfectè doceret, idque eum
non inuidia facere, sed inscientia. Verùm Dositheus vbi sibi derogari sensit
à Simone, verens ne opinio sua obscuraretur apud homines, qui eum puta-
bant, ipsum esse Stantem, furore commotus, cùm ad scholam solito conue-
nissent, virga correpta verberare Simonem cœpit, & repentè per corpus eius,
quasi per fumum, visa est virga transire: super quo obstupefactus Dositheus,
ait ad eum: Dic mihi si tu es Stans, vt adorem te. Cumque Simon respondis-
set, ego sum: Dositheus videns se non esse Stantem, cecidit & adorauit eum,
& Simoni quidem cedit principatu suo, ipsiq; obedire omnem triginta vi-
C rorum ordinem iubet: semetipsum verò in locum Simonis statuit, & non
multò pòst defunctus est. Igitur post obitum Dosithei Simõ accepit Lunam
cum qua vsque ad præsens circuit, vt videtis, decipiens turbas, & adserens se-
metipsum quidem virtutem esse quandam, quę sit supra conditorem Deum:
Lunam verò quę secum est, esse de superioribus cœlis deductam, eandemque
cunctorum genitricem, adserit esse sapientiam: pro qua, inquit, Græci & bar
bari confligentes, imaginem quidem eius aliqua ex parte videre potuerunt:
ipsam verò vt est, penitus ignorarunt: quippe quæ apud illum primum omni
um, & solum habitaret Deum. Et hæc, atque alia his similia cum verborum
pompa proferens, decepit multos. Sed & hoc indicare debeo, quod ipse ego
vidisse me memini, cùm esset aliquando Luna illa eius in turre quadam, mul
titudo ingens ad eam conuenerat peruidendam, & vndique circa turrim sta-
D bat: at illa per oẽs fenestras turris illius omi populo pcumbere, ac prospicere
videbatur. Et multa alia mirabilia fecit & facit, ita, vt stupentes pro his ho-
mines, putent eum ipsum esse summum Deum. Nam mihi aliquando, & Ni-
cetæ rogantibus, vt exponeret quomodo hæc possint arte magica effici, &
quæ esset huius rei natura: Simon tanquam familiaribus suis, explanare ita
cœpit: Pueri, inquit, incorrupti, & violenter necati, animam adiuramentis
ineffabilibus euocatam adsistere mihi feci, & per ipsam fit omne quod iu-
beo. Et ego: Estne, inquam, possibile animæ hæc facere? Ille respondit: Hoc
vos scire volo, quia secundum locum post Deum obtinet anima hominis,
cùm exuta fuerit à corporis sui tenebris. Statim déniq; & præscientiam ha-
bet, propter quod euocatur ad necromantiam. Et ego respondi: Cur ergò in-
tetfectorum animæ non vlciscuntur interfectores suos? At ille: Non memi-

Quod de sese est politus Simon. i. cõsequutus.

Nam in Tiberi simulacrum erat, cui inscriptio fuit, Simoni Deo sancto: ut Eusebius ex autoritate Iustini martyris testatur.

Dositheus derogauit Simoni.

Dositheus moritur.

Lunam Simon sapientiam uoluit uideri.

Absurdũ commentum Simõnis de puero necato etiam hodie receptũ apud magos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisti,inquit,quod dixi,quia cùm exierit de corpore,etiam præscientiam ha B
bet?Memini inq̃.Ob hoc,inquit,cùm excedit è corpore,statim prenoscit fu
turum esse iudicium,& vnumquemq; pro his, quæ hîc egerit malis, pœnas
daturum:& ideo nolunt vlcisci interfectores suos, quia & ipse pro suis ma-
lis,quæ hîc commiserant, perferunt cruciatus, & illos sciunt in iudicio gra-
uiora manere supplicia. Super hæc autem omnia, nec permittitur eis exire,
Genij præsides animarum. aut facere quicquam ab Angelis qui ei præsunt.Et ego respondi:Si non per-
mittitur eis ab Angelis huc venire, aut facere quod volunt, quomodo Ma-
go euocanti obtemperat anima? Ipsis, inquit, animabus venire volentibus
non indulgẽt:cùm verò hi qui præsunt angeli,adiurati fuerint per maiorem
suum,excusationem habent nostræ,qui eos adiuramus,violentię,vt permit-
tant exire animas quas euocamus: non enim illi peccant qui vim patiun-
tur, sed nos qui inferimus necessitatem. Ad hæc Niceta, vltrà non ferens, B
præproperè respondit,quod & ego quidẽ facturus erã,sed priùs eum expisca
ri de singulis cupiebam:sed,vt dixi,Niceta præueniẽs:Et tu,inquit, nõ times
diem iudicij,qui vim Angelis facis,& aĩas euocas,& hoĩes decipis,& hono-
rẽ tibi diuinũ ab hoĩbus mercaris?Et quomodo nobis persuades quod neq;
iudiciũ erit,vt nõnulli Iudęorũ fatentur,neq; aĩæ immortales sint, quod vi-
detur pluribus cum ipse oculis tuis videas eas,& cõmonitionẽ diuini iudicij
capias ex ipsis? His ab eo dictis impalluit Simon, & tn̄ post paululũ recolli-
Simon mẽtitur se ex uirginena tum. gens se, ita respondit: Ne putetis,inquit, quòd generis vestri homo sim ego,
neq; Magus sum,neq; amator Lunæ,neq; Antonij filius.Antè enim q̃ mater
mea Rachel cõueniret cum eo, adhuc virgo concepit me,cùm esset in pote-
state mea,vel paruũ esse,vel magnũ,& hominẽ inter homines apparere,Ten-
tandi ergo gratia vos primos assumpsi amicos, vt in cælestibus & ineffabili- C
bus locis meis primos vos collocẽ, cùm ꝓbauero. Humana ergo de meipso
mentitus sum,vt vos manifestiùs cõprobarem,si integrũ erga me seruatis affe
ctum.Ego verò hæc audiens,ipsum quidem miserũ iudicans,impudentiã ta-
men eius admirans,& pro eo ipse erubescens,simul & veritus ne quid in nos
moliretur mali, innuo Nicetæ, paulisper vnà mecũ simulare,& aio ad eum:
Non nobis indigneris hominibus corruptibilibus,incorruptibilis Deus, sed
suscipe magis affectũ nostrum, & animũ volentẽ scire qui sit Deus: nondũ
enim sciebamus quis esses,& nec aduertebamus quia tu es quẽ quærebamus.
Hæc & his similia vultu pro re aptato prosequentibus nobis, vanissimus cre
didit nos deceptos,& eo magis elatus addidit etiã hæc: Propitius vobis iam
sum,ꝓ affectu quẽ erga me Deũ geritis:me eñ diligẽtes,nesciebatis,& me q̃-
rẽtes,ignorabatis.Sed nolo dubitetis,quia hoc est verè Deũ esse, cùm potest H
Miracula Simonis. quis paruus effici,vel magnus,si voluerit:nam quoquo modo apparere homi
nibus poterã.Nũc ergo incipiã vobis aperire quod verũ est. Ego virtute mea
quodã tẽpore aërẽ vertẽs in aquã,& aquã rursum in sanguinẽ, carnemq; so-
lidans,nouũ hoĩem puerũ formaui,& opus, conditore Deo multò nobilius,
protuli.Ille enim creauit hominem è terrã,ego autem,quod est difficiliùs ex
aëre,quemq; rursus resoluens aëri reddidi:speciem tamen eius, imaginemq;
depictam in interiore cubiculo collocaui, vt esset indicium ac memoria
operis mei.Hęc autem intelligebamus eum dicere pro puero illo,cuius vi ne-
cati anima,ad ea q̃ volebat ministeria, vtebatur.Petrus ergo hęc audiẽs, cum
lachrymis ait:Miror admodũ immensam Dei patientiã,& è contrariò in nõ-
nullis humanæ temeritatis audaciam.Quæ enim ratio inueniri vltrò poterit,

quæ

A quæ Simoni suadeat, quod Deus iudicet iniquos, cùm ipse sibi persuadet,
quòd animarum obedientia ad scelerum suorum vtatur ministerium? re aũt
vera à dæmonibus illuditur: tamen cùm per hæc ipsa certus sit, quod im-
mortales sunt animæ,& iudicantur pro his quæ gesserint: & qui se putet re
ipsa videre ea,quæ nos fide credimus,quamuis, vt dixi, illudatur à dæmoni-
bus,tamen arbitratur se ipsam animæ videre substantiam. Quando hic, in-
quam,fatebitur vel male se agere in tanto malo positus, vel iudicandum se
pro his quæ gerit,qui sciens Dei iudicium contemnit, & inimicum se exhi-
bet Deo, & audet tam nefanda committere? Vnde certum est fratres mei,
nonnullos veritati ac religioni Dei nõ ideo aduersari,quod eis nequaquam
ratio fidei constare videatur:sed quia aut nimietate quadam peccatorum in-
uoluti,aut malis suis præuenti,& tumore cordis elati sunt,ita, vt nec ea qui-
B dem credant,quæ oculis suis se videre arbitrantur.Verùm quoniam ingeni-
ta erga conditorem Deũ sufficere ad salutẽ videbatur affectio his qui dilige
rent eum,studet inimicus hanc affectionem in hominibus peruertere, & ini
micos eos efficere,atque ingratosconditori suo.Testor autem cœlum ac ter
ram,quòd si quantum cupit inimicus desæuire, permitteretur etiam à Deo,
olim oẽs homines deperissent:sed misericordiæ causa non sinit Deus.Quod
si affectum suum homines conuerterent ad Deum,omnes sine dubio saluarẽ
tur,etiam si pro aliquibus delictis ob iustitiam corripi viderentur.Sed nunc
plurimi hominũ inimici effecti sunt Dei, quorũ malignus corda penetrauit,
& affectũ quẽ eis conditor Deus inseruerat,vt erga se haberẽt,in semetipsum
deflexit.Aliorum verò qui aliquãtulum vigilare videbãtur,in phantasia glo-
riæ & splendoris apparens,& magna quædam atque ingentia repromittens,
C euagari nihilominus à Deo vero mentem atque animnm fecit, quæ tamen
perpetrare ei iusta quadã permittitur ratione.Ad hæc Aquila respõdit:Quid
ergo delinquunt homines,si malignus transformans se in splẽdorẽ lucis,ma
iora repromittit hominibus,quàm ipse conditor Deus?Et Petrus: Puto, in-
quit,hoc iniustiùs nihil esse:& quatenus iniustum sit audi.Si filius tuus, qui
à te omni diligentia eruditus est,& nutritus,atque ad virilẽ perductus ætatẽ,
ingratus tibi sit,& relinquens te,ad aliũ,quẽ fortè ditiorẽ viderit,eat, & ho-
norẽ quẽ tibi debebat,illi exhibeat,ac spe maioris lucriNaturam neget,& iu
ra paterna defugiat,rectũ tibi videtur,an impiũ?Et Aquila respondit: Omni-
bus palã est,quod impiũ sit. Et Petrus:Si ergo in hominibus hoc impiũ dicis,
quantò magis in Deo,qui supra omnes homines honore ab hominibus dig-
nus est?cuius non solùm beneficijs fruimur,verũ & ope ac virtute esse cœpi-
D mus,cũ non essemus:cuiq; si placeamus, merebimur ab eo,vt etiam ęterni in
bonis simus.Vt ergo infideles à fidelibus, & pij discernantur ab impijs,per-
missum est maligno vti his artibus,quibus singulorum erga verum parentem
probentur affectus.Quòd si verè esset aliquis Deus alienus, tamen ab eo qui
nos creauerat,quiq; nobis pater, & conditor fuerat,rectúmne erat,relicto
proprio transire ad alienum?t Et Aquila:Absit,inquit.Tum Petrus:Quomo-
do ergo dicemus malignum esse causam peccati nostri,cum hoc permissu
Dei fiat,vt per ipsum probentur,& in die iudicij arguantur, hi qui maiori-
bus pollicitationibus inuitati, veri patris & conditoris sui reliquerint pie-
tatem: hi verò qui fidem & charitatem proprij patris, etiam cum pau-
pertate, si acciderit, & cum tribulatione seruauerint, donis cœlestibus
in regno eius, & immortalibus muneribus perfruantur? Sed hæc

Tria sunt quæ cogũt aduersari nos Christo,Ignorãtia,peccatorum multitudo, superbia.

Affectiõi nostræ erga Deum insidiãtur dæmones.

Certa ratione dæmonibus aliquid permittitur in homines.

Dæmones adsiguẽt ut probentur constãtia nostra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliâs diligentiùs exponemus. Quid autem Simon egerit post hæc, scire cupio B
& Niceta respondit: Vbi intellexisse eum sensimus, quod deprehensus esset à
nobis, colloquuti inter nos de sceleribus eius, reliquimus eum, & ad Zachæ
um venimus, hæc ipsa ei, quæ tibi nunc protulimus, indicantes. At ille benig-
nissimè nos suscipiens, & de fide Domini nostri Iesu Christi edocens, fideli-
um numero sociauit. Cumque hæc Niceta dixisset, Zachæus qui paulò antè
egressus fuerat, ingrediebatur, dicens: Tempus est, vt procedas ad disputan-
dum Petre: turba enim multa in atrio domus congregata te operitur: quo-
Petrus cõgressurus cum Simone, orat. rum in medio, multis fultus ad scelus asseclis, constitit Simon. Tum Petrus,
vt hæc audiuit, orationis gratia secedere me iubens, nondum enim eram di-
lutus à peccatis, quæ in ignorantia commiseram, ait ad reliquos: Oremus
fratres, vt Deus per Christum suum pro ineffabili misericordia sua adiuuet
me exeuntem prosalute hominum, qui ab ipso creati sunt, & hæc cùm di- F
xisset, oratione facta, processit ad atrium domus, in quo erat multitudo plu-
rima populi congregata: quos vbi omnes summo silentio ad se intentos vi-
dit, & magum Simonem in medio eorum, velut signiferum, stantem, hoc
modo cœpit: Pax vobis sit omnibus, qui parati estis dare dexteras veritati:
quicunque enim obediunt ei, videntur quidem aliquid gratiæ referre Deo:
porrò autem ipsi ab eo donum summi muneris consequuntur, iustitiæ eius
semitis incedentes: propter quod primùm est omnium, iustitiam Dei, reg-
numque eius inquirere. Iustitiam quidem vt rectè agere doceamur: regnum
verò, vt quæ sit merces posita laboris & patientiæ nouerimus: in quo est bo-
nis quidem æternorum bonorum remuneratio: his autem qui contra volun-
tatem Dei egerint, pro vniuscuiusque gestis pœnarum digna restitutio. Hic
ergo, hoc est, in præsenti vita positos, oportet vos agnoscere voluntatem G
Dei, vbi & agenti locus est. Nam si quis velit antè quàm actus suos emendet,
de his requirere, quæ non potest inuenire, stulta & inefficax erit huiuscemo-
di inquisitio. Tempus enim brue est, & iudicium Dei, gestorum causa agetur,
non quæstionum. Ideoque ante omnia hoc quæramus, quid nos, aut qualiter
agere oporteat, vt æternam vitam consequi mereamur. Nam si exiguum hoc
vitè tempus per inanes occupemus, & inutiles quæstiones: inanes sine dubio
& vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, vbi iudicium, vt dixi, operum
Veniet enim nox vbi nemo operari poterit. Ioan. 9. nostrorum fiet. Vnaquæque etenim res, suum tempus habet & locum. O-
perum hic locus, hoc tempus est: meritorum seculum futurum. Ne ergo im-
pediamur, ordinem locorum, ac temporum permutantes, primò quæ sit Dei
iustitia requiramus, vt tanquam iter acturi, abundanti viatico bonis operi-
Roma. 1. bus repleamur, quo possimus ad regnum Dei, tanquam ad vrbem maximam H
peruenire. Deus enim his, qui rectè sentiunt, per ipsa opera mundi, quæ fecit
manifestus est, ipsius creaturæ suæ vtens testimonio: & ideo cùm de Deo du-
bitatio esse non debeat, de sola nunc eius iustitia requiramus & regno. Quod
si aliquid nobis de secretis & reconditis inquirendum suggerit mens nostra
antequam de operibus iustitiæ requiramus, rationem reddere nobismetipsis
debemus: quia si bene agentes salutem consequi meruerimus, tanquam ca-
Nihil proficitur in scripturis diuinis sine spũ sancto. sti & mundi euntes ad Deum, spiritu sancto replebimur, & omnia quæ sunt
secreta & occulta, sine vlla quæstionum cauillatione noscemus: quæ nunc,
etiam si totum quis vitę suæ tempus in inquirendo consumat, no solùm non
poterit inuenire, sed & maioribus se erroribus infert, quia non per viam
priùs iustitiæ incedens, ad portum vitæ peruenire contendit. Et propterea

suadeo,

A suadeo, primò iustitiam eius esse requirendam, vt per hanc iter agentes, & in
via positi veritatis, verum Prophetam inuenire possimus, non velocitate pe-
dum, sed operum bonitate currentes: vt ipso duce vsi nullum viæ huius pati-
amur errorem. Si enim ipsum sequentes ingredi meruerimus illam, quò per
uenire cupimus, ciuitatem, omnia iam de quibus quæritur, oculis videbimus *Via. Viatores. Porta. Vrbs.*
tanquam hæredes omnium facti. Intelligite itaque viam esse hunc vitæ nost-
ræ cursum. Viatores eos qui bona opera gerunt. Portam verum Prophetam,
de quo dicimus. Vrbem regnum esse, in quo residet omnipotens pater, quẽ
soli videre possunt hi qui mundo sunt corde. Non ergo nobis difficilis vide-
atur huis itineris labor, quia in fine eius requies erit: nam & ipse verus Pro-
pheta ab initio mundi, per seculum currens, festinat ad requiem. Adest enim
nobis omnibus diebus, & si quãdo necesse est adparet & corrigit nos, vt obtẽ
B perantes sibi ad vitam perducat æternam. Mea ergo ista sententia est, sicut &
vero Prophetæ visum est, vt primò de iustitia requiratur, ab his maximè qui
Deum se nosse profitentur. Si ergo habet aliquis quod esse rectiùs putet, di-
cat, & cum dixerit, audiat, sed cum patientia & quiete. Propter hoc enim ab *Simonis illud hactenus inscholis theologorũ mirè locum habuit.*
initio, salutationis specie pacẽ cunctis precatus sum. Ad hæc Simõ respondit:
Nos pace tua opus nõ habemus: si enim pax sit & cõcordia, ad inueniendã ve
ritatẽ nihil proficere poterimus: habent enim inter se pacem & latrones, &
scortatores, & omnis nequitia cũ semetipsa cõcordat: & nos ergo si ob hoc
conuenimus, vt pacis causa omnibus quæ dicuntur prębeamus adsensum, ni-
hil auditoribus cõferemus: sed è contrario illusis eis, nos amici discedemus:
propter quod noli inuocare pacẽ, sed magis pugnã matrẽ eius, & si potes ex- *Pugna mater pacis.*
pugna errores. Nec reqras amicitiã tiniustis adsentatiõibus paratã: hoc enim
C te ante omnia scire volo, quia duobus inter se dimicãtibus, tũc erit pax, cum
alter ceciderit superatus: & ideo pugna vt potes, nec requiras pacẽ sine bello,
quod impossibile est, aut si potest fieri, ostende. Ad hæc Petrus: Attentiùs au
dite, ô viri, quæ dicimus. Ponamus mũdũ hunc campũ esse aliquẽ magnum,
& ex duabus ciuitatibus, quarũ Reges sibi inuicẽ sint contrarij, missos esse sin
gulos ad dimicandũ Duces: & illũ quidem boni Regis ducẽ, consiliũ dare, vt
vterq; exercitus absque sanguinis pro fusione, melioris in rẽgis iura concedat
quo sine periculo omnes salui fiant: illum verò contrarium dicere: Non, sed
pugnetur, vt non qui dignus est, sed qui fortior ipse cum his, qui euaserint, re
gnet. Quæso vos, quid magis eligeretis? non dubito, quin, vt cũ incolumitate *Vere enim dictum est nimium altercando ueritatem amitti.*
oĩm, Regi meliori manus darentur: & ego nũc nõ, vt Simon ait, pacis causa ad
sensum volo cõmodari, his quæ malè dicũtur, sed vt cum quiete & ordine ve
D ritas requiratur. Nonnulli enim in disputationum certamine vbi errorem su
um senserint confutari, causa perfugij conturbare cõtinuò incipiunt, & mo
uere lites, ne palàm fiat omnibus quod superãtur: & propterea ego frequẽter
exoro, vt cum omni patientia & quiete indago disputationibus habeatur, vt
si fortè aliquid minus rectè dictum videatur, repetere id, & apertiùs liceat ex
planare: solet enim interdum aliter dici quid, & aliter audiri, dũ aut minus
lucidè profertur, aut minus vigilanter aduertitur: & ob hoc patienter cupio
haberi sermonem, vt neque subripiat aliter alteri: neque sermonem dicentis,
intẽpestiuus sermo contradicentis interrumpas: neque reprehendẽdi studiũ
geramus, sed liceat, vt dixi, minus planè dicta repetere, vt examinatione iusti
sima clarescat veritatis agnitio. Scire enim debemus, quia si quis à veritate vin
catur, nõ ipse vincitur, sed ignorãtia, quę in ipso est, quę est dęmõ pessimus: q̃

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui potuerit effugare, ſalutis accipit palmam. Propoſitum nanque nobis eſt E
prodeſſe auditoribus, non vt malè vincamus, ſed vt pro agnitione veritatis be
ne viuamus. Si enim veritatis inquirendæ ſtudio ſermo moueatur, etiam ſi
quid minus plenè pro humana fragilitate dicemus, Deus pro ineffabili ſua bo
nitate, ea quæ deſunt, latenter auditorum ſenſibus adimplebit. Iuſtus eſt enim
& ſecundum vniuſcuiuſque propoſitum, alijs quidem in promptu facit eſſe
quod quæritur, alijs verò obſcurum reddit, etiam quòd palàm poſitum eſt.
Quia ergo via Dei, via pacis eſt, cum pace quæ Dei ſunt requiramus: ad hæc ſi
quis habet quod proſequatur, locus eſt. Si verò nullus eſt qui reſpondere ve-
lit, ego dicere incipiam, & quæ mihi ab alio poſſunt obijci, ipſe in medium p
lata, diſſoluam. Cum ergo Petrus cœpiſſet cõtinuare ſermonem, Simon inter
rupta oratione eius: Cur, inq̃t, feſtinas ipſe tibi dicere q̃ tibi videtur? Intelligo
verſutias tuas: vis enim tibi ea ipſe proponere, quorũ abſolutio benè tibi me- p
ditata eſt, vt ignorantibus turbis videaris rectè aliquid dicere: ſed apud me
non tibi erit horum locus. Nunc ergo, quoniam vt vir fortis polliceris, te om
ni volenti proponere reſponſurum, mihi interim primò reſpondeto. Et Pe-
trus: Paratus, inquit, ſum, tantùm vt cum pace ſit ſermo. Tunc Simon: Non
vides, inquit, inperitiſſime, quòd contraria agis magiſtro tuo, pacem depoſ-
cens, quod vtique non conuenit ei qui expugnaturum ſe promittit ignoran-
tiam? Aut ſi tu rectè pacem ab auditoribus poſcis, non rectè magiſter tuus di-
xit: Quia non veni pacem mittere in terram, ſed gladium. Aut enim tu bene
dicis & ille non bene: aut ſi magiſter tuus benè, tu peſſimè, qui non intellexiſti
contraria te proferre ei, cuiùs te diſcipulum profiteris. Ad hæc Petrus: ne-
que qui miſit me malefecit, gladium mittere in terram: neque ego contraria
ei ago, auditorũ pacẽ requirens. Sed tu & imperitè & temerè reprehendis ea G
quæ non intelligis: etenim quia pacem non venit mittere in terram magiſter
non audiſti. audiſti: quod autem dixerit: Beati pacifici, quoniam ipſi filij Dei
vocabuntur Propter quod nõ ego magiſtro diuerſa ſentio, pacẽ perſuadens,
quã illeſeruantibus beatitudinem poſuit. Et Simon ait: Pro magiſtro reſpon-
dere cupiens, ô Petre, multò eum grauiùs accuſâſti, ſi cum ipſe non vene-
rit pacem facere, hanc alijs ſeruare præceperit. Et quomodo alius ille eius ſer
mo cõſtabit quem dixit? Quia ſufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius. Pe-
trus ad hæc: Magiſter, inquit, noſter qui erat verus Propheta, & ſui in omni-
bus memor, neque ſibi contraria loquutus eſt, neq; nobis ab his quæ ipſe ge-
rebat diuerſa mandauit. Quòd enim ait: Non veni pacem mittere in terram,
ſed gladium: & ex hoc videbitis ſeparari patrem à filio, filium à patre: virum
ab vxore, & vxorem à viro: & matrem à filia, filiam à matre: fratrem à fratre, H
ſocrum à nuru, amicum ab amico: Hæc omnia continent doctrinam pacis:
& quomodo, audi. Initio prædicationis ſuæ, vtpote, qui velit omnes inuita-
re & adducere ad ſalutem, ac patientiam laborum, tentationumq̃ haben-
dam ſuaderet, pauperes beatificabat, eosq̃ pro penuriæ tolerantia adeptu-
ros eſſe pollicebatur regna cœlorum, vt ſub tanta ſpe æquanimiter pauperta-
tis, pondus, ſpreta cupiditate, portarent. Eſt enim vnum & maximum ex per-
nicioſiſſimis peccatis, cupiditas. Sed & eſurientes, & ſitientes æternis bonis
iuſtitię ſaturandos eſſe promiſit, vt egeſtatem tolerabiliter ferentes, nihil pro
hac iniuſti operis molirentur. Mundus quoque corde ſimiliter beatos dice-
bat, & per hoc Deum viſuros, vt vnuſquique adipiſci tantùm cupiens bonũ,
ſemetipſum à peſſimis & pollutis cogitationibus contineret. Sic ergo magi
ſter

Pro cuiuſq; ſtudio uel clara, uel obſcura ſunt myſteria diuina.

Pax Simoni exoſa.

Contentiones Simon probare conatur.

Matth. 5.

Matth. 10

Gladius. Mathei. 10. aliquid pacis habet.

Spe mercedis Chriſtus labores huius uitæ nobis edulcauit.

A ſter noſter diſcipulos ad patientiam virtutis inuitans, bonum pacis, etiam
cum labore patientiæ, ſuadebat eſſe ſeruandum. E contrario verò eos qui in
diuitijs ac luxuria verſabantur, lugebat, qui nihil pauperibus largiebantur,
arguens eos rationem reddituros: quia proximos ſuos, quos diligere ſicut ſe-
ipſos debuerant, ne in egeſtate quidem poſitos miſerati ſunt. Hæc autem di-
cens, alios quidem obedire fecit, alios verò reddidit inimicos. Credentibus
ergo & obedientibus pacem habere inter ſe inuicem iubet, & ipſis dicit: Bea
ti pacifici, quia ipſi filij Dei vocabuntur. His autem, qui nõ ſolũ non credidẽ Pax.
re, verùm & aduerſarij doctrinæ eius facti ſunt, bellum verbi & confutatio-
nis indixit: quia ex hoc videbitis ſeparari filium à patre, & virum ab vxore,
& filiam à matre, & fratrem à fratre, & nurum à ſocru, & inimici hominis do
meſtici eius. In vnaquaq̃ue enim domo, cùm inter credentem & non creden *Bellum uerbi intelligendum in gladio.*
B tẽ cœperit eſſe diuerſitas, neceſſario pugna fit: incredulis q̃dẽ cõtra fidẽ dimi
cãtibus: fidelibus verò in illis erroẽ veteẽ, & peccatorũ vitia cõfutãtibus. Si
militer quoque etiam erga Scribas & Phariſæos vltimo doctrinæ ſuæ tempo
re bellum gerit, arguens eos ſuper actibus non bonis, & nõ recta doctrina, &
quòd clauẽ ſcientiæ, quã à Moyſe traditã ſuſceperũt, occultaret, p quã poſſit
ianua regni cœleſtis aperiri. Sed & nos ad prædicandũ mittens Dominus no- Lucæ. 11.
ſter præcepit nobis, vt in q̃cunq̃; ciuitatẽ vel domũ introierimus, dicamus,
pax huic domui: & ſi quidẽ, inquit, fuerit ibi filius pacis, veniet ſuper eũ pax
veſtra: ſi verò nõ fuerit, pax veſtra ad vos reuertetur. Exeuntes aũt de domo, Matth. 10.
vel de ciuitate illa, vt etiam puluerẽ, qui adhæſerit pedibus noſtris, excutiam
ſuper eos. Tolerabiliùs aũt erit terræ Sodomorũ, & Gomorrhæorũ in die iu-
dicij, quã illi ciuitati vel domui. Quod vtique ita demũ pręcepit fieri, ſi priùs
C in ciuitate vel domo veritatis ſermo prædicetur. Ex quo vel recipiẽtes verita
tis fidẽ, filij pacis & filij Dei fiant, vel non recipientes arguãtur, quaſi inimici
pacis & Dei. Ita ergo & nos magiſtri inſtituta ſeruantes, pace primò pponi-
mus auditoribus, vt abſque vlla pturbatiõe poſsit via ſalutis agnoſci. Quod ſi
quis pacis verba non ſuſcipit, neq; acquieſcit veritati: ſcimus aduerſum eum
pugnã verbi mouere, & arguere acriùs cõfutando ignorantiã, & redarguẽdo
peccata. Neceſſario igitur pacẽ proponimus, vt ſi quis eſt filius pacis, pax no-
ſtra veniat ſuper eum: ab eo autem qui ſe alienum pacis effecerit, regredietur
ad nos pax noſtra. Non ergo, vt putas, conſenſu malorum pacẽ proponimus:
nam vtiq; continuò tibi dexterã dediſſemus: ſed vt per quietem & patientiã
diſſerentibus nobis qui ſit ſermo verus, faciliùs ab auditoribus dignoſcatur.
Si autẽ diſſideas & diſcordes à temetipſo, quomodo ſtabis? Neceſſe eſt vt ca-
D dat, qui in ſemetipſo diuiditur. Omne enim regnũ in ſemetipſum diuiſum, Matth. 12.
non ſtabit. Ad hæc ſi quid videtur, dicito. Et Simon: Stultitiam tuã demiror.
Sic nobis magiſtri tui verba proponis, quaſi certũ de eo habeatur quod Pro-
pheta ſit, quem ego perfacilè demonſtrare poſſũ, multa ſibi contraria loquu
tũ. Dénique ex his, quæ ipſe protuliſti, arguã te: ais enim dixiſſe eũ, oẽ regnũ,
vel oĩs ciuitas diuiſa in ſemetipſa, non ſtabit. Et alibi iterũ ais eũ dixiſſe, quia
ipſe miſerit gladium, vt ſepararet eos, qui in domo ſunt, ita, vt diuidatur filius
à patre, & filia à matre, & frater à fratre, vt ſi fuerint in vna domo quinque,
diuidantur tres aduerſum duos, & duo aduerſum tres. Si ergo omne quod
diuiditur, cadit, iſte qui diuiſiones facit, cadendi pręſtitit cauſas: & ſi talis eſt
vtique malus eſt. Ad hæc reſponde ſi potes. Et Petrus: Non temerè deroges ô
Simõ his quæ nõ intelligis. Primò ergo reſpondeã pro eo quod ais, me magi-
E ſtri mei

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtri mei verba proponere, atque ex ipſis ea, de quibus dubitatur, abſoluere E
Dominus noſter mittens nos Apoſtolos ad prædicandum, præcepit nobis vt
doceamus omnes gentes, de his quæ mandata ſunt nobis: Neque ergo dicere
ea, vt ab ipſo dicta ſunt, poſſumus. Non enim dicere, ſed docere ea in manda-
tis habemus, & ex ipſis oſtendere, quomodo vnũquodq; eorũ veritate ſubni
xum ſit. Neque rurſus proprium nobis aliquid dicere permiſſum eſt. Sumus
enim miſſi, & neceſſariò qui miſſus eſt, illud quod iuſſus eſt, nunciat, & volũ
tatẽ mittentis exponit. Nam ſi aliud dicam, quàm præcepit mihi ille qui me
miſit, falſus ero Apoſtolus, qui non illud dico quod iuſſus ſum dicere, ſed
quod mihi videtur: quod qui facit, vtique ſe meliorem vult oſtendere, quàm
eſt ille à quo miſſus eſt: & eſt ſine dubio præuaricator. Si verò ea quę iuſſus eſt,
proſequatur, eorũq; adſertiões manifeſtiſsimas proferat, Apoſtoli opus exe-
qui videbitur: quod ego nunc implere cõtendẽs, nõ tibi placeo. Non ergo re F
prehẽdas, quod eius, qui me miſit, proferam verba: ſed ſi eſt in illis aliquid,
quod nõ ſit integrè dictũ, inde me vt arguas, licet: quod tamẽ nullo modo fi-
eri poteſt. Aut ſi nõ putas eũ Prophetã eſſe, hoc primò requiratur. Et Simon:
Non opus habeo hoc diſcere abs te, ſed quõ ſibi iſta cõuaniant. Si enim incõ
ſonãs oſtẽdetur, ſimul etiã Propheta nõ eſſe docebitur. Tũ Petrus: Sed ſi priũs,
inquit, oſtẽdero eũ Prophetam, hoc quod videtur eſſe incõſonans, nõ e-
rit: neq; enim ex cõſonantia quis Propheta eſſe ꝓbatur, quia hoc multis poſ-
ſibile eſt facere: quod ſi conſonãtia Prophetã nõ facit, multò magis nec incõ
ſonãtia. Quia ergo multa ſunt quę videtur quidẽ inconſona eſſe nõnullis, ha
bent tamẽ profundiore ratione in ſemetipſis cõſonantiã: ſicut & aliqua vidẽ
tur habere conſonantiã, diſcuſſa diligentiùs, iuueniuntur inconſona: hac de
cauſa aliam non puto rectiorem eſſe viam ad horum diſcrimen, niſi vt priùs G
cognoſcamus, ſi is qui loquutus eſt ea quę videntur inconſona, Propheta ſit.
Si enim inuenitur Propheta eſſe, omnia illa quæ videntur ſibi eſſe contraria,
conſtat habere conſonãtiã, ſed non intelligi. De his ergo probamenta recti-
ùs requirentur. Nos enim Apoſtoli illius, qui nos miſit, verba exponere miſſi
ſumus, & adfirmare ſententias: proprium verò dicere aliquid nõ habemus in
mandatis, ſed verborum illius, vt dixi, aperire veritatem. Et Simon ait: Doce
erga nos, quomodo conueniat, vt is qui diuiſiones facit, quæ diuiſiones ca-
dere faciãt eos qui diuiduntur, vel bonus videatur, vel ad hoĩm ſalutẽ veniſſe
Et Petrus: Audi quõ magiſter noſter oẽ regnũ, & oẽm domũ diuiſam aduer-
ſum ſemetipſam, dixit ſtare non poſſe. Hoc autem cũ ipſe fecit, vide quomo-
do ad ſalutem cedat. In errore poſitum mũdi regnum, vel vnamquanq; in eo
domum, verbo veritatis diuidit, proculdubio vt cadat error, & veritas regnet. H
Quod ſi alicui accidat domui, vt error introductus per aliquem diuidat ve-
ritatem: cùm error obtinuerit, certum eſt veritatem ſtare non poſſe. Et Simõ:
Sed incertum eſt, vtrum magiſter veſter errorem diuidat an veritatem. Et Pe-
trus: Iſtud alterius quæſtionis eſt. Sed ſi conſtat apud te, quia omne quod di-
uiſium fuerit, cadit: ſupereſt vt oſtendam, ſi tãtùm cum pace audire vis, quòd
Ieſus noſter errorem diuiſerit, ac reſoluerit, docendo veritatem. Tum Simon
Omitte, inquit, ſermonem pacis frequenter iterare: quid verò ſit quod ſen-
tis, aut credis, breuiter expone. Et Petrus ait: Quid times crebrò audire de pa-
ce? an ignoras quia perfectio legis pax eſt? ex peccatis enim bella naſcuntur &
certamina: vbi autem peccatum non fit, pax eſt animæ: vbi verò pax eſt, in diſ
putationibus veritas, in operibus iuſtitia inuenitur. Et Simõ: Videris mihi nõ
poſſe

Apoſtolorum eſt docere, non dicere.

Apoſtolorum opus quale.

Conſonantia non facit ꝓphetam.

Nihil proprium dicere, Apoſtoli eſt,

Veritatis uerbum diuidit homines.

Perfectio legis eſt pax.

A poſſe profiteri quod ſentis. Et Petrus: Dicam ex arbitrio, tamen non tuis ver-
ſutijs coactus. Cupio enim quod ſalutare & vtile eſt omnibus adduci in
notitiam, & ideo proferre quam breuiſſimè nõ morabor: Vnus eſt Deus, idẽ
qui conditor mundi, iuſtus iudex, & vnicuiq; pro actibus ſuis quandoque
reſtituens. Iam vero pro adſertione horũ, ſcio innumera poſſe verborũ millia
commoueri, Et Simon ait: Miror quidem velocitatem ingenij tui: non tamẽ
amplector errorem fidei tuæ: prudẽter enim præuidiſti, quod tibi cõtradici
poſſet è turba: ideo etiam ipſe profeſſus es, quòd pro adſertione horum, in-
numera verborum millia mouebuntur: nulli enim concordat profeſſio fidei
tuæ. Denique quod vnus ſit Deus, cuius ſit opus mundus, hoc primùm quis
recipiat? puto quia neque paganorum quiſquam, quamuis ille ſit idiota: phi-
loſophorum autem omnino nullus: ſed ne Iudæorum quidẽ imperitiſſimus
B quiſquam & miſerrimus, neque ego ipſe qui eorũ legẽ bene noui. Et Petrus:
Omitte, inquit, opiniones abſentium: tibi quid videtur, præſens præſenti di-
cito. Tum Simon: Poſſum, inquit, exponere quod verè ſentio, ſed pigriorem
me facit illa conſideratio: quia ſi dixero, quod neque tibi ſit conſonum
neque vulgo huic imperito rectum videtur, tu quidem quaſi obſtupefa-
ctus, aures continuò occludens, velut ne blaſphema polluantur, verte-
ris in fugam, quia quod reſpondeas non inuenies. Populus autem irrati-
onabilis adſentatus tibi, te quidem amplectetur, quaſi ea docentem, quæ in
vſu eis ſunt: me verò execrabuntur, veluti noua quædam atque in audita pro
fitentem, meumq; errorem alienis mentibus inſerentem. Tum Petrus: Nun-
quid non tu, in quo nos accuſabas, ipſe ambagibus vteris, nihil habens quod
adſeras veritatis? aut ſi habes, incipe abſque circuitionibus, ſi tantùm confi-
C dis: & ſi quidem non placuerint alicui auditorum quæ dicis, abſcedet: qui ve
rò permanſerint, cogentur adſertionibus tuis probare quod verum eſt. Incipe
igitur quod tibi rectum videtur, exponere. Et Simon ait: Ego dico multos eſſe
Deos, vnum tamen eſſe incomprehenſibilem, atque omnibus incognitũ, ho
rumq; omniũ Deorũ Deũ. Tũ Petrus: Hunc, inquit, quẽ dicis eſſe incõprehẽ
ſibilem, & incognitum omnibus Deum, ex ſcripturis Iudæorum, quæ in au-
ctoritate habentur, probare poteſt, an ex alijs aliquibus, quas omnes ignora-
mus? an ex Græcis auctoribus? an ex tuis ſcriptis proprijs? certè ex quibuſcũ-
que vis dicito, ita tamen vt oſtendas eas prius eſſe Propheticas: ita enim fiet,
vt earum indubitata habeatur auctoritas. Et Simon ait: Ex lege Iudæorũ ſola
adſertiones adhibebo. In omnibus enim, q religionis curam gerunt, manifeſ
tũ eſt totius eſſe auctoritatis hanc legem: vnumquenq; tamẽ ſecũdũ propriũ
D ſenſum intelligentiã legis huius accipere. Ita enim ab eo, qui mundum con-
didit, ſcripta eſt, vt in ipſa rerum fides habeatur. Vnde ſiue quis vera, ſine etiã
falſa proferre velit, abſque hac lege nulla recipietur adſertio. Quia igitur ſci-
entia mea pleniſſimè cum lege concordat, rectè multos eſſe pronunciaui De
os, quorum vnus eſt eminentior, & incomprehenſibilis, ipſe qui eſt Deus De
orum. Quòd autẽ multi ſint Dij, ipſa me edocuit lex. Primo qdem vbi ex per
ſona ſerpentis dicitur ad Euam, primam mulierem: Quacunque die mandu-
caueritis de ligno ſciendi bonum & malum, eritis ſicut Dij: hoc eſt, ſicut hi q
hominem fecêre. Poſteà enim quàm guſtauêre de ligno, ipſe Deus teſtatur di
cens ad reliquos Deos: Ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis. Sic ergo cõ-
ſtat multos eſſe Deos, qui hominem fecerint, quia & initio ita dicit Deus ad
cæteros Deos: Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã. Sed

Adſertio Simonis de multis dijs

Legem Iudæorum admittit Simon.

Gene. 3.

Gene. 1.

Gene. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exod. 22. & quod ait:Eijciamus eũ,& iterũ:Venite descẽdentes confundamus linguas E
eorũ.Oía hæc multos esse indicant Deos.Sed & illud scriptũ est:Deos nõ ma
Deut. 32. ledices,& principẽ populi tui nõ maledices.Et rursum quod scriptũ est: Dñs
solus ducebat eos,& nõ erat cũ illis Deꝰ alienus,multos esse ostẽdit Deos.Sũt
& alia plurima quę ꝓferri possunt ex lege testimonia nõ solũ obscuriora,sed
Sortionẽ Simon in ter Deos fingit. & manifesta,qbus multi esse doceãtur Dij.Ex qbus vnus, vt Iudæorũ populo
Deus esset,fortè electus est.Ego aũt nõ hũc adsero, sed illũ q etiã huius Deus
est,quẽ ne ipsi quidẽ Iudæi nõrũt.Neq; enim ipsorũ est Deus,sed eorũ qui ag
nouerint eũ.His auditis Petrus.Nihil,inquit,verearis Simon,ecce enim neq;
aures claudimus,neq; fugimus,sed ad ea quæ falso ꝓsequutus es,veritatis ser
monibus respondemus:Illud primò adserentes,quia vnus est Deus , hic ipse
Iudæorum,q est solus Deus,cœli creator ac terræ,qui & oĩm,etiã quos dicis
Deorũ,Deus est.Si ergo ostẽdero nullũ esse hoc superiorẽ,sed ipsum esse sup F
oĩa,fateberis errorẽ tuũ esse super oĩa.Et Simon: Quid enim , inquit,ętiam si
ego nolim fateri,q adsistunt auditores, nõnne arguent me nolentẽ quæ vera
sunt profiteri? Ausculta ergo,ait Petrus,vt scias primò ęp etiã si multi sint Dij,
dicis,Iudęorũ Deo subditi sunt,cui neq;ęqualis quisq̃,neq;maior esse potest
Deut. 10. vt scriptũ est enim,quod ita dicat ad Iudæos Moyses Propheta:Dominꝰ Deꝰ
vester hic est Deus Deorũ,& Dominus Dominorum,Deus magnus.ita etiã si
multi sunt qui dicuntur Dij,vnus est tamẽ maior oĩm Iudæorũ Deus , qui &
Moyses Deus Pharaonis. Deorũ Deus dictus est.Neq; enim quicũq; dictus fuerit Deus,cõtinuò Deus
est.Deniq; & Moyses Deus dicitur Pharaonis,& certũ est eũ hominẽ fuisse.
Iudices Dij Et iudices Dij appellati sunt,& constat eos fuisse mortales. Simulacra quoq;
gentium Dij appellantur,& omnes scimus,quia non sunt,sed impijs quasi ꝓ
pœna hoc datum est, vt quia verum Deum cognoscere noluerunt,quæcunq; G
eis forma & imago occurrisset, haberetur ab eis Deus.Quoniã vnius,vt dixi,
qui est omnium Deus,agnitionem suscipere recusarũt,ideo ergo conceditur
eis illos habere Deos,qui præstare supplicãtibus nihil possunt.Quid enim aut
exanima simulacra conferre hominibus queant, aut animantia, cũ potestas
omnium apud vnum sit? Tribus igitur modis Deus quis dicitur ,vel quia verè
est vel qui ei qui verè est,ministrat,& ob honorẽ mittẽtis vt plena sit eius au-
Vnaquæque gens proprium habet angelum. ctoritas , hoc dicitur iste qui missus est,quod est ille qui misit:vt sæpè factum
est de Angelis,qui tamẽ cum apparuerint homini,si sit prudẽs,& eruditus vir
interrogat eius qui apparuit nomen,vt simul & honorẽ missi ,& auctoritatẽ
mittẽtis agnoscat.Est enim vniuscuisque gentis angulus,cui credita est gentis
ipsius dispensatio à Deo,qui tamẽ cùm apparuerit,quãuis putetur & dicatur
LXXII. partes terræ. ab his quibus præest Deus, tamen interrogatus non sibi dabit ipse tale testi- H
moniũ.Deus enim excelsus,qui solus potestatem omnium tenet,in septuagin
ta & duas partes diuisit totius terræ nationes,eisq; principes augelos statuit.
Vni verò qui in Archãgelis erat maximus , sortè data est dispensatio eorum,
qui præ cæteris omnibus excelsi Dei cultũ,atq;scientiam receperunt . Sed &
Sancti homines Dij. sancti homines,vt diximus,impiorum efficiuntur Dij,tanquã qui potestatem
acceperint in eos vitæ ac necis:vt de Moyse,& iudicibus supra memorauimꝰ.
Propter quod scriptum est de eis:Deos non maledices , & principem populi
tui non maledices.Principes ergo singularum gentium Dij appellantur. Prin
Exod.20. cipum autem Deus Christus est,qui est omnium iudex. Verè ergo neq;angeli
neq;homines,neq; vlla creatura Dij esse possunt:quippe q sub potestate sunt
positi,tanq̃ creati & mobiles:angeli quidẽ vt q nõ fuêre & sint,hoĩnes aũt vt
mortales

A mortales,oĩmis verò creatura,vt quæ solui possit,sed reuerà si soluerit ille qui
fecit.Et ideo ille solus verus est Deus,qui non solùm ipse viuit,sed & alijs vi-
tam præstat,quam & auferre potest cùm vult. Propterea ergo clamat scriptu
ra ex persona Dei Iudeorum,& dicit. Videte,videte,quoniam ego sum Deus Deut. 32.
& non est alius præter me:Ego occidam,& viuere faciam:percutiam, & ego
sanabo,& non est qui eripiat de manibus meis. Vides ergo, quomodo ineffa
bili quadam virtute scriptura occurrens futuris erroribus eorum qui alium
Deum,præter eum qui est Iudæorũ,vel in cœlis esse,vel in terris,adfirmarent,
pronunnciat dicens:Dominus Deus tuus,Deus vnus est,in cœlo sursum,& in Deut. 4.
terra deorsum,& præter ipsum alius non est. Quomodo ergo ausus es dicere
alium esse Deum,præter eum qui Iudæorum est Deus? Et iterum dicit scriptu
ra:Ecce Domini Dei tui cœlum, & cœlum cœli, terra & omnia quæ in eis Psal. 88.
B sunt. Veruntamen patres tuos elegi, vt diligerem eos,& vos post ipsos. Ita ex
omni parte ab scriptura munitur ista sententia,quia ipse qui mundum crea-
uit,verus & solus est Deus.Quòd & si sint alij,vt diximus, qui dicuntur Dij,
sub potestate sunt Iudæorum Dei, quia ita dixit scriptura Iudæis: Dominus
Deus noster,hic est Deus Deorum,& Dominorum:hunc etiam solum colen Deut. 10.
dum monet scriptura,dicens:Dominum Deum tuum adorabis,& illi soli ser Luc. 4.
uies.Et:Audi Israel,Dominus Deus tuus vnus est.Deniq; & sancti spiritu Dei Deut. 6.
repleti,& guttis misericordiæ eius inrorati exclamabant,dicentes:Quis simi Psal. 34.
lis tibi in Dijs Domine, quis similis tibi? Et Iterum:Quis Deus præter Domi Psal. 17.
num?& quis Deus præter Dominum nostrum:Itaq; Moyses vbi proficere po
pulum vidit,paulatim eos ad intelligentiam monarchiæ, & fidem Dei vnius
initiauit, vt in consequentibus dicit. Nomina Deorum aliorum non com-
C memorabis,recordatus sine dubio,quali pœna damnatus sit serpens,qui pri-
mus nominauerat Deos. Terram déniq; comedere condemnatur, & tali ci- Serpens damnatur quia decepit Euam & Deos nominauit primus.
bo dignum iudicatur ob id,quod primùm omnium appellationem Deorum
introduxit in mundum . Quod & si tu multos Deos vis introducere,vide ne
exitum serpentis similem sortiaris . Certus autem esto , quod nos huius ausi
socios nõ habebis,nec decipi nos patiemur abs te.Neq; enim proderit nobis
ad excusationem in iudicio , si dicamus quòd tu deceperis nos,quia nec pri-
mam mulierem excusare potuit malè credidisse serpenti: sed morte,quia ma
le crediderit,condemnata est.Hac ergo de causa Moyses vnius Dei fidem po-
pulo commendans,ait:Obserua tibijpsi ne seducaris à Domino Deo tuo.Vi-
de quia eodem verbo vtitur, quo & prima mulier in excusatione vtebatur,
seductam se dicens,sed nihil profuit.Super omnia autem si verus aliquis sur-
D geret Propheta,qui signa & prodigia faceret,suadere aũt velit, vt coleremus
Deos alios præter Iudæorũ Deũ, nunq̃ ei credere possemus.Sic enim nos do-
cuit lex diuina,secretũ sermonẽ puriùs ex traditione cõmendans. Ait ergo: Deut. 13.
Si surrexerit in te Propheta,aut somnians somnium,& dederit signa vel pro-
digia,& euenerint signa illa,vel prodigia, & dixerit ad te,eamus & colamus
Deos alienos,quos nescitis,non audietis verba Prophetæ illius,neq; somniũ
somniatoris illius,quia tentans tentauit vos, vt videat si diligitis Dominum
Deum vestrum.Propterea ergo & Dominus noster signa & prodigia faciẽs,
Deum prædicabat Iudæorum,& ideo rectè prædicationi eius creditur. Tu
aũt etiã si verè Propheta esses,& signa faceres ac prodigia,sicut promittis, & Pseudoprophetæ ad tentationẽ mittuntur.
alios adnunciares Deos præter eum qui verus est,manifestum esset ad tenta-
tionẽ populo Dei suscitatũ, & ideo credi tibi omnino non potest. Vnus est
enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim verus, qui est Iudæorum Deus: & ob hoc Dominus noster Iesus Christus docebat quærendum esse, non Deum quem bene nouerant, sed regnum B
& iustitiam eius, quam scribæ & Pharisæi, suscepta scientiæ claue, non concluserant, sed excluserant. Nam si ignorâssent verum Deum, nunquàm vtiq; huius rei scientiam relinquens, qui erat omnium caput, culparet eos de paruis & minimis: id est, quod dilatarent fimbrias suas, & primos accubitus in
Matt. 28. conuiuijs vindicarent, & quòd in quadriuijs stantes orarent, & alia his similia, quæ vtiq; ex comparatione magni huius capitis, ignorantiæ Dei, exigua videntur & parua. Et Simon ad hæc ait: Ex verbis magistri tui conuincãte, quia etiam ipse ignotum quendam omnibus introducit Deum. Cum em & Adam creatorem suum scierit Deum, mundiq; conditorẽ: & Enoch quippè qui ab eo translatus est, & Noë, vtpote ab eo iussus arcã cõstruere: Cumq; & Abraham, & Isaac, & Iacob & Moyses, & omnes patres, omnisq; populus, F
Luc. 10. atq; oẽs gentes nouerint conditorem mundi, & fateãtur Deum, Iesus vester, qui longè posterior patribus apparuit, dicit: Nemo nouit filiũ, nisi pater: neq; patrẽ quis, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Ita ergo & Iesus vester aliũ esse Deum incomprehensibilem omnibus, & incognitum fatetur. Tum Petrus: Contraria, inquit, tibimetipsi te proferre non sentis. Si enim & Iesus noster scit istum, quem dicis incognitũ Deũ, ergò iam non à te solo est cognitus. Imò si Iesus noster eum nouit, Moyses quoq; qui & Iesum venturũ esse prophetauit, sine dubio nec ipse ignorauit eum: Propheta enim erat: & qui de filio prophetauit, sine dubio cognouerat patrẽ. Si em involuntate est filij, reuelare patrem cui voluerit filius, qui ab initio & semper cum Patre fuit per singulas quasq; generationes, sicut reuelauit Moysi patrem, ita & alijs Prophetis: quod si est, nulli patrum fuisse eum incognitũ constat. Tibi verò q̃ fi- G
lium nõ credis, quomodo potuit reuelari pater, qui nulli notus est, nisi cui voluerit filius reuelare? Reuelat autem filius Patrem his, qui ita honorificant filium, sicut honorificant patrem. Tum Simon: Memento inqut, quia filium dixisti habere Deum, quod est iniuriæ: quomodo enim habere filiũ potest, nisi similia hominibus, aut animalibus patiatur? Sed de his nõ est nũc tempus arguere profundam stultitiã tuã: festino enim de immẽsitate summæ lucis exponere, & iam nunc audi. Puto esse aliquã virtutẽ immensę & ineffabilis lucis, cuius magnitudo incõprehensibilis habeatur, quàm virtutẽ etiã mundi conditor ignoret, & legislator Moyses, & magister vester Iesus. Tunc
Virtus incognita Simonis. Petrus: Non tibi videtur amentiæ res esse, adserere velle quempiam, quòd sit alius Deus, qàm Deus omnium, & dicere puto esse virtutem quandam, & prius quàm ipsi certum sit quod loquitur, hoc velle alijs confirmare? Estne ali- H
quis ita præceps qui verbis tuis credat: in quibus teipsum videat dubitãtem? & admittat esse aliquam virtutem incognitã creatori Deo, & Moysi, & Prophetis, & legi, & Iesu etiam magistro nostro? quæ virtus ita bona sit, vt nulli velit innotescere, nisi vni tantùm, & hoc tibi tali? Tum deinde si noua est ista virtus, quomodo nobis non dat nouum aliquẽ sensum, præter hos quos gerimus quinq;, vt ex ipso ab eo nobis largito nouo sensu, ipsam q̃ noua est, cape & intelligere possim? aut si nõ potest largiri, quomodo tibi largita est, aut si tibi reuelauit, cur nõ & nobis? Si verò à temetipso intellexisti, q̃ ne Prophetæ quidẽ sentire, aut intelligere potuerũt, dic age nobis nũc, quid vnusquisq; nostrũm cogitat: si enim tantus est in te spiritus, vt ea quæ super cœlos sunt, incognita omnibus, & omnibus incõprehẽsibilia cognoscas, multò

faciliùs

A failiùs cogitationes humanas, quæ in terris habentur, agnoscis. Quod si cogitationes nostras, qui hìc stamus, non potes scire, quomodo ea quæ nullis esse cognita adfirmas, scire te dicis? Crede autem mihi, quia nunquàm scires quid est lux, nisi ab ipsa luce accepisses & visum & intellectum videndi: sic & in cæteris: hinc accepta intelligẽtia, maius aliquid & sublimius somnij instar excogitas, occasione tamen ex istis quinq; sensibus sumpta, quorũ largitori ingratus es. Certus autem esto, quòd donec nõ inuenis nouum aliquẽ sensum, qui extra hos quinq; sit, quibus omnes vtimur, nouum adserere non poteris Deum. Et Simon: Cum quinq; sensibus cõstent omnia quæ sunt, nihil nouum addere, virtus illa cunctis eminentior, potest. Et Petrus ait, falsum est. Est enim & alius sextus sensus, id est, prẽnoscendi: isti enim quinque sensus scientiæ capaces sunt, sextus autem præscientiæ est, quem habuẽre Pro-
B phetæ. Tu ergo quomodo potes Deum omnibus incognitum nosse, qui nec Propheticum sensum, qui est præscientiæ, meruisti? Tum Simon cœpit dicere: Hanc quàm dico virtutem incomprehensibilem, & eminentiorem cunctis, etiam ipso qui mundum condidit Deo, neq; angelorum quisquam, neq; dæmonum nouit, neq; Iudæorum, neq; vlla omninò quæ à conditore Deo substitit creatura. Quomodo enim poterat, quam creator ipse non nouerat, lex me ipsius creatoris edocere, cùm nec ipsa sciret quod doceret? Et Petrus: Miror, inquit, quomodo tu ex lege plus potueris discere, quàm docere vel scire lex poterat? & quomodo horum quæ adserere vis probationes dicas te ex lege proferre, cùm neq; legem adseras nosse ea quæ dicis, neq; eum qui legem dedit, id est, mundi creatorem? Sed & hoc miror, quomodo tu qui solus hæc nõsti, hic modò cum omnibus stes, breuis atrij huius ambitu circundatus.
C Et Simon videns cum omni populo ridentem Petrum: Rides, inquit, Petre, cum sermo de tantis rebus, & tam eminentibus habeatur? Tum Petrus: Noli, inquit, indignari Simõ: nihil enim præter promissionem nostram gerimus, neq; aures nostras claudimus, tu dicebas, neq; statim vt audiuimus à te ineffabilia proferri, in fugam versi sumus, sed ne loco quidem moti. Neque enim verisimilia saltem aliqua proferuntur abs te, quæ nos possint aliquatenus deterrere: aut certè aperi nobis intelligentiam dicti huius, quomodo tu ex lege didiceris Deum, quem lex ipsa nescit, & quem ipse qui legem posuit, ignoret. & Simon: Si inquit, ridendo cessasti, euidentibus adsertionibus comprobabo. Et Petrus ait: Quin desinam, vt possim discere à te, quomodo tu à lege didiceris, quæ lex nescit, & quæ ipse Deus legis ignoret. Et Simon: Audi, inquit, manifestum est omnibus, & ineffabili quadam ratione compertum,
D vnum esse Deum, qui sit omnium melior, a quo omne quod est, sumpsit exordiũ, vndè & necessariò subiecta sunt ei omnia quæ post ipsum sunt, velut Principi oĩm & eminẽtiori. Ego ergò cùm cognouissem Deũ hũc qui creauerat mundũ, secundum quod lex docet, in multis esse infirmũ longè aũt abhorret infirmitas à perfecto Deo, & hũc videre non esse perfectũ, necessariò alium esse intellexi, qui esset perfectus. Hic enim, vt dixi, secundũ quòd scriptura legis docet, in multis infirmus esse deprehenditur. Primò, quòd homo quem plasmauit, non potuit permanere talis, qualem ipse voluerat: & quia nec bonus est, qui primò homini posuit legem, vt ab omnibus quidem lignis Paradisi ederet, de ligno aũt scientiæ nõ cõtingeret: sed si gustâsset, moreret. Cur em vetaret eum vesci, vt sciret quid esset bonum, vel q̃d malum, vt sciens, mala quidem vitaret, bona verò eligeret? Sed neq; ipse hoc concessit: & quia

ille

Quibus argumentis Petrus diuinitatẽ Simonis probauit.

Sextus sensus præscientiæ.

Scõma Petri in Simonis diuinitatẽ.

Simon infirmũ nostrum Deum cauillatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Transgressionis causam Simõ imputat Deo.

ille præter mandatum gustauit, & agnouit quid esset bonum, ac didicit ho- E
noris gratia verenda contegere, indecorum enim sensit reuelatis pudendis
stare ante creatorem suum, ille eum, qui honorem Deo deferre didicerat,
morte condemnat, & serpenti, qui hæc ostenderat, maledicit. Sed vtiq; si lę-
dendus ex hoc erat homo, cur omninò lædendi causam in Paradiso posuit?
Si verò bonum erat quod in Paradiso posuit, nõ est boni prohibere à bono.
Sic ergò cùm is qui hominẽ fecit & mundũ, secundum ea quæ lex refert, im
perfectus sit, alium sine dubio dat intelligi qui perfectus sit. Necesse est enim
esse aliquem omnium præstantiorem, propter quem & omnis creatura ordi-
nem suum seruat. Vnde & ego sciens, quia omnimodo necesse est aliquem
benigniorem & potentiorem eo, qui legem dedit imperfecto Deo, ex com-
paratione imperfecti, perfectum quid sit intelligens, ex ipsa scriptura Deum
illum de quo scriptum non erat, intellexi, Et hoc modo potui ô Petre ex le F
ge discere, quod nesciebat lex. Quod & si lex non dedisset indicia, quibus
colligeretur imperfectus esse Deus qui condidit mundũ, mihi possibile erat,
etiam ex his quæ in hoc mundo geruntur malis, nec emendantur, colligere:
vel quia impossibilis est creator eius, qui malè gesta non corrigit, si non po-
test: vel si non vult auferre mala, ipse malus sit. Si verò neq; potest neq; vult,
nec potens, nec bonus sit: & ex his necesse est colligi, quod alius sit Deus o-
mniũ præstantior, & potentior. Ad hæc si quid habes dicere, non moreris.
Petrus respondit: Solent ista ô Simon absurda aduersum Deum meditari, hi
qui legem non magistris tradentibus legunt, sed semetipsos doctores habẽt,
& putant se intelligere posse legem, quam sibi non exposuit ille, qui à magi-
stro didicerit. Veruntamen nunc, vt & nos secundum tuum sensum scriptu-
ram legis sequi videamur, quia & impossibilem, & non bonum dicis ostendi G
conditorem mundi, quomodo non vidisti quod ijsdem ipsis reprehensio-
nibus succumbit, & subiacet etiam ista virtus tua, quam dicis esse eminen-
tiorem omnium? Eodem nanq; modo de ipsa dici potest, quia omnia quæ
hìc malè geruntur, aut impossibilis est, quę non corrigit: aut si potest, & non
vult, mala est. Si verò neque potest, neque vult, & impossibilis & imperfecta
est. Vndè non solùm simili culpæ virtus ista tua noua, sed & deteriori inue-
nitur obnoxia, si super hæc omnia etiam cùm non sit, esse credatur. Nam is
qui mundum creauit hoc ipsum quod subsistit ex opere eius, quo mundum
condidit, palàm est, sicut etiam ipse confiteris. Ista verò virtus, quam te so-
lùm scire dicis, nullum de se indicium præbet, per quod hoc ipsum saltem
quod est & subsistit, possimus aduertere. Quale est ergo, vt derelinquamus
Deum, in cuius mundo viuimus, & omnibus ad vitam necessarijs fruimur, H
& sequamur, nescio quem, cuius non solùm nihil consequimur boni, sed ne
hoc ipsum quidem, quod sit, scire possumus, scilicet quia nec est: siue enim
eum lucem appelles, & luce ista quam cernimus clariorem, nomen ipsum à
mundi conditore mutuaris: siue substantiam dixeris super omnia, intelligen
tiam hinc profers cum sermonis augmento: siue mentem, siue bonitatem, si-
ue vitam, siue aliud quid memoraueris, hinc vocabula mutuaris. Cùm ergo
nihil noui de illa virtute quam dicis non solùm ad intelligendum, verùm ne
ad nominandum quidem habeas, quomodo introducis nouum Deum, cu-
ius ne appelationem quidem inuenis nouam? Virtus enim non solum crea-
tor mundi dicitur, sed & ministri gloriæ eius, omnisq; militia cœlestis. Non
tibi ergo melius videtur esse, vt sequamur factorem nostrum Deum, tanquã
patrem

Lex sine magistro non facile intelligitur.

A patrem erudientẽ nos, & imbuentẽ sicut ipse nouit? Quod & si sit aliqs, vt tu
dicis, benignior omnium Deus, certum est, quia non irascetur nobis: si verò
irascitur, malus est. Noster autem Deus si irascitur & vindicet, nõ est malus,
sed iustus: ꝓprios em̃ filios corripit & emẽdat. Ille verò q̃ nihil nobiscum ha
bet negotij, si vindicare velit in nos, quomodo bonus erit? supplicia sumens
de nobis, quòd nõ derelicto patre nostro ipsum sequuti sum⁹, inanibus suspi-
cionibus tracti: quomodo ergo iste talis bonus à te adseritur, qui nec iustus
intelligi Potest? Tum Simon: Tantú ne erras Petre, vt nescias, q̃a animæ no-
stræ à bono Deo sunt illo omnium p̃stantiore, sed captiuæ deductæ sunt in
hunc mundum? Et Petrus: Ergo non est om̃ibus incognitus, sicut paulò antè
dicebas: & tũ quomodo indulsit bonus Deus captiuitatem fieri animarum
suarum, si erat super oẽs potẽtior virtus. Et Simon: Ipse misit creatorẽ Deum
B vt conderet mundũ, sed ille mundo condito semetipsum pronunciauit Deũ.
Et Petrus: Ergo nõ ignoratur ab eo qui cõdidit mundũ, vt superiùs dixeras:
sed neq; animę ignorant eum, siquidem ab ipso abductæ sunt. Cui ergo iam
erit incognitus, si & mundi creator nouit eum, vtpote ab ipso missus, secun-
dum ea quæ tu dicis, & omnes animæ tanquam ab ipso huc violenter abstra-
ctæ: Tú deinde dicas velim, qui mittebat conditor mundi, nõ sciebat eum,
qui mittebatur, fidem nõ seruaturũ? si nesciebat, præscius nõ erat: si verò præ-
scijt & passus est, facti huius ipse reus est, qui non vetuit: quòd si non potuit,
omnipotens nõ est. Si verò, quasi bonũ id sciens, nõ prohibuit, inuenitur ille
esse meliorqui præsumpsit facere id, quod ille qui mittebat, ignorauit bonũ.
Et Simon: Volentes, inquit, ad se venire suscipit, & ipsis benefacit. Et Petrus:
C Nec hoc nouum est, hoc enim facit & hic, quem mundi creatorem fateris.
Et Simon: Sed bonus Deus, tantùm si agnoscatur, salutem præstat. Mundi aũt
conditor exigit etiam legem impleri. Et Petrus: Ergo & adulteros, & homi-
cidas saluat, si cognouerint eum: bonos autem & sobrios, vel misericordes,
si nullum de eo indicium capientes, ignorauerint eum, non saluat. Magnum
bonum prædicas, qui non tam malos saluet, quàm qui bonis nullam miseri-
cordiã præstet. Et Simon: Magnus sanè labor est agnoscere eum homini in
carne posito. Omnibus enim tenebris tetrius, & om̃i luto grauius est corpus
hoc quo circundatur anima. Et Petrus: Ergo bonus iste Deus quæ difficilia
sunt, quærit. Qui aũt verè Deus est, faciliora expetit. Dimittat itaq; nos quasi
bonus, apud patrem & creatorem nostrũ, & quandò discesserimus è corpo-
re, & istas, quas dicis, tenebras reliquerimus, tunc eum faciliùs agnoscemus,
& tunc magis anima conditorem suũ esse intelliget Deũ, & apud ipsum per-
D manebit, nec vltrà diuersis cogitationibus fatigabitur, neq; volet ad aliã con
fugere virtutem, quæ nulli cognita est, nisi Simoni soli: quæ tantæ bonitatis
est, vt nisi quis priùs impius extiterit in parentem suum, ad ipsam venire nõ
possit. Nescio quomodo hæc virtus vel bona, vel iusta appellanda sit, cui pla-
cere non potest, nisi quis impiè se gesserit in eum, à quo factus est. Et Simon:
Non est impium vtilitatis gratia, & lucri maioris, confugere ad eum qui opu
lentioris est gloriæ. Et Petrus: Si, vt tu ais, nõ est impiũ confugere ad alienum,
multò magis pium esse permanere apud propriũ patrem, etiam si pauper fit.
Aut si non putas esse impium, vt relicto patre nostro confugiamus ad alium,
quasi meliorem, neq; indignari credis pro hoc creatorem nostrum: Multò
magis bonus Deus non indignabitur, quòd cùm essemus ab eo alieni, nõ cõ-
fugimus ad eum, sed permãsimus apud creatorem nostrum: & puto quod ex
F hoc

Iustus est Dominus si corrigit, sumus enim filij.

Animæ captiuæ deductæ in mundum.

Impudens mẽdacium Simonis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc magis collaudabit nos, quia fidem seruamus creatori nostro Deo: cõsi- E
derans quia si suijpsius fuissemus, nunquam relinquentes ipsum, seduci ille-
cebris potuissemus alienis. Nam si quis opulentioribus illectus pollicitatio-
nibus, relicto proprio parente, confugiat ad alienũ: potest fieri, vt iterum reli
cto eo, ad aliũ pergat qui maiora promiserit, eò magis quòd ipsius proprius
non erat filius: quippe qui etiam eum, qui ei natura pater erat, relinquere po
tuit. Et Simon: Quid si ab illo sint animæ, & ignorant eum, & ille est verè pa-
Luc. II. ter ipsarũ? Et Petrus: Satis, inquit, ostendis eum inualidũ. Nam si potẽtior, vt
ais, omnibus est, nunq̃ potentiori inualidior spolia detraxisse credendus est:
aut si potuit vi ab eo animas deducere in hũc mundũ creator Deus quomo-
do eas corpore emissas, & captiuitatis vinculis resolutas, bonus Deus voca-
bit ad pœnã, quę per ipsius vel desidiã, vel infirmitatẽ, abstrahi ad hunc locũ-
& inuolui corpore quasi tenebris ignorãtiæ potuerũt? Videris mihi ignora- F
re quid sit pater & Deus, verùm & animæ vnde sint, vel quando, & quomo-
do factæ, possem dicere: sed hæc nunc tibi aperire fas non est, in tanto erro-
re posito de scientia Dei. Tum Simon: Erit, inquit, tempus cum pœnitebit te,
quod dicentẽ me de ineffabili virtute non intellexeris. Et Petrus ait: Da er-
go nobis, vt sæpè iam dixi, tanq̃ nouus Deus, aut q̃ ab illo descẽderis, sensum
aliquẽ nouũ, per quẽ, nouũ quẽ dicis Deũ, possim⁹ agnoscere: isti eũ quinq;
sensus, quos nobis dedit creator Deus, creatori suo fidẽ seruãt, nec aliũ quẽ-
quã esse sentiũt Deũ, hoc eis ipsa sui præstante natura. Ad hæc Simon: adhi-
be, inqt, aĩm ad ea quæ dicturus sum, & facito eum inuisibilibus semitis in-
cedentẽ, peruenire ad ea quæ tibi demonstrauero. Ausculta ergo nunc: Nunq̃
ne in cogitatiõe positus, extendisti mentẽ tuã in regiones vel insulas porrò
positas & ita in eis fixus aĩo mansisti, vt ne pręsentes quidẽ videre, aut temet G
ipsum scire vbi sederes, præ suauitate eorũ, quæ habebãtur in oculis, posses?
Et Petrus ait: Verum est Simõ: hoc mihi frequẽter accidit. Et Simon: Ita &
nunc sensum tuum extẽde in cœlũ, & iterũ super cœlũ: & vide qa debet esse
aliqs locus q̃ sit vltra mundũ, vel extra mundũ, in quo neq; cœlũ sit, neq; ter
ra, ne vmbra horũ etiã ibi tenebras operetur. Et ob hoc cùm neq; corpora ali
qua in eo sint, neq; ex corporibus tenebræ, necessariò sit lumẽ immẽsum: &
Lumen im lumẽ cõsidera cuiusmodi esse possit, cui tenebrę nullæ succedũt. Nam si vni-
mensum su uersum hunc mundũ, Solis huius replet lux, quãtum æstimas esse illud incor
pra cœlos. poreum lumẽ, & infinitum? tantum sine dubio, vt istud Solis lumen, ad illud,
tenebræ, & non lux esse videatur. Hæc cum diceret Simon, Petrus respondit:
De vtroq; ergo patienter ausculta, id est, & de exẽplo extendẽdi sensus, & de
immensitate lucis. Scio meipsum ô Simon aliquando in cogitatione positũ H
extendisse sensum meum in regiones, vt ais: & insulas procul positas, easq̃
mente non minus, quàm oculis perspexisse: cùm essem Capernaum in captu-
ra piscium positus, & sederem supra saxum, hamum setæ innexum, & deci-
piendis piscibus aptatum, habens in manu, ita vt hærentem ei non senserim
piscem, dum mens mea per desiderabilem mihi Hierusalem distenta, percur-
reret, ad quam sanè, oblationum gratia & orationum, vigilans frequenter
ascenderam. Verùm & Cæsaream hanc mirari ab alijs audiens, & desiderare
solebam, & eam, in qua nondum fueram, videre mihi videbar, & cogitabam
de ea quæ conueniret de ciuitate magna cogitari, portas, muros, lauacra, pla-
teas, angiportus, fora, & horum consequentia, secundum ea scilicet quæ in
alijs vrbibus videram: & in tantum intentione huiuscemodi intuitus dele
ctabar

A ctabar, vt verè, sicut ipse dixisti, nec præsentem atq; adstantem viderem, nec
ipse vbi sederem nossem. Et Simon: Modo, inquit, rectè dicis. Et Petrus déni
que: Cum piscem maximum qui hamo inhæserat, mente occupatus habere
minimè sentirem: & id quidem cum hami lineam de manibus meis violen-
ter arriperet, stupentem me videns frater meus Andreas, qui mecum sedebat,
ac penè casurum, latus fodiens cubitu, velut dormientem excitat, dicens: Nõ
vides Petre, quàm magnum piscem cœperis? nunquid nam mente excidisti,
quòd sic attonitus stupes? quid est, quod pateris? dic mihi. Et ego indigna-
tus ei paululum, quòd me à dulcedine eorum quæ intuebar, abstraxerit, re-
spõdi nihil me mali pati, sed animo desiderabilem mihi intueri Hierusalem:
simulq; Cæsaream: & corpore quidem cum ipso esse, mente verò illuc peni-
tus auferri. At ille, nescio vnde inspiratus, reconditũ & secretũ veritatis pro-
B tulit verbum: Desine, inquit, Petre: quid est quod agis? hi enim qui dæmone
incipiunt repleri, vel moueri mente, huiuscemodi initia habent, per phanta-
sias primò ad iucunda quęq; & delectabilia transferuntur: déinde ad ea quæ
non sunt, vanis & inanibus motibus effunduntur. Hoc autem accidit ex lan-
guore quodam animæ, quod ea quidem quæ sunt, non videt: desiderat verò
adducere ad conspectus suos ea quæ non sunt. Sed & illis ita accidit, qui
Phrenesin patiuntur, & vidẽtur sibi multas imagines videre, ꝓ eo quod ni- *Phrenetici.*
mietate frigoris vel caloris anima ipsorum conuulsa & emota locis suis, er-
rorem patitur ministerij naturalis. Sed & hi, qui laborant siti, cum in sopo-
rem venerint, flumina & fontes videre sibi videntur, ac bibere: hoc autem pa
tiuntur, ariditate intemperati corporis laborantes. Propter quod certum est,
hæc vitio quodam, vel animæ, vel corporis fieri. Déniq; vt accipias rei fidem,
C de Hierusalem, quam sæpè videram, dicebam fratri meo, quæ loca, quósue
conuentus, visus mihi fuissem videre. Sed & de Cæsarea, quam nunquam vi-
deram, nihilominus contendebam, quòd esset talis, qualem mente & cogi-
tatione conceperam. Cùm autem venissem huc, nihil omninò simile respici-
ens eorum, quæ per phantasias videram, reprehendi memetipsum, & nota-
ui valdè, quia ex alijs quæ videram, portas ei, & muros, aliasq̃ ædes, reue-
rà similitudinem ex alijs capiens, dederam. Neq; enim quis potest nouum
aliquid, & cuius forma nulla vnquam extiterit, cogitare. Nam & si velit ali-
quis tauros, cum quinis capitibus, ex sua cogitatione formare, ex istis quos
vidit cũ singulis capitibus, illos quinis capitibus fingit. Et tu ergo nunc, si ve
rè aliquid tibi videris tua cogitatione perspicere, & supra cœlos intueri, nõ
dubium quin ex his ea consideres quæ in terris positus vides. Aut si putas fa
D cilem menti tuæ accessum esse super cœlos, & considerare te posse quæ illic
sunt, atq; immensæ illius lucis scientiam capere: puto ei, qui illa potest com-
prehendere, facilius esse vt sensum suum, qui illuc nouit ascendere, in alicu-
ius nostrũm qui adsistimus, cor & pectus injciat, & dicat, quas in eo cogita-
tiones gerat. Si ergo potes alicuius nostrum, qui tamen non sit erga fauorem
tuum occupatus, enunciare cogitationes cordis, poterimus tibi fortasse cre-
dere, quòd & ea quæ super cœlos sunt, scire potueris, licet illa multò sint cel
siora. Ad hæc Simon: Qui verò, inquit, multas nænias texuisti, audi iam nũc,
Impossibile est omne quod ad cogitationem hominis venerit, non etiam re
ipsa ac veritate subsistere: quæ enim nõ subsistunt, nec speciem habent: q̃ aũt
speciem nõ habẽt, nec cogitationi possunt occurrere. Et Petrus: Si omne, in-
quit, quod ad cogitationem venire potest, subsistit, istum quem dicis extra

Universidad de Deusto Biblioteca

mundum esse immensitatis locum, si eum quis in corde suo lumen esse cogi- E
tet, alius verò tenebras, quomodo poterit vnus atque idem locus secundum
eos, qui diuersa de eo cogitârunt, & lumen esse, & tenebræ? Et Simon: Omit-
te nunc ista quæ ego dixi, tu quid esse putes super cœlos dicito. Et Petrus: Si
de vero, inquit, fonte luminis crederes, possem te docere, quid, & quomodo
esset quod immensum est, & non phantasiã vanam, sed & consequentẽ &
necessariam rationem redderem veritatis, nec adsertionibus sophisticis, sed
legis & naturæ testimonijs vterer, vt scires quia immensitatis fidem præcipuè
continet lex. Quòd si immensitatis ratio non latet legem, nihil profectò
aliud eam latere potest: & ideò falsum est, quod putâsti esse aliquid quod ig-
noret lex. Multò autem ampliùs nihil latebit eum, qui legem dedit. Nec ta-
men possum tibi aliquid de immensitate, & his quæ sine fine sunt, loqui, nisi
priùs de his, qui certo fine terminantur cœlis, rationem vel receperis nostrã, F
vel ipse protuleris tuam. Quòd si de his quæ certis finibus concluduntur in-
telligere non potes: multò magis de his quæ sine fine sunt, neq; scire aliquid
poteris, neq; discere. Ad hæc Simon: Melius, ait, mihi videtur simpliciter cre-
dere, quia solum istud quod videmus sit cœlũ in vniuerso mundo. Et Petrus:
Non ita, inquit, sed vnum quidem confiteri cõuenit Deum qui verè est. Cœ-
Duo cœli. los autem esse qui ab eo facti sunt, sicut & lex dicit: quorum vnum cœlum
Visibile cœlum resoluetur in nouissimo die. sit superius, quo continetur etiam visibile firmamentum, illud esse perpetu-
um & æternum, cum his qui habitant ibi. Istud autem visibile in consumma
tione seculi resoluendum esse, & transire, vt illud cœlum, quod est antiqui-
us & excelsius, post iudicium sanctis & dignis appareat. Ad hæc Simon re-
spondit: Hęc ita esse, vt tu dicis, credentibus possent videri: Ei autem qui ho-
rum expectat rationes, impossibile est ex lege proferri, & præcipuè de im- G
Veritas ratione muniẽda est. mensitate lucis. Et Petrus: Noli, inquit, putare nos, quod ex fide sola recipi-
enda esse dicamus, sed ex ratione adserenda. Neq; enim tutum est nudæ hæc
fidei, absq; ratione committere, cùm vtiq; veritas ratione non careat. Et ideò
qui hæc ratione munita susceperit, perdere eam nunquam potest: qui verò
absque adsertionibus ea suscipit, simplicis sermonis adsensu, neq; seruare ea
tutò potest, neque si vera sint, certus est: quia qui facilè credit, facilè & rece-
dit: q aũt rationẽ quæsiuit eorũ quæ credidit, & accepit, quasi vinculis qui-
busdã ratiõis ipsius colligatus, nunq; ab his quę credidit, diuelli, aut separari
potest. Et ideò quantò quis propensior fuerit in expetenda ratione, tantò e-
rit firmior in conseruanda fide. Ad hæc Simon: Magnum est, inquit, quod
repromittis, vt immensæ lucis æternitas ex lege possit ostendi. Cumq; Petrus
dixisset, quando volueris: Simon ait: Quoniam hora iam multa est, crastino H
adstanti mihi & renitenti, si probare potueris, factum esse hunc mundum, &
animas esse immortales, habebis me adiutorẽ prædicationis tuæ. Et cùm hęc
dixisset, egressus est: sequuta autem est eum ex omni populo, qui cum ipso ve
Petri miracula. nerat pars tertia, qui erant quasi mille viri: cęteri verò flexis genibus prostra-
bant se Petro, super quos ille, inuocato Dei nomine, alios dęmonia habẽtes
curauit, alios etiã languẽtes sanauit, & ita lætantẽ populũ dimisit, mandãs ei,
vt in crastinũ diem maturiùs cõuenirent. Petrus verò, cùm recessissent turbę,
sterni iussit humi subere atrij nudo vbi fuerat disputatũ, & recubuit vnà cũ
illis vndecim: ego verò cum alijs quibusdam, qui & ipsi initia audiendi verbi
Dei acceperãt, & erãt charissimi, recumbẽs sumebã cibũ. Sed benignissimus
Petrus considerãs, nè fortè tristitiã mihi inferret ista sequestratio ait ad me:

Non

A Non pro superbia ô Clemens conuiuiũ nõ ago cum his, q nõdum purificati
sunt, sed vereor ne fortè mihi quidem noceam, ipsis autem nihil prosim. Hoc *Clemens exclusus à mensa.*
enim pro certo scire te volo, quia omnis qui idola coluit aliquando, & eos
quos pagani nominant deos, adorauit, vel de immolatis eorum degustauit,
spiritu immundo non caret: conuiua enim factus est dæmonum, & partici-
pium sumpsit eius dæmonis, cuius in mente sua speciem, vel timore, vel a-
more, formauit: & per hæc mundus non est à spiritu immundo, & ideo pu-
rificatione indiget baptismi, vt exeat ab eo spiritus immundus, qui interio-
res animæ ipsius insedit affectus, & quod est deterius, nec, quod intrinsecus *Spiritus immundi cur occupent homines.*
lateat, indicatur, vti ne publicatus fugetur. Amant enim isti spiritus immun-
di inhęrere corporibus hominum, vt ipsorum ministerio cupiditates suas ex
pleant, & ad ea quæ ipsi desiderant, inclinantes animæ motus, suis eos parere
B libidinibus cogant, vt efficiantur ex integro vasa dæmonum. Ex quibus vnus
est Simon hic, qui tali quodam morbo comprehensus, nec sanari iam potest,
quia voluntate & proposito ægrotat. Nec contra voluntatem eius habitat
in eo dæmon: & ideo si eum quis fugare velit & expellere ab eo, cùm sit inse-
parabilis, & vt ita dicam, anima iam eius effectus, videbitur magis necare
eum, & homicidij crimen incurrere. Nemo ergo vestrûm contristetur à con
uiuio nostro separatus, tempore enim aliquo obseruare debet vnusquisque
sanè quanto ipse voluerit. Paruo enim tempore sequestratur, qui citò volue-
rit baptizari: multo autem, qui tardiùs. Vnusquisque ergo in sua habet pote- *Baptizati non comedebant cum illotis*
state, breue aut longum pœnitentiæ suæ tempus exigere: & ideo in vobis est,
quando velitis ad nostram conuenire mensam, & non in nobis, qui-
bus permissum non est, sumere cum aliquo cibum, nisi priùs fu-
C erit baptizatus. Vos ergo magis nos prohibetis à vestro con
uiuio, si ad purificandum moras habeatis, & tardi-
ùs baptizemini. His dictis, cùm benedixisset,
cibum sumpsit. Et post hæc cum gratias
egisset Deo, ingressus quieuit, si-
militer autem & nos o-
mnes. Erat enim
iam nox.

RECOG-

D

RECOGNITIONVM

DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER TERTIVS, RVfino Torano Aquileienſe interprete.

Difficile eſt apud promiſcuam plebem de ueritate dicere.

INtereà Petrus gallorum cantibus ſurgens, & excitare nos volens, inuenit vigilantes, veſpertino adhuc lumine perdurante: cumq; ex more ſalutauiſſet, & reſediſſemus omnes, ita exorſus eſt: Nihil eſt difficilius, fratres mei, quàm de veritate apud permixti populi multitudinem diſputare. Quòd enim eſt, omnibus, vt eſt, B dici non licet, propter eos qui malignè & inſidioſè audiunt: fallere verò nõ expedit, propter eos qui ſyncerè audire deſiderant veritatem. Quid ergo faciet, cui ad indiſcretum populum ſermo eſt, occultet quod verum eſt? Et quomodo inſtruet eos qui digni ſunt? Sed ſi meram proferat veritatem his, qui ſalutem conſequi non deſiderent, illi à quo miſſus eſt, iniuriam facit, à quo & mandatum accepit, ne mittat verborum eius margaritas ante porcos & canes, qui aduerſum eas, argumentis ac ſophiſmatibus reluctantes, ipſas quidem cœno intelligentiæ carnalis inuoluant: latratibus autem ſuis & reſponſionibus ſordidis, rumpant & fatigent prædicatores verbi Dei. Propter quod & ego in plurimis circuitu quodam verbi vtens, tentare nitebar, ne principalem de ſumma diuinitate intelligentiam, minùs dignis auribus publicarem. Et poſt hæc incipiens de pa- G tre, & filio, & ſpiritu ſancto, breuiter nobis & euidenter expoſuit, vt omnes audientes miraremur, quomodo homines derelicta veritate, conuerſi ſunt ad vanitatem. Sed cùm illuxiſſet dies, ingreſſus eſt quidam, dicens: Multitudo plurima expectat in atrio, in quorum medio ſtat Simon, perſuaſionibus peſſimis præuenire aures populi cupiens. Et Petrus ſtatim egreſſus, ſtetit in loco in quo pridie diſputauerat: omnisque ad ipſum populus conuerſus, cum gaudio intendebat in eum. Simon verò vbi ſenſit gauiſum eſſe populũ de conſpectu Petri, & erga affectum eus moueri, obſtupefactus ait: Miror hominum ſtultitiam, qui me Magum dicunt, & Petrum diligunt: cùm vtique olim habentes notitiam mei, me magis diligere deberent: & ideo ex hoc indicio, qui habent ſenſum, poſſunt intelligere, quia magis Petrus magus videri poteſt, cùm mihi, cui ex conſuetudine debitus propemodum eſt, non defertur affe- H ctus: Illi autem, cui nullo vſu debetur, abundanter expenditur. Et cùm multa huiuſcemodi Simon diceret, Petrus ſalutato ex more populo, ita reſpondit: Sufficit vnicuique ô Simon ad confutandum conſcientia ſua: quòd ſi hoc miraris, quod noti non ſolùm te non diligunt, ſed & oderunt, tui cauſam diſce à me. Cum ſis ſeductor, veritatem te prædicare profiteris: ob hoc plures, deſiderium gerentis diſcendæ veritatis, amicos habuiſti. Sed hi, vbi contraria in te, quàm profitebaris, viderunt, qui amatores erant, vt dixi, veritatis, non ſolùm non diligere te, ſed & odiſſe cœperunt. Non autem ſtatim ab eis deſertus es, quia vel pollicebaris adhuc te eis oſtendere poſſe, quod verum eſt. Donec ergo nondum aderat qui poſſet oſtẽdere, patiebantur te: vbi verò ſpes eis doctrinæ melioris arriſit, te contemnentes, quod meliùs intelligunt, noſſe deſiderant,

Cœno carnalis intelligentiæ corrumpitur ſcriptura.

Secundus cõgreſſus Petri cum Simone.

A ſiderant. Et tu quidẽ nefarijs artibus agens, ab exordio latere te poſſe credidiſti, ſed nõ lates: vrgeris enim, & cõtra ſpem publicaris, quia nõ ſolùm ignorâſti veritatem, ſed nec audire voluiſti ab his qui eam ſciebant. Si enim audire voluiſſes, innotuiſſet vtiq; tibi ille ſermo eius, qui ait, quia nihil eſt occultum, quod nõ agnoſcetur: neq; opertũ, quod non reueletur. Hæc & his ſimilia dicente Petro, Simon reſpõdit: Nolo me verbis occupes. Petre: repeto abs te, quæ heſterno promiſeras: dicebas enim oſtendere te poſſe, quia lex doceat de immenſitate lucis æternæ, & quod duo tantũ ſint cœli, & ipſi creati: ſed ſuperius eſſet lucis illius ſedem, in qua ſolus in æternũ reſidet ineffabilis pater. Ad illius verò cœli ſimilitudinẽ, factum eſſe etiam iſtud viſibile cœlũ, quod & tranſiturum confirmabas. Vnum ergo dixiſti eſſe patrem omniũ, quia nõ poſſunt duo eſſe immenſi, alioqui neuter eorũ immenſus erit, quia in eo quo B alter ſubſiſtit, alteri finẽ ſubſiſtendi facit. Si ergo hæc nõ tantũ polliceris, ſed & oſtẽdere potes ex lege omittens plura loqui, hinc incipe. Et Petrus: Si propter te, inquit, qui ad contradicendũ tantũmodo venis, rogaret de his dicere, nunquã à me vnũ ſaltẽ poſſes audire ſermonẽ. Sed quoniam neceſſe eſt agricolã, qui vult bonã terrã ſeminare, nõnulla ſemina perdere, aut in petroſis aut inhis, quæ ab hoĩnibus cõculcãda ſunt, vel in dumoſis ac repletis ſentibus, locis, ſicut & magiſter noſter expoſuit diuerſitatem propoſiti vniuſcuiuſque animæ per hæc indicans, non morabor. Tum Simon: Viderismihi, inquit, ira ſci: quod ſi eſt, non neceſſe eſt inire conflictum. Et Perrus: Video te ſentire quòd arguendus ſis & vis vrbanè ſubterfugere certamen: nam quid vidiſti me iratum feciſſe in te hominem, tantum populum decipere cupientem? & cùm nihil habeas quod dicas, modeſtiam ſimulantem, qui & auctoritate tua iu- C bes, vt quomodo ipſe vis, & non quomodo ordo poſtulat controuerſia moueatur. Et Simon: Imperabo mihiipſi ſapientia vti ad imperitiam tuã, vt oſtẽdam te quidẽ velle populũ ſeducere, me aũt docere quæ vera ſunt. Sed nũc omitto de immenſa luce diſcutere: quod interrogo te, hoc mihi reſponde. Cũ Deus fecerit vniuerſa, vt tũ dicis, vnde eſt malum? Et Petrus hoc modo interrogare non eſt aduerſantis, ſed interrogantis. Si ergo vis diſcere, confitere, & priùs te doceam, quomodo debeas diſcere: & cùm didiceris audire, tunc iam te incipiam conſequenter docere. Si verò nõ vis diſcere tanquã ſciens omnia ego priùs expono fidem quam prædico, expone & tu, quod tibi verum videtur. Et cùm manifeſta fuerit vtriuſque profeſſio, iudicetur ab auditoribus cuius noſtrũ ſermo ſit veritate ſubnixus. Et Simon ad hæc reſpondit: Riſus mihi eſt, ecce qui promittit quod me doceat. Veruntamen patiar te, & imperiti- D am tuam atq; arrogantiã feram: confiteor, diſcere volo, videã quomodo me poteris docere. Et Petrus: Si, inquit, verè vis diſcere, diſce hoc primùm, quàm imperitè interrogaueris: ais enim, cùm Deus vniuerſa creauerit, vnde eſt malum? Ante enim quàm hoc rogares, tres interrogandi ſpecies præcedebãt. Primò, ſi eſt malum. Secundò, quid ſit malũ. Tertiò, cui ſit, & vnde. Ad hæc Simon: O imperitiſſime, inquit, & ineruditiſſime, eſtne hominum quiſquam qui nõ confiteatur, quia ſit in hac vita malum? Vnde & ego putans te vel cõmunem omnium habere ſenſum, interrogaui vnde ſit malum, nõ vt diſcere volens, qui omnia ſciam, abs te præcipuè qui nihil noueris: ſed vt te oſtendã ignarũ eſſe omniũ, & ne putes quia irat' ſum quod ita tecũ auſteriùs loquor: miſeratio me habet horũ qadſũt, quos tu decipere cõaris. Et Petrus ait: Multũ malus es ſi tãtas iniurias nõ irat' facis: ſed impoſſibile eſt fumũ cõſurgere vbi ignis

Luce. 8.

Vnus immenſus.

Predicatoribus uel in his, quæ ab hoĩnibus cõculcãda ſunt, vel in dumoſis ac repletis ſentibus, locis, ut agricolis nonnulla ſemina pereunt.

Diſcentibus primo imperitia ſua eſt agnoſcenda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fumus nũquam est sine igne. ignis non est. Veruntamen dicam, ne te verbis videar occupare, quo minùs E
ad ea quæ abs te inconuenienter sunt dicta, respondeam. Ais omnes fateri, qa
sit malum: quòd vtique falsum est: nam primò omnium, quia subsistat malũ,
Hebræi negant esse malum. vniuersa Hebræorum negat gens. Et Simon interrupto sermone: Rectè, inqt,
faciunt qui dicunt non esse malum. Et Petrus: Non de hoc nunc proposuimus dicere, sed quia non omnes dicunt esse malum. Secundum autem erat interrogare te, quid est malum, substantia, an accidens, an actus? sed & alia multa huiusmodi. Et post hæc, erga quid, vel quomodo sit, aut cui sit malũ, vtrũ Deo an angelis, an hoĩnib⁹ pijs, an impijs oĩbus, an aliqbus, an sibi ipsi an nulli. Et tunc interogares vnde sit, vtrũ nam à Deo, an ex nihilo, sempér ne fuerit an ex tempore cœperit, vtile sit, an inutile, & alia multa quæ huiuscemodi propositio exigit. Ad hæc Simon respondet: Ignosce mihi, erraui de prima F
interrogatione, sed puta me nunc primùm interrogare, est malum an nõ? Et Petrus ait: Quomodo interrogas, quasi discere volens, an docere, an quæstionis mouẽdæ gratia: Si quidẽ quasi discere volẽs, habeo quod te priùs doceã, vt per consequetiam & ordinem doctrinæ veniens, ex teipso intelligas, quid
Ordine discendũ est. sit malum. Si verò vt docẽs proponis, non indigeo abs te doceri, habeo enim magistrum à quo omnia didici. Quòd si quæstionis mouendæ, & disputandi gratia, vterque nostrũm priùs quod sibi videtur, exponat, & ita certamen habeatur. Neque enim verum est vt interroges quasi discere volens, & contra dicas vt docens, vt post responsionem meam in tuo iudicio sit, dicere, si benè an malè dixerim. Propter quod non potes in loco cõtradicentis stans, iudex esse eorum quæ dicimus: & ideo, vt dixi, si certamen habendum est, vterque nostrũ quod sentit, exponat, & nobis in conflictu positis, religiosi auditores G
hi iusti iudices erunt. Et Simon: Non tibi videtur absurdum vt imperitus populus de nostris dictis habeat iudiciũ? Et Petrus: Non ita est, quod enim vni fortâsse minus liquet, inuestigari à plurimis poterit: nam sæpe etiam fama vulgi, Prophetiæ speciem tenet. Super hæc autem omnia præsens hic omnis populus amore Dei constrictus, hîc adstat, veriq̃ que cognoscendi gratia: & ideo omnes isti, quasi vnus habendus est, pro vno eodemq; erga amorem veritatis affectu: sicut è contrario duo inter se si dissentiant, multi sunt, & diuersi. Si autem vis iudicium capere, quomodo omnis hic populus qui adstat, quasi vnus sit homo, ex silentio eius ipso, & quiete considera: quomodo cum omni patientia, vt vides, etiam antequã discant, veritati Dei honorem deferunt. Nõdum enim maiorem cultum, quẽ ei deferre debeãt, didicerunt. Propter quod spero de Clementia Dei, quod religiosum propositũ mentis eorum amplecte H
tur erga se, & veritatem prædicanti, victoriæ palmam dabit, vt manifestũ eis faciat veritatis præconem. Tum Simon: De quo, inquit, vis haberi certamen? dic, vt & ego definiam quod mihi videtur, & ita quæstio incipiat. Et Petrus respondit: Si quidem, vt mihi videtur, facere vis, ego secundum magistri mei præceptũ fieri volo, qui primò omnium Hebrææ genti, quã sciebat habere
O' seruare mandata. cognitionem Dei, & quod ipse esset qui fecerit mundum, præcipit, non vt eũ quæreret: quem sciebat, sed voluntatem eius iustitiamq; perquireret: sciens, quia in hominum arbitrio positum est, vt hoc quærentes inueniant, & faciant, atque obseruent ea de quibus iudicandi sunt. Et ideo iussit nos quærere, non vnde sit malum, vt tu paulò antè requirebas, sed iustitiam boni Dei, regnumq; eius, & omnia, inquit, hæc adijcientur vobis. Et Simon: Quoniam, inquit, Hebræis ista mandantur, velut rectè scientibus Deum, & opinantibus,

quod

A quod vnusquisq̃ que in suo arbitrio habeat, agere ea de quibus iudicandus est: mihi autem ab illis discrepat sententia, vnde vis vt incipiam? Tum Petrus: Ego, inquit, suadeo primò quærendum esse, si in potestate nostra est scire, vnde iudicãdi simus. Et Simon: Nõ ita, inquit, sed de Deo: vnde & omnes qui præstò sunt, audire cupiunt. Et Petrus: Constat ergo apud te, quia est aliquid in arbitrij potestate facere? hoc tantum si est, & requiramus, vt dicis, de Deo. Simon ad hæc respondit: Nequaquam. Et Petrus: Si ergo nihil est in nostra potestate, superfluum est nos quærere aliquid de Deo, cùm in potestate non sit quęrentibus inuenire. Vnde bene dixeram, hoc primò quærendum esse, si est aliquid in arbitrij potestate. Tum Simon: Non possum, inquit, ne hoc ipsum quidem intelligere, quod dicis, Si est aliquid in arbitrij potestate. At Petrus videns quòd ad partem se cõtentiosiorem declinat, superari metuens, vt quaB si in incertum confundat omnia, respondet. Quomodo ergo scis, quia non est in hominis potestate scire aliquid, cùm hoc ipse scias? Et Simon: Nescio, inquit, si vel hoc ipsum sciam: vnusquisq; enim sicut ei fato decernitur, vel sapit aliquid, vel intelligit, vel patitur. Tũ Petrus: Videte, inquit, fratres in quæ absurda decideritSimon, qui ante meum aduentum docebat, quòd homines in potestate haberent & sapere, & facere, quæ vellent: Nunc in angustum redactus necessitate verborum, negat esse in hominis potestate, aut sciendi aliquid, aut agendi, & tamen audet se doctorem profiteri. Sed dic, quomodo ergo Deus iudicat secundũ veritatẽ vnũquenq; pro actibus suis, si agere aliqd in potestate nõ habuit? hoc si teneatur, conuulsa sunt omnia, frustrà erit studium sectandi meliora, sed & iudices seculi frustrà legibus præsunt, & puniunt eos qui malè agunt: nõ enim in sua potestate habuerunt, vt non peccarẽ.

Argumentum Petri esse arbitrium aliquatenus liberum.

Simon negans arbitriũ ad fatum confugit.

Sublato libero arbitrio, quanta fenestra aperiatur peccatis.

C Vana erunt & iura populorum, quæ malis actibus pœnas statuunt: miseri erunt & hi qui seruant cum labore iustitiam: beati verò illi, qui in delitijs positi, cum luxuria & scelere viuentis, tyrannidem tenent. Secundum hæc ergo, nec iustitia erit, nec bonitas, nec vlla virtus, & vt vis, nec De⁹. Sed hæc, ô Simõ, cur dixeris scio, volẽs profectò effugere quæstiones, ne possis manifestiùs cõfutari, ideo ais non esse in potestate hoĩnis sentire aliqd, aut inuenire. Si enim verè hoc ita sensisses, non vtiq; etiam ante aduentum meum apud populũ te profitereris doctorem. Ego igitur dico sui esse arbitrij hominem. Et Simon: Quid est sui arbitrii? dic nobis. Petrus ad hæc: Si nihil potest disci, cur & audire vis? Et Simon: Nihil habes ad hoc quod respõdeas? Tũ Petrus: Dicã nõ à te cõpulsus, sed ab auditoribus rogatus. Arbitrij potestas est sensus animæ, habẽs virtutẽ, qua possit ad quos velit actus inclinari. Tũ Simõ collaudãs Petrũ

Liberum arbitrium quid.

D super his, quæ dixerat. Verè, inquit, magnificè & incõparabiliter exposuisti, bene enim dicenti tibi debeo testimonium dare: hoc tamẽ quod te interrogo nũc, si exposueris mihi, in cęteris omnibus obtemperabo tibi: quod ergo volo discere, hoc est: Si quodDeus vult esse, est: & si quod non vult esse, nõ est, de hoc responde mihi. Et Petrus? Si ignoras quòd absurdè & incõpetenter interroges, ignoscens tibi ipse exponam: Si autem scis quod inconsequenter interrogas, nõ rectè facis. Tum Simon: Iuro, inquit, ipsam quæcunq; illa est, sũmam diuinitatem, quæ habet iudicium & vindictã in eos qui peccant, quia ignoro quid incõpetenter dixerim, & quid in verbis meis habeatur absurdũ in his dũtaxat quæ proposui. Ad hæc Petrus: Quoniã, inquit, te ignorare cõfessus es, disce. Interrogatio tua duobus sibi inuicem contrarijs, vnã sententiã postulauit: etenim oĩs motus in duas partes diuiditur: vt quædã necessitate, q̃-

Duas partes motus.

G dam vo

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam voluntate moueantur:& ea quidẽ quæ necessitas mouet,semper in motu sunt:quę verò voluntas,non semper:vt verbi gratia dicam.Solis motus necessitate ducitur,vt statutum compleat cursum:omnisq; status cœli,& ministeria necessarijs motibus constãt.Homo verò actuum suorum motus voluntarios gerit.Et ideo alia sunt,quæ ob hoc creata sunt, vt in ministerijs suis necessitate deseruiant, nec facere aliud quippiam possint, nisi quod eis statutũ est.Cũ autẽ expleuerint ministeriũ, creator omniũ qui ita cõstituit ea, prout voluerit,conseruat ea.Alia verò sunt vbi potestas est voluntatis, & in quibus agendi quæ velint,liberum habetur arbitrium. Hæc,vt dixi,nõ semper in eo ordine,quo creata sunt,permanent, sed prout voluntas duxerit,& animi iudicium declinauerit,siue bonis,siue malis studebunt,& ideo bene agentibus munera posuit, malè agẽtibus pœnas.Ais ergo tu,si Deꝰ vult aliqd esse,& est: & si nõ vult,nõ est:scilicet vt si respondere, qa quod vult,& est:quod aũt nõ vult,non est:diceres,ergo ipse vult esse mala quæ in hoc mũdo gerũtur,qa oẽ quod vult,hoc & est:quod autem nõ vult,non est:Si verò respondisse nõ esse hoc vt quod vult Deus,sit:& quod non vult,non sit,tum retorto sermone diceres,ergo impossibilis est Deus,si quod vult,non potest, & existeres petulantior,vt q nihil rectũ dixeris,vicisse te crederes.Et ideo ignoras Simõ,& valdè ignoras quõ in singulis qbusq;volũtas sit Dei:quædã enim voluit,vt diximꝰ, ita esse vt aliud esse non possent, quàm id quod ab ipso iustituta sunt:& his neque præmia,neque supplicia statuit.Ea verò quæ ita esse voluit,vt in sua potestate habeant,agere quod velint,his pro actibus ac voluntatibus suis statuit vt aut remunerationes mereantur, aut pœnas. Cùm ergo in duas, vt edocui, partes diuidantur cuncta quæ mouentur,secundum eam quam suprà diximꝰ dictinctionem,omne quod vult Deus,est,quod autem non vult, non est. Et Simon ad hæc:Nónne poterat nos omnes facere tales vt essemus boni,& aliud esse nõ possemus?Petrus respondet:Et hoc absurdè interrogas.Si enim nos inconuertibilis Naturæ fecisset & immobiles à bono, non essemus verè boni,quia aliud esse non possemus:& nõ erat nostri propositi,quod eramus boni,nec nostrum erat quod agebamus,sed necessitatis Naturæ· Quomodo ergo hoc bonum dicetur,quod ex proposito non agitur ? Ob hoc aũt & prolixioribus indiguit mundus iste temporibus,donec animarum,quæ prædestinatæ sunt,ad expletionem eius numerus impleretur.Et tunc istud quidẽ visibile cœlũ reuolueretur vt liber.Illud verò quod est superius,appareret,& animæ beatorũ corporibus suis redditæ inducerentur in lucem . Impiorũ verò aĩæ,pro immũdis actibus suis spiritu flãmeo circũdatæ,in ꝓfundũ ignis inextinguibilis mergerẽtur,ꝑ seculũ expensuræ supplicia.Hæc aũt ita esse, verus nobis Propheta testatus est,de quo si vis agnoscere,qa Propheta sit, innumeris adsertionibus edocebo. Ex his enim quæ ab eo dicta sunt,& nũc singula quæ dixit implentur,etiam ea quæ futura dixit,creduntur implenda:fides enim futuris,ex his quæ iam gesta sunt,datur.At Simon cui compertũ erat. Petrũ de Prophetiæ titulo dilucidè adsignare rationẽ,ex quo quæstio oĩs absoluitur,sermonẽ de hoc fieri declinauit.Et respondens ait:Ad ea quæ volo,responde mihi,& dic:Si visibile istud,vt ais,cœlum resoluetur,cur ex initio factum est?Respondit Petrus:Propter hominum præsentẽ hanc factum est vitam,vt esset interiectio quædam & diuisio ne quis fortè indignus habitationẽ cœlestium,& Dei ipsius sedẽ videret,quæ his solis qui mũndi corde sunt, vidẽda præparantur.Nunc aũt,id est agonis tẽpore,inuisibilia esse placuit,ea

Bruta.

Homines.

quæ

quæ vincentibus ad præmium destinata sunt.Et Simõ ait:Si conditor bonus est,& mundus bonus,quomodo bonus bona dissoluet aliquando ? Si autem quasi malũ resoluit & destruit,quõ nõ videbitur malus qui malum fecit?Petrus ad hæc:Quoniam,inquit,spopondimus tibi, ne blasphemantẽ te fugiamus,ipse enim reddes pro his quæ loqueris rationem,patienter ferimus. Audi ergo nunc:Cœlum istud quod visibile est,& pertransit,si quidẽ propter semetipsum factũ esset,haberet fortasse quod dicis aliquid rationis, quia resolui minimè deberet.Si verò propter aliud qd factũ est,& nõ propter se, necessariò soluetur,vt illud pro quo factũ videtur,appareat.Sicut verbi gratia dixerim,testa ouorũ q̃uis pulchrè facta,& diligẽter formata videatur,necesse est tamen eã frangi,& resolui,vt inde pullus procedat, & illud ,pro quo totius oui forma expressa videtur,appareat.Ita ergo & huius mundi necesse est transire statũ,vt status ille sublimior regni cœlestis effulgeat.Et Simon: Nõ mihi videtur,qa resolui possit cœlũ,quod à Deo factũ est. Ab ęterno enim æterna fiũt,à corruptibili tẽporalia & caduca.Et Petrus: Non ita est, sed à mortalibus quidem oĩmodis corruptibilia fiũt,& tẽporalia:ab æterno verò nõ semp corruptibilia,neq; semper incorruptibilia, sed prout voluerit creator Deus, ita & erunt illa quæ creat.Neq; enim sub lege est virtus Dei,sed lex creaturis suis volũtas eius est.Respondit &Simon:Reuoco te,inquit,ad primã quæstionẽ:dixisti Deũ nũc quidẽ nulli esse visibilẽ, cũ verò resolutũ fuerit cœlum istud,& supernus ille status regni cœlestis obfulserit, tunc eos q mundi sunt corde,etiã Deũ visuros:quæ sententia cõtraria est legi,ibi enim scriptũ est Deum dixisse.Nemo videbit faciẽ meã & viuet.Et Petrus respõdit:His qui legẽ non ex traditione Moysi legunt,contrarius videtur sermo meus : Sed audi ergo,quomodo non sit contrarius. Deus videtur mente , non corpore:spiritu ,nõ carne. Vnde & angeli qui sunt spiritus, vident Deum :& homines donec hoĩnes sunt,Deũ videre nõ possunt. Ex resurrectione aũt mortuorũ. cùm facti fuerint sicut angeli,videre poterũt Deũ.Et hoc modo nõ est sermo meus legi contrarius:neq; illud quod magister meus dixit:Beati mundo corde,quoniã ipsi Deũ videbunt.Futurum enim tẽpus ostendit ,in quo ex hõini bus angeli fient,qui in spiritu mentis Deum videbunt.Post hæc aũtverba multaq; alia his similia,cum iuramentis pluribus adfirmare Simon cœpit,dicens. De hoc mihi solo rationem redde,si immortalis est anima, & obsequar in oi bus voluntati tuæ,sed crastino,inquit,nã hodie iã tardũ est . Vbi ergo cœpit dicere Petrus,Simon egressus est,&cũ ipso perpauci ex sodalibus eius,& hoc præ verecundia.Cæteri verò omnes ad Petrũ conuersi,gentibus positis prosternebant se ante eũ,ex quibus aliquanti diuersis languoribus adstricti,aut dęmonibus incursati,oratione Petri sanabantur,& discedebãt gaudentes,quasi veri Dei doctrinam,simul & misericordiam cõsequuti.Cùm ergo abscessissent turbæ,& soli familiares eius remansissemus cum eo,stratis humi reddi tis accubuimus solitũ vnusqsq; recognoscẽs locũ:sumptoq; cibo, cũ gratias egissemus Deo,quieuimus.Sequẽti verò die,Petrus ex more ante lucẽ surgens iam nos inuenit vigilantes,& paratos ad audiendum. Atq; ita is exorsus est: Deprecor vos fratres,& cõserui mei,vt si quis fortè vestrũm nõ potest vigilare,non sibi extorqueat,erubescens præsentiam meã,quia difficilis est subita permutatio.Longo autẽ tempore si paulatim adsuesiat,labori non erit quod ex vsu venit.Non enim omnes eiusdẽ institutionis fuimus, licet processu tẽporis in vnã temperari consuetudinem poterimus:aiunt enim,quod secundũ

Virtus Dei nõ est sub lege.

Exod. 33.

Discipuli Simonis deficiunt ad Petrum.

Vide humanitatẽ Petri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Naturę locũ obtineat consuetudo. Testẽ aũt Deũ inuoco, quod nõ indignor E
ſi quis fortè non poteſt vigilare: ſed hoc magis, ſi cũ totã quis noctem dormiat, per diẽ non replet id quod omiſit in nocte. Neceſſariũ nanq; eſt, doctri
næ ſtudijs intentè & indeſinenter operã dare, vt mens noſtra Dei ſolius memoria repleatur: quia mentẽ quam repleuerit memoria Dei, maligno in ea nõ dabitur locus. Cum hæc diceret ad nos Petrus, vnuſquiſq; noſtrũ ſolicitè ſatisfaciebat ei, quod olim breui ſomno ſatiati, vigilaremus, ſed vereremur excitare eũ, quia nec deceret diſcipulos magiſtro imperare, quod tamen penè, ô Petre, auſi fueramus pręſumere, dum cor noſtrum, nimio verborum tuorũ deſiderio tripudians, ſomnum penitus fugaret ab oculis. Sed iterum affectus erga te noſter obſtitit, & violenter te à nobis non tulit excitari. Tum Petrus: Quoniam igitur audiendi, inquit, dèſiderio libẽter vos adſeritis vigilare, volo vobis ea tantũ, quę heſterno ſparſim dicta ſunt, repetẽs, diligentiùs & cum
F ſuo ordine explicare. Quod & per ſingulas quaſque diſputationes diurnas facere diſpono: vt per noctẽ vbi ſecretũ loci, & temporis datur, ſi quid fortè, vt pote in certamine, minus plenè dictũ eſt, id integro ordine, linea directæ explanationis aperiam. Et poſt hęc cœpit nobis oſtendere, quomodo heſterno haberi debuerit diſputatio, & propter contentionẽ, vel imperitiã cõtradicẽtis haberi nõ potuit: & ideo ſola profeſſione vſus ſit, atq; ea quæ ab aduerſario dicebãtur, tantũ deſtruxerit: ſua verò neq; oĩa, neq; manifeſtè expoſuerit, & ſingula nobis repetẽs integro ordine, & plena ratione diſſeruit. Cũ verò iã albeſceret dies, egreſſus ad turbas poſt orationẽ, ſolito ad diſputandũ conſtitit loco, & videẽs Simonẽ in medijs turbis ſtantẽ, ex more priùs ſalutato populo, ait: Dolori mihi eſſe fateor, de nõnullis hõinibus, qui cũ ita ad nos veni
unt, vt diſcãt aliquid, vbi eos docere cœperimus, ipſi rurſus magiſtros ſe eſſe G
profitentur, & interrogant quidẽ, vt ignorantes, cõtradicunt autẽ vt ſciẽtes. Sed fortaſſe dicat aliquis, quia qui interrogat, ob hoc quidẽ vt diſcat interrogat: vbi verò id quod audierit, nõ ei rectè dictũ videtur, neceſſe eſt vt reſpõdeat: & hæc ei videtur eſſe cõtradictio, quæ nõ eſt contradictio, ſed rei interrogatio. Audi ergo ad hæc: totius doctrinæ diſciplina, certũ habet ordinẽ: & ſunt quædã quæ prima tradenda ſunt, alia verò quæ ſecundo in loco, & alia tertio, & ſic ſingula quæq; per ordinem, quæ vtiq; ſi per conſequentiã tradãtur, manifeſta fiunt. Extra ordinẽ verò ſi proferantur, etiã contra rationẽ dicta videbũtur. Et ideo in primis ordo ſeruãdus eſt, ſi tamẽ hoc propoſito quę ramus, vt poſſimus, quod quærimus inuenire: Etenim q rectũ initiũ viæ acceperit, etiã ſecũdũ locũ conſequẽter aduertet, & ex ſecundo tertiũ faciliùs inueniat: & qũantò vltra proceſſerit, tãtò magis ei via agnitionis apertior fiet, H
vſquequo ad ipſam quò tẽdit & deſiderat vrbẽ peruenìat veritatis. Qui verò imperitus eſt, & quærẽdi viã neſcit, ſicut peregrinus viator, ignorãs & errãs, ſi ciue & indigena nolit vti duce, ſine dubio cum aberrauerit à via veritatis, extra vitæ ianuas remanebit, & ita noctis atræ tenebris inuolutus, p ſemitas pditionis incedet. Quia ergo ſi per ordinẽ quærẽda ſunt, inquirãtur, inueniri facillimè poſſunt: ordinẽ verò requirẽdi imperitus ignorat, rectum eſt vt ſcienti cedat ignarus, & primo quærendi ordinem diſcat: vt ità demùm interrogandi, & reſpondendi inueniat diſciplinam. Et Simõ ad hæc: Non ergo omnium eſt veritas, ſed eorum tantummodo qui artem nouerint diſputandi: quod vtiq; abſurdum eſt, cum æqualiter ſit Deus omnium, nõ oẽs æqualiter poſſe voluntatẽ eiº agnoſcere. Et Petrus: Aequales, inquit, oẽs ab eo facti ſunt & æqua-

Tertius cõflictus Petri cum Simone.

Ordine omnia facienda.

Ordo quærendi primo diſcendus.

A & æqualiter cunctis dedit capaces eſſe veritatis. Verùm quòd nullus eorum, qui nati ſunt, eruditus natus ſit, ſed poſterior ſit natiuitate eruditio, nulli dubium eſt. Cum igitur natiuitas hominũ in eo teneat æquitatem, vt omnes ſimiliter percipendæ diſciplinę capaces ſint, non eſt in natura, ſed in eruditione diuerſitas. Aut quis neſcit, quod ea quę vnuſquiſq; didicit, priuſquã diſceret, ignorabat? Et Simõ: Verè inquit, dicis. Tum Petrus: Si ergo in his artibus, quę vſus cõmunis habet, primò diſcitur, deinde docetur: quantò magis oportet eos qui eruditores ſe profitentur animarũ, primò diſcere, & ita docere, ne cùm ſint ipſi imperiti, ridiculũ videatur, ſi alijs ſe præſtituros ſcientiã repromittãt. Tum Simõ: in artibus, inquit, his quæ vſus cõmunis habet, verum eſt, quod vnuſquiſq; niſi didicerit, neſciat. In verbo verò ſcientiæ ſtatim vt audierit quis didicit. Et Petrus: Si quidẽ per ordinem, & conſequenter audiat,
B poteſt ſcire quod verum eſt: ſed qui emendatioris vitę regulam conuerſationisq; caſtioris ſuſcipere recuſat, quæ vtiq; ſequela eſt ſcientiæ veritatis, ſcire ſe, quod ſcit, non vult fateri. Sicut etiam nõnullos videmus, qui artibus, quas à puero didicerant, derelictis, ad alios ſe actus conferunt: & vt excuſatio ſit eis deſidię ſuæ, culpare incipiunt artem, velut infructuoſam. Et Simon: Deberent omnes audientes credere verũ eſſe, quòd audiunt? Tum Petrus: Qui audierint per ordinẽ ſermonẽ veritatis, contradicere omninò non poſſunt, ſed ſciunt verũ eſſe quod dicitur, ſi tamen libenter etiam vitæ inſtituta ſuſcipiãt. Hos verò quos audientes ad bona opera conferre ſe piget, malè agendi libido acquieſcere his quæ recta iudicant, non ſinit. Vnde oſtenditur poſitũ eſſe in auditorum poteſtate eligere vtrum malint. Quod ſi omnes qui audiunt, obedirent, naturæ magis eſſet neceſsitas, quæ vna oẽs ageret via. Sicut emẽ ſua
C deri quis non poteſt, vt fiat breuior aut longior, quia non ſinit vis naturæ: Ita & ad veritatem, ſi omnes verbo conuerterentur, aut omnes non conuerterentur, naturæ eſſet vis, quę cogebat verbo omnes conuerti, aut nullum omninò conuerti. Et Simon: Doce ergo nos, quid primò oportet diſcere eum, qui veritatem ſcire deſiderat? Et Petrus: Ante omnia, inquit, quæri oportet, quid ſit homini quærenti inuenire poſsibile. Neceſſe eſt enim iudicium Dei in hoc ſtare, ſi potuit homo bonum facere, & non fecit: & ideo quærendum eſt hominibus, ſi habeant in poteſtate ſua quærentes inuenire, quid eſt bonum, & cùm inuenerint facere, hoc enim eſt pro quo iudicandi ſunt. Ampliùs autẽ his ſolùm ſcire fas eſt Prophetam, & meritò: quid enim opus eſt hominibus ſcire, quomodo factus ſit mundus? Hæc enim diſcenda neceſſariò videretur, ſi ſimile in eundum nobis eſſet artificium. Nunc autem ſufficit nobis ad cul-
D tum Dei vt ſciamus, quia ipſe facit mundũ: quomodo autẽ fecerit, quærendum nõ eſt, quia vt dixi, non nobis imminet, tanquã ſimile aliquid facturis, artis ipſius ſcientiam diſcere. Sed neq; pro hoc iudicandi ſumus, quũ non didicerimus quomodo factus ſit mundus: ſed pro hoc tãtum, ſi ignoremus conditorem eius. Sciemus autem cõditorem mundi iuſtũ, & bonũ Deum ſi eum ſemitis iuſtitiæ requiramus. Nam ſi hoc tantum ſciamus de eo q̃ bonus eſt, huiuſmodi ſcientia nõ ſufficit ad ſalutem. In præſenti enim tempore, bonitate eius & beneficijs perfruuntur, non ſolùm digni, ſed etiam indigni. Si verò non tantum bonum, ſed etiam iuſtum eum credamus, & ſecundum hoc quòd de Deo credimus, in omni vita noſtra iuſtitiã teneamus, etiã bonitate eius in æternũ fruemur. Deniq; Hebræis, qui de Deo ita opinabantur, quod ſolum bonus eſſet, dicebat magiſter noſter, vt & iuſtitiã eius quærerent, hoc eſt,

Bene niuere ſequela eſt ſciẽtiæ veritatis.

Eligere eſt noſtri arbitrij.

Universidad de Deusto Biblioteca

Mat.6. eſt,vt ſcirent eum pręſenti quidem tempore bonum eſſe, vt omnes in bonita E
te eius viuant.Iuſtum verò eum futurum in die iudicij,vt dignis præmia æter
nà reſtituat,à quibus excludet indignos.Et Simon: Quomodo poteſt vnum
atq; idem,& bonum eſſe,& iuſtum?Petrus ait: Quia ſine iuſtitia,bonũ quo-
Mat.5. dammodo videbitur:boni eſt enim,Solem ſuum & pluuiam, ex æquo iuſtis
& iniuſtis præbere:ſed hoc videretur iniuſtum,ſi bonos malosq; æquali ſem
per ſorte cenſeret,& niſi frugum cauſa hoc faceret,quibus perfrui æqualiter
omnes,qui in hoc mundo nati ſunt,conueniret.Sed ſicut data à Deo pluuia,
ex æquo & fruges nutrit,& lolium:meſſis autem tempore,frumenta quidem
congregantur in horreum,paleæ verò vel lolium igni conſumũtur:Ita in die
iudicij cum iuſti introducentur in regnũ Dei,iniuſti autem abijciẽtur foras,
tunc etiã iuſtitia Dei oſtendetur.Nam ſi æqualis permaneret perpetuò malis
& bonis,iam hoc non ſolùm bonum non eſſet, ſed & iniuſtum atq; iniquũ F
videretur,vt iuſti & iniuſti vno apud eum haberentur ordine meritorum.Et
Simon:Vnum eſt de quo mihi velim ſatisfieri,ſi immortalis eſt anima:nõ em̃
poſſum onus ſubire iuſtitię,niſi priùs de immortalitate animæ ſciam:quæ vti-
q; ſi immortalis non eſt,nec prædicatiõis tuæ poterit ſtare profeſſio. Tum
Petrus:Quæramus,inquit,priùs,ſi iuſtus eſt Deus: quod ſi claruerit, integer
profectò religionis ordo conſtabit. Et Simon: Videris mihi tu, qui te ia-
ctas diſputandi ordinem noſſe,nunc contra ordinem reſpondiſſe: Me enim
rogante vt oſtendas,ſi immortalis eſt anima:tu ais,primò nos quærere opor-
tet,ſi iuſtus eſt Deus.Et Petrus ait: Valdè conſequenter, & rectè ſe habet. Si-
mon:Velim diſcere.Petrus:Audi,inquit,nonnulli hominum blaſphemantes
Deum, & omnem vitam ſuam iniuſtitiæ voluptate ducentes, in lectulis ſuis
defuncti ſunt,conſequuti finem vitę inter ſuos,& honorabilem ſepulturam: G
alij verò Deum colentes, & cum omni iuſtitia & ſobrietate, vitam ſuam in
parſimonia conſeruantes,pro iuſtitiæ obſeruantia,in deſertis interiêre,ita vt
ne ſepultura quidem haberentur digni.Vbi eſt ergo iuſtitia Dei, ſi anima im-
mortalis non eſt,quæ vel ſi impiè egerit, pœnas in futuro, vel ſi piè & iuſtè,
præmia conſequatur?Et Simon ait:Hoc vtiq; eſt,quod nos incredulos facit,
quia multi bene agentes,malè pereunt:& rurſum,multi impiè agentes,longi
temporis cum beatitudine vitam finiunt.Et Petrus:Hoc ipſum,inquit,quod
te ad incredulitatem trahit,nobis certam fidem facit,quia iudicium erit.Ete
nim cùm certum ſit,Deum iuſtum eſſe, neceſſarium & cõſequens eſt, aliud
eſſe ſeculũ,in quo vnuſquiſq; pro meritis recipiẽs,iuſtitiã Dei probet. Quòd
ſi nũc omnes homines pro meritis ſuis reciperẽt,verè nos fallere videbamur,
dicentes futurum eſſe iudicium: & ideo hoc ipſum quod in præſenti vita nõ H
redditur vnicuiq; pro actibus ſuis,fidem indubitabilem facit,ſcientibus De-
um eſſe iuſtum,quia iudicium erit.Et Simon:Quur ergo mihi non perſuade-
tur?Petrus ait:quia verum Prophetam non audiſti,dicentem:Quærite primò
Mat.6. iuſtitiam eius,& hæc omnia adponentur vobis.Et Simõ:Indulge,inquit,mi-
hi nolenti primò iuſtitiam quærere, antequam ſciam ſi immortalis ſit ani-
ma.Et Petrus: Et tu mihi hoc vnum indulge, quia non poſſum facere aliter
quàm me Propheta veritatis edocuit.Tum Simon: Certũ eſt, inquit,nõ poſ-
ſe te adſerere quòd immortalis ſit anima,& ob hoc cauillaris, ſciens quia ſi
mortalis probetur,radicus conuellatur religionis iſtius, quam conaris adſe-
rere,tota profeſſio,& ideo laudo quidem prudentiam tuam,nõ tamẽ probo
perſuaſionẽ:multis em̃ perſuades ſuſcipere religionẽ,& libidinis ſubire con-
tinen-

Quia boni aliquando male pereunt, argumento eſt eſſe aliam uitã poſt hanc.

A tinentiam ſub ſpe futurorum bonorum, quibus euenit, vt neq; præſentibus
perfruantur,& decipiantur futuris.Simul enim vt mortui fuerint,etiam ani-
ma pariter extinguetur.Petrus verò hæc audiẽs,dentibus frendẽs,frontemq;
atterens manu, & profundo dolore ſuſpirans ait: Aſtutia ſerpentis antiqui,
ad hominum decipiendas animas,armatus adſiſtis, & ideo vt ſerpens ſapien-
tior cæteris beſtijs,ab initio doctorem te eſſe profeſſus es.Et rurſus, vt ſerpẽs
multos introducere Deos volebas, ſuper quo confutatus, nullum omninò
nunc eſſe adſeris Deum.Nam per occaſionem,neſcio cuius ignoti Dei, con-
ditorem mundi Deum negâſti,ſed eum vel malum eſſe, vel multos habere ſi-
bi æquales,vel omnino,vt diximus,non eſſe Deũ confirmabas.Poſt hęc cum
etiam in hoc ſuperatus fuiſſes,animam nunc adſeueras eſſe mortalem, vti ne
futurorum ſpe rectè iuſteq; viuatur. Nam vtique ſi deſperantur futura, quid
B niſi abſcidatur miſericordia,luxuriæ indulgeatur,& voluptatibus? Ex qui-
bus omnem conſurgere iniuſtitiam conſtat.Et cùm tantæ impietatis doctri-
nam,miſerè huic introducas mortalium vitæ,teipſum pium,me impium vo-
cas,quaſi qui homines nõ ſinam ſub ſpe futurorum bonorũ arma corripere,
& impugnare ſe inuicem, diripere ac ſubuertere vniuerſa, & moliri oĩa quæ
libido dictauerit.Et quis erit iſte vitæ ſtatus,qui à te introducitur,vt pugent
homines,& impugnentur,vt iraſcantur,& perturbentur, & ſemper in metu
viuant?Neceſſe eſt enim eos qui alijs inferunt mala, etiam ipſos ſperare ſimi-
lia.Vidésne te ducem perturbationis,& non pacis,iniquitatis & non æqui-
tatis exiſtere?Verùm ego,non quaſi qui oſtendere non poſſim immortalem
eſſe animam ſimulaui iracundiam,ſed miſereor animabus hominũ, quas tu
decipere conaris.Dicam ergo,ſed nõ quaſi te cogente:ſcio enim quomodo
C dicam,& ſolus eris qui de hoc non tam perſuaſione indigeas : quàm com-
monitione:eos,hoc qui verè ignorant,docebo vt conuenit.Tum Simon : Si
iraſceris,inquit,non interrogabo,nec audire volo.Et Petrus : Tu, ſiquidem
nunc occaſionem quæris ſubterfugiendi,habes licentiam,& ſine occaſionẽ
cuiuſquam. Omnes enim audierunt te nihil rectè dicentem, nec potuiſſe
aliquid confirmare,ſed ob hoc tantum interrogâſſe, vt contradiceres, quod
quiuis facere poteſt.Quid enim difficile eſt poſt euidentes adſertiones reſpõ
dere,nihil dixiſti? Vt autem ſcias quia poſſum tibi vno ſermone oſtendere,
quod immortalis eſt anima,interrogo te verbum, quod omnes nôrunt: re
ſponde mihi,& vno ſermone immortalem eſſe comprobabo. Tum Simon,
qui iam occaſionẽ ſibi viſus fuerat inueniſſe ex iracũdia Petri vt diſcederet,
reſtitit,pro eo quod mirum ei aliquid promittebatur,& ait:Interroga me,vt
D tibi reſpondeam quod omnes nôrunt,& audiam vno vt pollicitus es ſermo-
ne,quomodo anima immortalis ſit.Et Petrus. Dicã ita vt præ cæteris omni-
bus tibi magis probetur.Reſponde ergo mihi,quid eſt quod incredulum ma
gis ſuadere poteſt,viſus,an auditus?Et Simon:Viſus.Tum Petrus: Quomodo
ergo à me vis diſcere verbo,quod tibi re ipſa probatur & viſu?Et Simon:Ne-
ſcio,inquit,quomodo dicas.Et Petrus:Si neſcis, perge nũc in domum tuam,
& ingreſſus interius cubiculũ, videbis imaginẽ poſitã,continẽtem pueri vio
lenter necati effigiem,purpura coopertam,ipſum interroga & docebit te,vel
reſponſione vel viſu. Quid em̃ opus eſt audire ab eo ſi immortalis ſit anima,
cum adſtare eam videas præſentẽ? Si enim non eſſet, nec videri vtiq; poterat.
Quod ſi neſcis quam dico imaginem, hinc è veſtigio cum alijs decem viris,
ex his qui pręſentes ſunt,eamus ad domum tuam. At Simon hęc audiens,&
conſcientia

Viſus maximè fidẽ facit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõsciẽtia percussus, colore mutato, exanguis effectus est: extimuit em̃ ne fortè si negaret perscrutaretur domus eius: aut ne indignans Petrus manifestiùs E
eum proderet, & omnibus quis esset, innotesceret: ita respondit: Obsecro te Petre per illum bonum Deum qui in te est, vt vincas malitiã quæ in me est, suscipe me ad pœnitentiam, & habebis me adiutorẽ prędcationis tuæ. Nunc enim verè rebus ipsis didici, quia Dei veri Propheta es, & ideo secreta hominum solus atq; arcana cognoscis. Et Petrus ait: Videtis fratres Simonem pœnitentiam quærentem, paulò pòst videbitis eum rursus ad infidelitatem suam reuerti. Putans enim me Prophetam esse, pro eo quòd publicaui mala eius, quæ in secretis habebat & in occultis, pœnitentiam se acturum promisit: Me enim mentiri fas non est: neq; vt infidelis hic saluetur, aut non saluetur, ego fallere debeo. Testor enim cœlum & terram, quia non propheticè dixi, quæ dixi, vel quæ, quantum possibile erat, turbis audientibus indicaui, sed à qui- F
busdam, qui tunc ei socij fuerant in operibus suis, nunc autem conuersi sunt ad fidem nostram, quid ei in secreto gestum sit, didici: cognita ergo, non prę-cognita loquutus sum. Simon verò vt hæc audiuit maledictis his, & cõuitijs aggreditur Petrum dicens: O nefandissime omnium, & dolosissime, cui victoriam fortuna, non veritas dedit. Verùm ego non pro penuria scientiæ pœnitentiam petij, sed vt tu, putans me per pœnitentiam discipulum tuum fore, omnia secreta professionis tuæ concrederes mihi, vt ita demum te cunctis agnitis confutarem. Sed vt callidus intellexisti quam ob causam pœnitudinẽ simulâssem, & acquieuisti, tanquam meum non intelligens dolum, vt priùs me apud populum exponeres, quasi imperitum: tum deinde præuidens, quod ego ita populo expositus, necesse habeo indignari & confiteri me non verè pœnitudinem gerere, peruenisti vt diceres me ad infidelitatem meam post G
pœnitentiam regressurum, vt omni ex parte vicisse videreris, & si permanerẽ in pœnitentia quam professus fueram, & si non permanerem: vt tu sapiẽs credereris, qui ista præuideris: ego autem deceptus viderer, quia tuum non præuidi dolum: tu verò meum præuidens, calliditate vsus circunscripsisti me. Sed vt dixi, fortunæ est, non veritatis ista victoria: Scio tamen quur ego ista non præuiderim, qui adstans loquutus sum tibi per bonitatem meam, & patiẽter egi tecum, Nunc autem tibi ostendam diuinitatis meæ potentiam, vt repentè procidas, & adores me. Ego sum prima virtus, qui semper & sine initio sum. Ingressus autem vterum Rachel, natus sum vt homo ex ea, quo ab hominibus videri possem: ego per aërem volaui, igni commixtus vnum corpus effectus sum, statuas moueri feci, animaui exanima, lapides panes feci, de monte in montem volaui, transmeaui, manibus Angelorum sustentatus ad H
terras descendi. Hæc non solùm feci, sed & nunc facere possum, vt rebus ipsis probem omnibus, quia ego sum filius Dei, stans in æternum & credentes mihi, similiter stare in perpetuum faciam. Tua autem verba vana sunt omnia, nec vllum potes opus ostendere veritatis, sicut & ille qui misit te Magus, qui nec seipsum potuit liberare de crucis pœna. His dictis à Simone, Petrus respondit: Ne agas aliena, tu enim quod sis Magus, ex ipsis quæ gessisti, confessus es, & manifestatus. Noster autem magister, qui est filius Dei, & hominis manifestè bonus est. Quod autem verè sit filius Dei, quibus oportuit, dictum est, & dicetur. Tu autem si non vis confiteri, quod Magus es, cum omni hac turba pergamus ad domum tuam, & tunc apperebit, quis sit magus. Hæc autem Petro dicente, Simon blasphemijs & maledictis agere cœpit,

Mentiendum non est in gratiam proximi.

Simulata pœnitẽtia Simonis Magi.

A cœpit, vt seditione facta, perturbatis omnibus, argui non posset & Petrus, quasi blasphemiæ causa secedens, victus videretur. Sed perstitit, & arguere eum vehementiùs cœpit. Tunc populus indignatus, Simonem atrio eiectum, extra ianuam domus pepulit, eumq; depulsum, vnus sequutus est solus. Facto autem silentio, Petrus adloqui populum hoc modo cœpit: patienter, fratres, malos ferre debetis, scientes, quia Deus cùm possit eos excidere, patitur tamẽ durare vsq; ad præstitutam diem, in qua de omnibus iudicium fiet: quomodo ergo nos non patiemur, quos patitur Deus? Quur autem non forti animo illatas ab eis toleramus iniurias, cùm suas ille, qui potest omnia, non vlciscatur? vt & ipsius bonitas, & malorum noscatur impietas. Verùm si non inuenisset Simonem malignus ministrũ sibi, inuenisset alium sine dubio. Necesse est enim seculo huic venire scandala, vę tamen illi per quem veniunt. Et ideò B
magis deflendus est Simon, quod vas electionis factus est maligno: quod vtique non fuisset, nisi potestatem in eum pro peccatis prioribus accepisset. Nam inde quid dicam, quòd & Iesu nostro crediderat, & quòd immortales esse animas sibi ipse persuasit? Quanuis in eo ludatur à Dæmonibus tamen persuasit sibi, quòd pueri violenter necati habeat animam ministrantem sibi ad quæcunque voluerit: in quo verè, vt dixi, à dæmonibus illuditur, & ideò ego secundum ea quæ ipsi videbantur, loquutus sum ad eum: nam & à Iudæis didicit, quia sit iudicium, & vltio proferenda aduersum eos. qui contra veram fidem veniunt, nec pœnitudinem gerunt: sed isti sunt quibus malignus, tanquam perfectis in sceleribus, apparet, vt decipiat eos ne aliquando ad pœnitentiam conuertantur. Vos ergo, quia ad Dominum conuertimini per pœnitentiam, curuate ei genua. Hæc cùm dixisset, omnis mul- C
titudo genua flexit Deo. Et Petrus respiciens ad cœlum, cum lachrymis orabat super eos, vt Deus pro sua bonitate suscipere eos dignaretur confugiẽtes ad se. Et postquàm orauit, & præcepit vt postera die maturiùs conuenirent, multitudinem missam fecit. Cum deinde, secũdum consuetudinẽ, cibo sumpto, quieuimus. Igitur Petrus solita noctis hora consurgens, inuenit nos vigilantes, & cum ex more salutans consedisset, primus Niceta ait: Si permittis, mi Domine Petre, habeo quod rogem. Et Petrus: Permitto, inquit, nõ solùm tibi, sed & omnibus: & non solum modò, sed & semper, vt vnusquisq; quod eum mouet, & partem quã dolet in animo, fateatur, vt possit cõsequi medicinã. Quæ em̃ silentio conteguntur, nec innotescunt nobis, velut multi temporis vitia difficilè curantur: & ideo quoniam tacentibus non facilè potest medela opportuni & necessarij sermonis adhiberi, proferre debet vnusqsq;, D
in quo animus per ignorantiam languet: tacenti verò dare remedium, solius est Dei: possumus autem & nos, sed circuitu multi temporis. Necesse est enim vt sermo doctrinæ ab initio per ordinem currens, & singulis quibusq; quæstionibus obuians cũcta aperiat, & cuncta dissoluat, & perueniat etiã ad hoc quod vnusquisq; in animo suo requirit: sed hoc, vt dixi, per multũ tẽpus fieri potest. Nunc autem quod desideras roga. Et Niceta ait: Vberes tibi gratias ago ô Clementissime Petre, verùm hoc est quod dicere cupio: Quur Simon, qui aduersatur, facere tanta hæc, & talia potuit: Non enim mentitus est aliquid ex his, quæ se fecisse professus est. Ad hæc beatus Petrus ita respondit: Deus, qui vnus & verus est, primo germini suo amicos bonos & fideles instituit præparare: sciens autem, quia boni esse non possunt, nisi habeát in potestate sensum, quo fiant boni, vt ex suo proposito hoc sint quod volũt: alioq

Simon desertus ab omnibus eijcitur ex atrio.

Mat. 11.

Credidisse aliquando Christo Simonem, ex actis constat Apostolorum Cap. 8.

Petri sacilitas.

H non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duo ordines hoim. Rex bonorum Christus, malorum diabolus.

non possunt esse verè boni, si nō proposito sed necessitate tenerētur in bono: E
potestatē dædit vnicuiq; arbitrij sui, vt hoc esse possit, quod vult. Et rursum
præuidens quia ista potestas arbitrij, alios quidem faceret eligere bona, alios
verò mala: & per hoc in duos ordines necessariò propagandum esset homi-
num genus, vnicuiq; ordini cōcessit & locum, & Regem, quem vellet, eligere: bonus enim rex, bonis gaudet: & malignus, malis. Et quamuis hæc tibi ō
Clemens in hoc tractatu, quem de præfinitione & fine disseruerā, pleniùs exposuerim: tamen & nunc requirenti Nicetæ manifestare me conuenit, quæ
sit ratio, quod Simon, qui contra Deum sentit, tanta facere mirabilia potuit.
Igitur primò omnium, malus esse iudicatur apud Deum is, qui requirere nō
vult, quod sibi expedit. Quomodo enim talis iste alium diliget, qui semetipsum non diligit? Aut cui non iste inimicus erit, qui sibijpsi amicus esse non
potuit? Vt ergo distinguerentur, qui bona, & qui eligūt mala, Deus quod vti F
le est occultauit hominibus, id est possessionem regni cœlorum, eamq; velut
thesaurū secretū reposuit & abscondit, vt ad eam non facilè quis possit virtu
te, & scientia peruenire propria: famā tñ eius, diuersis nominibus & opinionibus, per generationes singulas ad omnium perduxit auditū, vt si qui fortè
essent amatores boni, audientes quod sibi esset vtile & salutare requirerēt, &
Vnde regēda ueritas. inuenirent. Requirerent autem non à semetipsis, sed ab eo qui occultauit, da
riq̃ sibi accedendi aditum, & viam scientiæ precarentur, quæ illis solis
panditur, qui eam super oīa mundi huius diligerent bona. Nec alio quis pacto vel intelligere eam possit, etiamsi prudentissimus videretur. Hi verò qui
neglexissent, quod sibi vtile & salutare esset, inquirere, tanq̃ seipsos odio habentes, & sibimetipsis inimici, fraudarentur eius bonis, velut qui diligerent
mala. Oportet ergo bonos diligere eam super oīa, id est, super diuitias, gloriā, G
requiē, parentes, propinquos amicos, & omne quod in hoc mundo est. Qui
verò perfectè diligit possessionē hanc regni cœlorū, abijciet sine dubio oēm
malę cōsuetudinis vsum, negligentiā, desidiam, malitiā, iram, cunctaq; his similia. Nam si quid horū prætuleris ei, tanquā qui plùs dilexeris propriæ libi
dinis vitia q̃ Deum, ad possessionem regni cœlestis peruenire non poteris: qa
& verè stultum est aliquid plus amare q̃ Deum. Siue enim parentes sunt, moriuntur: siue propinqui, non permanent: siue amici mutantur. Solus est autem
Deus æternus, & inde mutabilis parens. Qui ergo non vult inquirere quod
sibi vtile est, malus est, in tantum vt malitia sua ipsum impietatis principem
superet. Ille enim bonitate Dei abutitur ad propositum malitiæ suæ, & sibi
placet. Hic autem salutis suæ bona negligit, vt perditione sui malo placeat.
Decem paria ad numerū decē plagarum cōstituta. Propter hos ergo, qui salutis suæ neglectu placent malo, & eos qui studio H
vtilitatis suæ placere cupiunt bono, paria quædam ad tentationem præsenti
huic seculo statuta sunt decem, secundū numerū decem plagarū, quæ illatæ
sunt Aegypto. Cum enim Moyses secundū præceptū Dei peteret à Pharaone, vt emitteret populū, & ad testimoniū cœlestis imperij signa ostenderet,
proiectā in terrā virgam, cōuersa est in serpentē. Cumq; ob hæc Pharao non
vellet adquiescere, vtpote habens arbitrij libertatem, rursum Magi similia si
gna facere visi sunt, permittente Deo, vt propositū Regis probaretur ex arbitrij libertate, si magis crederet signis Moysi, qui à Deo missus est, quam his
quæ Magi videbantur potiùs facere, q̃ faciebant: quos ipso vtiq; nomine intelligere debuerat, non esse operarios veritatis, quod nō à Deo missi, sed Magi appellabantur, sicut & ratio indicat. Deniq; vsq; ad aliquem locū visi sunt
habere

A habere certamen & post hæc confessi de se, cessere meliori. Inducitur ergo Exo. 29.
plaga vltima, interitus primitiuorum, & tunc Moyses iubetur populum conspersione sanguinis cōsecrare, atq; ita magna cum prece, oblatis etiā muneribus, cum populo rogatur abscedere: Simili ergo modo etiam nunc per me
videro geri. Sicut enim tunc Moyse hortante Regem, vt crederet Deo, obsistebant Magi quasi ostentatione similiū signorū, & à salute incredulos phi
bebant: ita & nunc cum ego exierim docere oēs gentes, vt credant vero Deo,
Simon Magus resistit, eadem agens aduersum me, quæ & illi tunc egerunt aduersum Moysen, vt si qui sunt ex gentibus, qui nō recto iudicio vtuntur, appareant: saluentur aūt qui signorū rectum discrimē habuerint. Hæc dicente
Petro, Niceta respondit: Obsecro te, vt si quid ad memoriā venit, permittas
mihi proferre. Tum Petrus delectatus super studio discipulorū: Dic, inquit,
B quod vis. Et Niceta ait: Quid peccauēre Aegyptij, si non crediderunt Moysi,
cùm & Magi similia signa fecerint, etiamsi videretur potiùs fieri, q̃ veritate
fierent? Nam & si ego fuissem tunc, ex eo quod magi similia faciebāt, nónne
aut Moysen Magum credidissem, aut Magos quæ ostendebant, diuinitùs facere putāssem? quia non mihi verisimile videretur, licet per phantasiam, eadem tamen effici à Magis posse, quæ ille qui à Deo missus est, perpetrabat. Et
nunc ergo quid peccant hi qui Simoni credunt, cùm videant eum tanta face
re mirabilia? Aut non est mirabile per aērem volare? igni admixtū, vnū corpus effici? facere statuas ingredi? canes æreos latrare? & alia his similia, quæ
vtiq; discretionē nescientibus, satis mira sunt. Sed & de lapidibus visus est pa
nes facere. Quod si peccat qui signa facientibus credit, quomodo non peccāsse videbitur & his, qui Dño nostro pro signis & virtutibus credidit? Et Pe
C trus ait: Libenter accipio quod de veritate ad amussim requiris, & impedimenta fidei in anima tua latere non pateris. Vndè & medelā consequi facilè
potes. Meministi, quod peius oīm esse dixi, cùm quis negligit, quod sibi expedit discere? Et Niceta respondit: Memini. Petrus: Et rursum quod Deus occultauit veritatem suam, vt eam his qui se fideliter, sectantur, aperiat? Et Niceta: Ne hoc quidem oblitus sum. Tum Petrus: Quid ergo putas, quia in terram defossam abscōderit Deus veritatē, & mētes ei superposuerit, vt ab his q̃
in profundū fodere valent, tantūmodo inueniri possit? Non ita est, sed sicut
mōtes & terrā cœli ambitu circūdedit, ita & veritatē charitatis suæ velami
ne contexit, vt ille ad eam solus perueuire possit, qui priùs ianuā dilectionis
diuinæ pulsauerit. Etenim quod prius dicere cœperā, paria quædā huic mun *Paria quæ*
do destināsse Deum: ille qui primus ex paribus venit, à malo est: qui secūdus, *dā mundi.*
D à bono. In quo vnicuiq; hominū iusti occasio iudicij datur, siue simplex ille
sit, siue prudens. Nam si simplex est, & crediderit illi qui primus venit: signis
enim & prodigijs motus, necesse est eadem ratione, vt etiā illi qui secundò ve
nerit, credat: signis enim & prodigijs suadebitur & nunc sicut priùs. Dum verò crediderit huic secūdo, discet ab eo quòd primo illi qui à malo venit, cre
dere non debeat, & ita prioris error secundi emendatione corrigitur. Si verò
quia primò credidit, secundum recipere noluerit, meritò vt iniustus condemnabitur: iniustum enim est, vt cum primo propter signa crediderit, secundò eadem aut etiam potiora ferenti signa, nō credat. Si verò credidit primò,
consequens est, vt vel in secundò moueatur ad credendū. Neq; enim in tantum aīo stertit, vt ingeminatis mirabilibus non valeat suscitari. Si verò prudens est, discretionem potest capere signorum. Et si quidem primò credidit,

Universidad de Deusto Biblioteca

augmẽtis virtutum mouebitur ad ſecundum,& ex cõparatione quæ ſint po- E
tiora deprehẽdet,quãuis manifeſta habeãtur indicia apud eruditos quoſq;,
ſicut per ordinis conſequentiã demõſtrauimus. Si verò tanquam ſanus quis,
& qui medico non indigeat,non eſt cõmotus ad primum, rei ipſius perſeue-
rantia ſuſcitabitur ad ſecundum : diſtinctionemq; ſignorum & mirabilium
faciet,in hunc modum.Ille qui à malo eſt,ſigna quæ facit,nulli proſunt: illa
verò quæ facit bonus,hominibus proſunt. Nam dic quæſo, quæ vtilitas eſt
oſtendere ſtatuas ambulantes?latrare ęreos aut lapideos canes?ſalire montes,
volare per aërem?& alia his ſimilia,quæ dicitis feciſſe Simonem. Quæ autẽ à
bono ſunt,ad hominum ſalutem deferuntur,vt ſunt illa quæ fecit Dominus
noſter,qui fecit cæcos videre,fecit ſurdos audire,debiles,claudos erexit,lan-
guores & dæmones effugauit, mortuos fecit reſurgere, & alia his ſimilia,
quæ etiam per me fieri videtis. Iſta ergo ſigna quæ ad ſalutem hoĩm proſunt, F
& aliquid boni hominibus conferunt,malignus facere non poteſt,niſi in fi-
ne mundi tantũ.Tunc enim admiſcere ei conceditur aliqua etiam de dextris
ſignis,id eſt,vt vel demones fuget,vel ægritudines ſanet,& propter hoc,tanq̃
qui exceſſerit terminos ſuos,& in ſemetipſum diuiſus ſit, ac ſemetipſum im-
pugnauerit,deſtruetur.Et propterea Dñs prædixit,in nouiſſimis temporibus
tentationẽ futuram,talem in qua decipiantur,ſi fieri poteſt,etiam electi,con
fuſis ſcilicet indicijs ſignorũ, perturbari neceſſe eſt, etiam eos qui in diſcer-
nendis ſpiritibus,ac diſtinguendis virtutibus videntur eruditi. Decem ergo,
quæ diximus paria,huic mundo deſtinata ſunt ab initio ſeculi:Cain & Abel
vnum fuit par.Secundum verò Gigantium,& Noẽ,Tertium Pharaonis & A-
braham.Quartum Philiſtinorum & Iſaac.Quintũ Eſau & Iacob. Sextũ Ma-
gorum & legiſlatoris Moyſi. Septimũ tentatoris & filij hoĩs. Octauũ Simo- G
nis & meum Petri.Nonum oĩm gentium,& illius qui mittetur ſeminare ver-
bum inter gentes.Decimum Antichriſti & Chriſti: de quibus paribus aliâs
vobis per ſingula latiùs exponemus. Et cum hæc diceret Petrus, Aquila ait:
Verè adſidua doctrina opus eſt, vt de ſingulis poſſit quis ſcire rationem. At
Petrus:Quis eſt,qui aſſiduus ſit erga doctrinã,& ſtudioſe ſingula quæq; per-
quirat?niſi qui animã ſuam diligit ad ſalutem, & omnibus renunciat huius
mundi negotijs,vt ſoli verbo Dei vacat, quem ſolum prudentem iudicat ve-
rus Propheta,vendentem oĩa quæ ſua ſunt,& ementem vnam veram Marga-
ritam,& intelligentẽ quæ ſit differẽtia à tẽporalibus ad æterna, paruis ad ma
gna,hoĩbus ad Deũ.Intelligit enim quæ ſit æterna ſpes apud verũ & bonum
Deum.Quis autẽ eſt qui diligit Deum,niſi qui ſapientiã eius cognouit?quo- H
modo aũt quis agnoſcere poterit ſapientiam Dei,niſi aſſiduus ſit ad audien-
dum verbum eius?ex quo accidit,vt amorẽ eius concipiat, & digno eum ho
nore veneretur,hymnis & orationibus ad eum fuſis, & in his libẽtiſſimè re-
requieſcens,ſummumq; deputans detrimentũ,ſi quando aliquid aliud vel ad
momentũ tẽporis loquatur,aut agat:quia reuera nec poteſt anima, quę Dei
amore repleta eſt,aliud aliquid intueri,niſi quod ad Deũ pertinet,nec ſatia-
ri poteſt præ amore eius,ea quæ ipſi ſcit eſſe placita,meditando. Hi verò qui
affectũ eius minimè cõcepẽre, nec illuminatã charitatẽ eius gerũt mẽte, vel-
ut in tenebris poſiti,lucem videre non poſſunt. Et ideo etiam priùs q̃ incipi-
ant requirere de Deo,quaſi labore oppreſſi,ſtatim deficiunt:ac tædio repleti
continuò à propria conſuetudine rapiuntur ad ea verba quibus delectãtur.
Nam de Deo audire aliquid talibus tædioſum eſt & moleſtũ, pro eo, vt dixi

Amuſsis ad quam prodigia exigere conuenit, an ex Deo ſint.

Signa diaboli qualia.

Matt.24.

Decem paria totius mũdicollata inter ſe

Mat.13.

Nemo diligit Deũ niſi qui ſapientiam eius cognouerit.

quia

A quia mens eorum nullã dulcedinẽ diuinæ charitatis accepit. Hæc Petro di-
cente,dies exortus eſt,& ecce veniens quidã ex diſcipulis Simonis clamabat,
dicens:Obſecro te Petre,ſuſcipe me miſerum,à Mago Simone deceptum, cui
ego velut cœleſti Deo intendebam,pro his quæ ab eo fieri mirabilibus vide-
bam:Auditis tamẽ ſermonibus tuis,cœpit iam mihi homo videri, & quidẽ
malus.Veruntamẽ cùm hinc exiret,ego eum ſubſequutus ſum ſolus nõdum
enim ad liquidũ impietates eius agnoueram.Cùm aũt vidiſſet me ſubſequen
tem,beatũ me dicens,perduxit ad Domũ ſuã:circa mediũ verò noctis ait ad
me:Omnium te hominum faciam meliorem,ſi volueris vſq; ad finẽ perſeue
rare mecum:cui cum promiſiſſem, exigit à me iuramentum perſeuerantiæ,
eoq; accepto,impoſuit ſuper humeros meos polluta quædã & excrebilia ſe-
creta ſua,vt portarem,& ſequi me iuſſit.Vbi verò ventum eſt ad mare,naui-
B giũ quod fortè aderat,ingreſſ⁹id à ceruicibus meis quod portare me iuſſerat
ſumpſit.Et paulò poſt egreſſus,nihil extulit,certum quod in mare id iecerat:
rogabat aũt me,vt cum ipſo proficiſcerer, dicens ſe Romã petere , ibi enim
in tantũ placiturũ,vt Deus putetur , & diuinis publicè donetur honoribus.
Tũc,inquit,te oĩbus diuitijs repletũ,ſi huc redire placuerit,& pluribus fultũ
miniſterijs,mittã.Hæc ego audiens,& nihil in eo,ſecundũ hanc profeſſionẽ
videns, ſed Magum&deceptorem eſſe intelligens,reſpondi: Quæſo te ignoſ
ce mihi,qa pedes doleo,& ꝓpterea exire à Cæſarea nõ valeo:præterea eſt mi-
hi vxor,ſunt paruuli liberi,quos relinquere omninò non poſſum. At ille hæc
audiens,& ignauiæ me incuſans,profectus eſt contra Dorã,dicens:Cũ audie-
ris quanta mihi gloria erit in vrbe Roma,pœnitebit te.Et poſt hæc ipſe qui-
dẽ,vt aiebat,Romam petit,ego autem confeſtim redij huc,orans,vt me ſuſci
C pias ad pœnitentiam,quia ab eo deceptus ſum.Cùm hæc dixiſſet is, qui ã Si-
mone egreſſus eſt,iuſſit eum Petrus in atrio reſidere.Procedens autem ipſe,&
turbas plurimas videns,multò plures,quàm ſuperioribus diebus, ſtetit in lo-
co ſolito,& oſtẽdens eum qui à Simone venerat,ſermonẽ facere hoc modo
cœpit.Iſte fratres,quem oſtendo vobis, paulò antè venit ad me,de Simonis
mihi malis artibus nuncians,quomodo ipſam ſceleris ſui officinam proiece
rit in prufundum:nõ quaſi pœnitentia ductus,ſed metuens , ne deprehenſus
publicis legibus ſubiaceret.Rogabat autẽ hunc,vt dicit,munera immẽſa pol
licens,ſecum manere.Quem cum ſuadere minimè potuiſſet,tanquã ignauum
increpans,dereliquit,ipſe verò Romam petens.Cumq; hæc Petrus indicãſſet
turbis,ipſe qui regreſſus à Simone fuerat, publicè ſtans ſingula quæq; cœpit
populo exponere,de ſceleribus Simonis.Et cum grauiter ferrent,de his audie
D bant ꝑtes magicas geſta à Simone,ait Petrus:Nolite fratres grauiter ferre de
his quæ trãſacta ſunt,ſed obſeruate de futuris : quæ enim trãſierunt,iã finita
ſunt,quæ verò imminent,periculoſa ſuut his qui incurrerint : ſcandala enim
nunquã deerunt huic mundo,donec permittitur inimico agere pro volunta
te ſua,vt prudentes quiq; & intelligentes:aſtutias eius,ſuſcitatos ſibi ab eo ſu
perent agones.Hi verò qui negligunt diſcere quæ ad ſalutem pertinẽt animæ
ſuæ,iuſtus ab eo deceptionibus capiantur.Quia ergo,vt ipſi audiſtis,Simõ e-
greſſus eſt,aures gẽtilium qui ad ſalutem vocati ſunt, præuenire neceſſe eſt,&
me veſtigia eius inſequi,vt ſi quid fortè ab illo diſſipatum fuerit, corrigatur
à nobis .Sed quoniam iuſtum eſt de vobis maiorem ſolicitudinem geri , qui
iam intra muros vitæ continemini,quia quòd adquiſitum eſt,ſi pereat, dam-
num infert:quod autem nondum,ſi quidem inueniri potuerit, lucrum eſt:ſi

Simon arrare mecum.

tis ſuæ myſteria in mare proiecit.

Simon Romam proficiſcitur.

Mala præterita boni conſulẽda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus,hoc ſolùm damni eſt,quod lucrũ factũ non eſt. Vt ergo & vos magis B
in veritate firmemini, & gentes quæ ad ſalutẽ vocantur,non vſquequaq; poſ
ſint nequitia Simonis præueniri, cogitaui Zachæum vobis ordinare paſto-
rẽ:ego verò ipſe tres vobiſcum permanere menſes,& ita proficiſci ad gentes,
ne ampliùs morantibus nobis,& ſceleribus Simonis vſquequaq;granſlantib⁹
inſanabiles fiant.Hæc illo dicente,vniuerſus populus fleuit,audiens quòd p-
fecturus eſſet. At Petrus compaſſus eis,etiam ipſe lachrymas fudit, & in cœ
lum reſpiciens,ait:Tibi Deus qui cœlũ terramq; feciſti,& omnia quæ in eis
ſunt,precẽ ſupplicem fundimus,vt confugientes ad te in tribulatione ſua ſo
leris:propter affectũ enim quem habent erga te,diligunt me,qui veritatẽ tuã
adnunciaui eis:propter quod miſerationis tuæ dextera cuſtodi eos:nõ enim
Zachæus,nec alius quiſquam hominũ cuſtos eſſe eis idoneus poteſt.Hæc au-
tem & his ſimilia cùm dixiſſet Petrus, manibus ſuperpoſitis Zachæo, orauit F
vt inculpabiliter Epiſcopatus ſui ſeruaret officiũ.Poſt hęc duodecim presby
teros ordinauit,& diacones quatuor,& ait: Zachæum hunc vobis ordinaui
Epiſcopum,ſciẽs eum timorẽ Dei habere,& eruditum eſſe in ſcripturis: quẽ
quaſi Chriſti locum ſeruantem,honorare debetis,obedientes ei ad ſalutẽ ve-
ſtram,& ſcientes,quod ſiue honor,ſiue iniuria,quæ ei defertur,ad Chriſtum
redundat,& à Chriſto ad Deum. Audite ergo eũ attentius,& ab ipſo ſuſcipi
te doctrinã fidei:monita aũt vitæ à presbyteris,à diaconibus verò ordinẽ diſ
ciplinæ.Viduarũ religioſam curam gerite,pupillos exnixiùs iuuate,pauperi-
bus miſericordiam facite,iuuenes pudicitiam docete. Et vt breuiter totũ di-
cam,alterutrũ vos in quibus res popoſcerit,ſuſtentate.Deũ colite qui creauit
cœlum & terrã,Chriſto credite,inuicẽ diligite,miſericordes eſtote ad omnes
non verbo ſolo,ſed & opere & rebus implete charitatem. Et cũ hæc atq; his G
ſimilia præcepiſſet,pronunciauit ad populum,dicens:Quoniã tres menſes ſta
tui facere vobiſcum,ſi quis veſtrũ deſiderat baptizetur, vt exutus prioribus
malis,de reliquo pro bonis actibus hæres bonorũ cœleſtiũ,ex geſtis proprijs
fiat.Accedat ergo qui vult ad Zachæum,& ipſi det nomen ſuum,atq; ab eo
myſteria audiat regni cœlorum.Ieiunijs frequentibus operã impendat ac ſe-
metipſum in omnibus probet,vt tribus his menſibus conſummatis,in die fe-
ſto poſſit baptizari.Baptizabitur aũt vnuſquiſque veſtrũm in aquis perenni-
bus,nomine trinæ beatitudinis inuocato ſuper ſe, perunctus primò oleo per
orationẽ ſanctificato,vt ita demũ per hæc cõſecratus,poſſit percipere de ſan-
ctis.Et cũ multa dixiſſet de ratione baptiſmi,dimiſſis turbis,ad ſolitã ſe rece
pit manſionem:Ibiq; adſtãtibus ſibi duodecim,id eſt,Zachæo & Sophonia,
Ioſepho & Michæa,Eleazato & Phinees,Lazaro & Heliſæo,meClemente & H
Nicodemo,Niceta & Aquila,hoc modo proloquutus eſt:Conſideremus fra
tres quod iuſtũ eſt:debemus enim auxiliũ aliquod ferre gentibus,quæ ad ſa-
lutẽ vocatæ ſunt.Ipſi audiſtis quod Simon præcedere volens iter noſtrum p-
fectus eſt,quẽ oportuerat & è veſtigio inſequi, vt ſic vbi aliquos ſubuertere
tentaret,continuò confutaretur à nobis.Sed quoniã iniuſtũ mihi videtur, vt
derelictis his qui iã conuerſi ſunt ad Deũ,eorũ qui adhuc longè ſunt curam
pręferamus,rectum puto,tribus menſibus permanere me cum his, qui in hac
ciuitate conuerſi ſunt ad fidem,& firmiores eos efficere:nec tamen illos, qui
adhuc longè ſunt,penitus negligere,ne fortè ſi diu venenis peſſimæ doctrinę
inficiãtur,difficiliùs reuocẽtur.Et ideo volo,ſi tamẽ etiã vobis iuſtũ videtur,
vt p Zachęo,quẽ hic ordinauim⁹ Epiſcopũ,ſubijciatur in numero Beniamin
filius

Zachæus ordinatus Epiſcopus apud Cæſaream à Petro.

Manuũ impoſitio.

Quales debeant eſſe Epiſcopi.

Compendium præceptorum Petri ad diſcipulos ſuos.

Oleo in baptiſmo uſi ſunt in primitiua Eccleſia.

A filius Saba,& pro Clemente,quem decreui mecum ſemper eſſe,quia ex genti
bus veniens,audiendi verbi Dei grande deſiderium gerit.Ananias filius Safra.
Pro Niceta verò,& Aquila,qui nuper conuerſi ſunt ad fidem Chriſti, Rube-
lus Zachæi frater,& Zacharias ſtructor. Iſtis ergo quatuor pro his quatuor
ſubſtitutis expleri volo duodecim numerũ, vt me in ipſis ſemper ſecum eſſe
ſentiat Simon.Sequeſtratis igitur me Clemente,& Niceta & Aquila,ad illos
duodecim ait:Volo vos poſt diẽ caſtrinũ proficiſci ad gẽtes,& veſtigia Simo
nis inſeq,vt oĩaquæ agit,manifeſta mihi faciatis:ſed & propoſitum ſingulo-
rum diligenter requirite,& me ad futurũ ſine mora eis adnunciate & ne mul
ta vobis dicam,per omnia inſtruite gentiles expectare aduentum meũ. Cũq;
hæc atq; his ſimilia dixiſſet,etiam vos,inquit,fratres,ſi quid vobis ad hæc vi
detur,dicite:ne fortè non ſit rectum quod mihi ſoli placet. Tum omnes vna
B voce collaudantes eum, Rogamus magis,aiebant,vt pro arbitrio tuo cuncta
diſponas,& quod tibiipſi videtur iubeas:hoc enim putamus eſſe op⁹ integrũ
pietatis,ſi quę tu iuſſeris,impleamus.Igitur ſtatuto die cùm ſtetiſſent ante Pe
trũ,ne arbitreris,aiunt,Petre,paruum nobis indici mœrorem, quòd ſtaudamur,non audientes te per menſes tres,ſed quoniã hoc expedit agere quod tu XII *diſcipuli Petri mittuntur ad prædicandum.*
iubes,obediemus promptiſſimè:ſemper ergo vultũ tuum in noſtro corde re-
tinentes,ſicut iuſſiſti,alacres proficiſcimur.At ille oratione pro eis ad Domi
num fuſa,emiſit eos.Et cũ profecti fuiſſent illi duodecim,qui præmiſſi ſunt,
Petrus ingreſſus,ex more in loco diſputationis ſtetit. Conuenerat aũt populi
multitudo,copioſior numerus quàm ſolebat,& oẽs cũ lachrymis intuebantur eũ,pro eo,quod pridie ab eo audiſſent,profecturũ ſe Simõis gratia.Sed &
ipſe lachrymantes eos videns ſimilia patiebatur,licet conaretur occultare,&
C inhibere lacrymas:prodebatur tamẽ ex tremore vocis,& interruptione ſer-
monis,quod ſimili augeretur affectu. Verũtamẽ manu confricans frontẽ,æ-
quo animo,inquit,eſtote fratres,& miſericordes animas veſtras cõſilij ratõe
ſolamini,referentes omnia ad Deum,cuius ſolius implenda,& omnibus præ-
ferẽda volũtas eſt.Nã ſi verbi gratia ponamus,quod pro affectu quẽ erga vos
gerimus,cõtra volũtatẽ eius agentes,reſideamus vobiſcum,nunquid non po-
teſt miſſa in me morte,profectionẽ mihi à vobis inducere longiorẽ? Et ideo
meliùs eſt,vt hanc breuiorẽ cum voluntate ipſius impleamus,vt pote quibus
definitum eſt,in omnibus obedire Deo:vnde & vos debetis ſimili obedientia
parere ei,quippe qui etiam me,non alia ex cauſa,niſi pro ipſius amore diliga
tis.Vt ergo amici Dei,voluntati eius obtẽperate,ſed&vos ipſi probate quòd
iuſtum eſt.Nunquid non impium videbatur,ſi cùm vos Simon deciperet,ego
D non veniſſem ad vos,detentus à fratribus qui erãt in Hieruſalem, & quidem
cùm haberetis apud vos Zachæum,virum bonum, & in ſermone expeditũ?
Ita ergo & nunc impium iudicate,ſi cum exierit Simon ad gentes impugnã-
das,quibus nullus omninò defenſor eſt,ego nõ ſubſequar, detentus à vobis.
Propter quod obſeruemus,ne fortè affectu iniuſto,voluntatẽ maligni faci- *Non facile relinquendi ſunt parentes aut uxores Euangelij prætextu.*
amus. Interim tribus,vt dixi,menſibus permanebo apud vos:eſtote aſſidui ad
audiendum verbum:&conſumatis his,ſi qui poſſunt,& volunt ſequi nos,p-
mittitur eis,ſalua pietate.Quod autem dico ſalua pietate,hoc eſt,ne quem di
ſceſſu ſuo contriſtet qui contriſtari non debet,vel parentes relinquens,quos
non oportet,vel vxorem fidelem,vel ſi quæ ſunt huiuſmodi perſonæ, quibus
propter Deum deferri ſolatium conuenit.Intereà per dies ſingulos diſputans
& docens,propoſitum tempus in doctrinæ labore eõpleuit.Et cùm aduenis-
ſet dies

Universidad de Deusto
Biblioteca

set diès festus, super decem millia baptizati sunt. In illis autem diebus episto E
la mittitur à fratribus qui præcessarant, in qua Simonis scelera continebantur, quomodo per ciuitates deciperet turbas, & Petrum per singula laceraret, ut cùm fortè aduenisset, nullus ei accommodaret auditũ. Adsrebat enim eum Magum esse, & sine Deo, iniuriosum, callidum, imperitum, & impossibilia profitentẽ. Mortuos enim resurrecturos adserit, quod est, inquit, impossibile. Si qui verò eũ confutare velit, occultis ab eo insidijs perimitur per satellites eius: propter quod, inquit, & ego cũ eum superâssem, & triumphâssem, insidias eius veritus, fugi, ne fortè maleficijs me perimeret, aut mortem meã per insidias elocaret: indicabant autem maximè eum apud Tripolim demorari. Igitur Petrus epistolam recitari populo iubet, & post lectionẽ adloquutus eos, de oĩbus plenissimè instruxit: præcipuè tamen vt obedirent Zachæo, quem eis ordinauit Episcopum. Sed & presbyteros & diaconos populo, & ip F
sis nihilominus populum cõmendauit: simulque denuncians, quòd apud Tripolim hyematurus esset. Commendo vos, inquit, gratiæ Dei, crastino cũ voluntate Domini profecturus. Per totos autem tres menses quos apud Cæsareã doctrinæ causa exegimus quæcunq; apud populum differebat per diem, hæc nobis secretò lucubrantibus secum, pleniùs & perfectiùs explanabat, tanquã fidelioribus, ac sibi liquidò probatis. Simul & imperat mihi, quia intellexit me studiosiùs quæ audirem memoria cõmendare, libris singula quæque quę memoratu digna videbantur comprehẽdere, & mittere ad te mi Domine Iacobe, sicut & feci, parens eius præceptis. Primus ergo liber ex his quos priùs misi ad te, continet de verbo Prophetæ, & de proprietate intelligentiæ legis, secundum id quod Moysi traditio docet. Secundus de principio continet, v- G
trum vnum sit principium, an multa: & quod non ignoret Hebræorum lex, quid sit immensitas. Tertius de Deo, & his quæ ab eo instituta sunt. Qartus quod cũ multi dicantur Dij, vnus sit verus Deus secundum testimonia scripturarũ. Quintus quòd duo sint cœli, quorũ vnũ sit istud visibile firmamentũ quod & transibit: aliud verò æternum & inuisibile. Sextus de bono & malo & quod bono cũcta subijciantur à patre, malum aũt quare, & quomodo, & vnde sit, & quòd cooperetur quidem bono, sed non proposito bono, & quæ sint signa boni, quæ verò mali, & quæ sit differentia dualitatis & coniugationis. Septimus, quæ sint quæ prosequuti sunt duodecim Apostoli apud populũ in tẽplo. Octauus de verbis Domini quę sibi videntur esse contraria, sed nõ sunt, & quæ sit horũ absolutio. Nonus, quia lex à Deo posita est, iusta sit, & p-
fecta, & quę sola possit facere pacẽ. Decimus de natiuitate hoĩnũ carnaliũ, & H
de generatione quę est per baptismum, & quę sit in homine carnalis seminis successio, & quæ animæ eius ratio, & quomodo in ipsa est libertas arbitrij: quæ quoniã nõ est ingenita, sed facta est, immobilis à bono esse non poterat.

Negotiũ scribendi à Petro iniũctum Clementi.

Librireco gnitionũ.

De his ergo singulis quæ apud Cęsaream disserta sunt à Petro, iubente, vt dixi, ipso, decem conscripta ad te transmisi volumina. Nos autem die postera, vt statutum fuerat, cum aliquantis qui Petrum sequi decreuerant, fidelibus viris, à Cæsarea proficiscimur.

RECOG-

A

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER QVARTVS, RVfino Torano Aquileiense interprete.

B PRofecti à Cæsarea, vt Tripolim pergeremus, apud Dorã breue oppidum, primã fecimus mãsionẽ, quia nec longè aberat. Et omnes penè, qui per sermonẽ Petri crediderant, diuelli ab eo satis ęgrè habebant, sed pariter incedẽtes, dum iterũ videre, iterũ cõplecti iuuat, iterum conferre sermonẽ, ad diuersorũ peruenimus. Sequẽti verò die venimus Ptolomaidã, vbi decẽ dies demorati, cùm aliquanti verbũ Dei recepissent, nonnulli eorũ qui adtentiores videbantur, & diutiùs detinere nos doctrinæ gratiã cupiebant, Tripolim, si hoc velint, vt sequerentur indicauimus. Similiter & apud Tyrum ac Sydonam & Berythum fecimus, & his qui pleniùs desiderabant audire sermonem, apud Tripolim nobis hyemandum denunciauimus. Igitur cùm ex singulis ciuitatibus studiose quiq; comitarentur Petrum, electorum multitudo plurima ingredimur Tripolim. Continuò autem ante portas ciuitatis fratres, qui pręmissi fuerant, occurrunt, & suscipientes nos abducunt per hospitia quæ præparauerant. Commotio autem & concursus plurimus fiebat in ciuitate, desiderantium videre Petrum. Et cùm venissemus C
ad Domum Maronis, in qua Petro fuerat præparatum, conuersus ad turbas, post diem crastinum sermonem se ad eos promisit facturum. Igitur qui præmissi fuerant fratres, omnibus qui nobiscum venerant hospitia diuidunt. Petrus verò Maronis Domum ingressus, cùm rogaretur cibum sumere, nequaq̃ se facturum respondit, nisi prius scisset, si omnes qui eum fuerant comitati, hospitijs requiescerent. Comperit autem à fratribus qui præmissi sunt, quia à ciuibus, pro desiderio quod erga Petrum conceperant, non solum hospitijs, sed & omni humanitate suscepti sint, in tantùm, vt & contristarentur aliquãti, quibus defuêre quos susciperent. Ita enim omnes paratos fuisse, vt si multò plures venissent, adhuc tamen suscipiendos magis quàm suscipientes fuisse defuturos. Super his Petrus valde delectatus, collaudauit, & benedixit eos, ac secum manere iussit. Ipse verò cùm lauisset in mari, cibo sumpto, quieuit
D in vespera. Et ex more, pullorum cantibus surgens, vespertino adhuc lumine perdurante, cunctos inuenit vigilantes: eramus autem omnes cum eo sedecim, Petrus & ego Clemens, Niceta & Aquila, & illi qui præcesserãt duodecim. Salutans itaque, vt solebat, Petrus ait: Hodie quia alijs occupati non sumus, nobis simus. Et ego quidem vobis, quæ apud Cæsaream, post digressum vestrum gesta sunt, enarrabo. Vos autem mihi quæ hîc à Simone perpetrata sunt indicate. Et cùm de his ab alterutro sermo crederetur, illucescente die, ingressi quidam de familiaribus, nunciant Petro, quòd Simon vbi eum didicisset ingressum, per noctem profectus esset, Syriam tendens. Turbæ autem diem hanc, inquiunt, quam interposuisti eis, desiderio tui longissimum sibi esse tempus opinantur: denique non ferentes stant ante ianuam, inter se inuicem de his quæ audire cupiunt, conferentes, & te ante præfinitum tempus

Simon reformidans Petri conspectum dilabitur in Syriam.

I omni-

Universidad de Deusto Biblioteca

omnimodis se visuros sperant, quantoque magis dies clarescit, multitudi- E
nes colliguntur, & audituros se sermonem tuum, nescio vnde præsumentes,
certissimè confidunt. Nunc ergo quod tibi videtur, iube vt dicamus eis: ab-
surdum nanque est tantam multitudinem conuenisse, & discedere cum mœ-
stitia, quippe si responsa eis nulla reddantur. Non enim cogitabunt, quòd
ipsi statutum non expectauerint diem, sed quòd à te magis videantur esse
Matth. 9. contempti. Tum Petrus admirans ait: Videtis fratres, quomodo vnusquis-
que sermo Domini propheticæ dictus, impletur. Memini enim dixisse eum:
Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis,
Matth. 8. vt eijciat operarios in messem suam. Ecce ergo nunc quæ in mysterio prædi-
cta sunt, adimplētur. Sed & quod dixit, multi veniēt ab oriente, & occidēte,
à septentrione, & meridie, & recumbēt in sinibus Abrahā, & Isaac, & Iacob:
etiam hoc pariter, vt videtis expletur. Propter quod deprecor vos cōseruos, F
& adiutores meos, vt discatis attentiùs prędicandi ordinem, & absolutionū
vias, vt possitis saluare animas hominum, quæ occulta dei virtute, quem de-
beant diligere, prius etiam quam doceantur, agnoscunt. Videtis enim eos,
quasi bonos seruos desiderare eum quem sibi sperant aduentum sui Domini
Proprium Hebræorū munus factum est et gentibus commune. nunciare, vt possint voluntatem eius, didicerint implere. Desiderium ergo au
diendi verbi Dei, & voluntatem eius quærendi, ex Deo habent: & hoc est ini
tium doni Dei quod gentibus datur, vt possint per hoc doctrinā recipere ve-
ritatis. Sic enim & Hebræorum populo ex initio datum est vt diligerēt Moy-
sen, & crederent verbo eius. Quod ergo fuit proprij muneris à Deo erga He-
bræorum gentem, hoc nunc videmus dari etiam his qui ex gentibus conuo-
cantur ad fidem. Operum verò ratio, protestati & arbitrio vniuscuiusq; per-
Matth. 7. mittitur: & hoc ipsorum est proprium, hoc à patre cœlesti donatum est, vt vo G
luntatem eius, cuius amorem & desiderum, Deo largiente, conceperis, facias:
ne dicatur ad te ille sermo eius quem dixit: Quid autem dicitis mihi Domi-
ne Domine, & non facitis quæ dico? Est ergo proprij muneris à Deo cōcessi
Matth. 11. Hebręis, vt Moysi credant: gentibus autem, vt Iesum diligant. Hoc enim indi-
cabat & magister, vbi ait: Confitebor tibi pater Domine cœli & terræ, quia
occultâsti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelâsti ea paruulis, per quod
Saluantur non qui agouerint Deum sed qui uoluntatem eius fecerint. vtiq; declaratur, quia Hebræorum populus qui ex lege eruditus est, ignorauit
eum. Populus autem gentium agnouit Iesum & veneratur, propter quod &
saluabitur, non solùm agnoscens eum, & voluntatem eius faciens. Debet au-
tem is qui ex gentibus est, & ex Deo habet, vt diligat Iesum, proprij habere
propositi, vt credat & Moysi. Et rursus Hebræus qui ex Deo habet, vt credat
Moysi: habere debet, & ex proposito suo, vt credat in Iesum, vt vnusquisque H
Matth. 33. eorum, habens in se aliud diuini muneris, aliud propriæ industriæ, sit ex vtro
que perfectus. De tali enim dicebat Dominus noster viro diuite, qui profert
de thesauris noua & vetera. Sed de his satis dictum: vrget enim tempus, &
populi religiosa deuotio inuitat nos, ad ipsos facere sermonem. Et cum hæc
dixisset, requirebat vbi oportunus esset locus ad disputandum. Et Maro ait:
Est mihi ædes amplissima, quæ plus quàm quingētos recipiat viros: est & hor
tus intra Domum: aut si in publico aliquo placet loco, hoc magis omnes de-
siderant, nemo enim est, qui non cupiat vel faciem tuam vadere tantum. Et
Petrus: Ostende mihi, inquit, ædem vel hortum. Et cùm vidisset ædem ingre-
diebatur, vt & hortum perspiceret, & subitò omnis multitudo, quasi ab ali-
quo euocata, cum festinatione ingressa est Domum, atque inde ad hortum
prorupit

A prorupit, vbi iam stabat Petrus, considerans quis esset aptus ad disputandum
locus. Vt autem vidit turbas velut ingentis fluuij inundâsse lenem meatum,
ascendens supra basim quandam, quæ fortè iuxta horti parietem stabat, pri-
mò, religionis more, populum salutauit: quidam autem ex his qui aderant,
& multo tempore à dæmonibus fuerant fatigati, in terram proruunt, obse-
crantibus spiritibus immundis, vt vel vno die indulgeretur eis in obsessis cor
poribus permanere: quos Petrus increpans, iussit abscedere, & sine mora di-
scesserunt. Post hos alij longis afflicti languoribus, rogabant Petrum, vt re-
ciperent sanitatem, pro quibus se supplicaturū Domino pollicetur, cū prius
sermo doctrinæ fuisset expletus. Sed statim vt promisit, languoribus resoluti
sunt, & iussit eos seorsim residere cum his qui à dæmonibus fuerant curati,
quasi post laboris fatigationem. Intereà dum hæc aguntur, plurima multitu-
B do conuenit, quos non solùm desiderium Petri, sed & sanitatum, quæ perpe- *Oratio Petri.*
tratæ fuerant, fama pertraxerat. At Petrus manu quiescere populum docens,
& turbas in tranquillitate componens, hoc modo fecit exordium. Incipien-
ti de vero Dei cultu facere sermonem, necessarium mihi videtur, eos qui non
dum de hoc aliquid scientiæ consequuti sunt, primò omnium docere,
per omnia inculpabilem ponendam esse diuinam prouidentiam, per quam *Principiū Christiāismi est, credere puidentiā diuinam, eāq; inculpabilem.*
mnudus regitur & gubernatur. Hunc autem nobis exordij titulum dedit
præsentis operis ratio, & eorum quos Dei virtus sanauit occasio, vt osten-
damus, quòd recta ratione quamplurimi à diuersis dæmonibus obtinentur,
vt per hoc appareat iustitia Dei. Inuenietur enim omnium penè malorum
mater esse ignorantia. Sed iam veniamus ad causam. Deus cùm fecisset homi-
nem ad imaginem & similitudinem suam, operi suo spiramen quoddam, &
C odorem suæ diuinitatis inseruit, vt per hoc participes facti mortales vnige-
niti eius, per ipsum etiam amici Dei & filij adoptionis existerent: vnde &
qua via id possint adipisci, ipse eos, vt Propheta verus edocuit, sciens quibus *Præcipuū cultus Dei cōsistit in mente pura.*
actibus hominum delectaretur pater. Vnus itaque apud homines tunc Dei
cultus erat, mens pura & spiritus incorruptus. Et ob hoc, omnis creatura hu-
mano generi fœdus inuiolabile conseruabat. Ob reuerentiam nanq; creato-
ris, nulla ægritudo in eos, nullū vitium corporis, nulla ciborū dominata cor-
ruptio est: ex quo fiebat, vt mille annorū ætas in fragilitatem non incideret
senectutis. Sed vbi vita laboris expers, bonorū perseuerantiam non putauit
diuina largitiōe, sed rerū sorte concessam, & sine vllo sudore diuinæ amœni
tatis delitijs pfrui, Naturæ debitū, & nō Dei bonitatis munus accepit, in cō-
trarias p hæc hōines & impias cogitationes, ocio docente, perueniunt, putā-
D tes Deorū sibi vitam, nullis laboribus, nullisq; meritis natā. Hinc proficiunt
in deteriùs, vt neq; prouidentia Dei mundum regi crederent, neq; virtutibus
esse aliquem locum quandoquidē semetipsos scirent, nullis prius bonis ope-
ribus adsignatis, ocij ac deliciarum summā tenere, & amicos Dei absq; vllis
laboribus haberi. Iustissimo itaq; Dei iudicio, in huiusmodi cogitationū va-
nitate languentibus, labores & adflictiones pro remedio conferuntur. Vbi *Afflictiones dantur aliquando pro remedio.*
ergo adfuit labor ac tribulatio, deliciarum & amœnitatis exclusi sunt loco.
Terra aūt cœpit nihil eis sine labore producere, & tunc conuersa in homini-
bus cogitatio creatoris sui requirere cōmonetur auxilium, & orationibus ac
votis præsidia inuitare diuina. Et ita factū est, vt cultum Dei quem pro bonis
neglexerant, recuperarent pro malis, & cogitationes in Deū, quas puerterat
indulgentia, emēdaret adflictio. Sic ergo diuina prouidentia hoc esse vtilius

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominibus videns, vias benignitatis & abundantiæ, tanquam quæ læderent, E
subtrahit ab hominibus, & vexationis iter ac tribulationis inducit. Sed vt
ostenderet, quia hæc pro ingratis agerẽtur, vnũ quendã ex illis, qui primitus
Enoch. cœperant esse mortales, quod eum gratiæ suæ non immemorẽ vidit, & quia
sperauit inuocare nomen Domini, ad immortales transtulit: cæteris, qui in
tantum ingrati extitere, vt nec laboribus & tribulationibus emendari & cor
Noe. rigi possint, grauissima morte damnatis. Inuenit tamẽ & inter ipsos vnũ quẽ
dam cum domo sua iustum, quem reseruaret, præcepto ei dato, vt fabricaret
arcam, & in ea cum diluuio cuncta necarentur, ipse cum his quibus præceptũ
fuerat, posset euadere, quo impijs inundatione aquarũ peremptis, purificatio
Lex uiuẽdi à Deo data post diluuium. nem mundus acciperet, & is qui ad prosperitatem generis fuerat reseruatus,
per aquam mundus effectus, mundum denuò repararet. Sed his omnibus ge-
F
nitis, rursus homines ad impietatem vertuntur, & propter hoc à Deo ponitur
lex quæ viuẽdi modũ doceret: sed procussũ tẽporis, Dei quidẽ cultus & iusti
tia, ab infidelibus & impijs corrũpitur, sicut paulò pòst apertiùs ostendemus.
Peruersæ autem & erraticæ religiones introducuntur, quibus se pluri-
ma pars hominũ per occasionem feriarum, & solennitatũ dederunt. Potus
instaurantes, & conuiuia, tibiásque ac fistulas, & citharas, ac diuersa genera
Festi dies Ethnicorum. musicorum sectantes, & semetipsos per omnia temulentiæ, ac luxuriæ propi
nantes. Hinc omnis error accepit originem, hinc lucos, & aras, hinc coronas
& victimas reperêre, & post ebrietatẽ, quasi limphaticis motibus agi: ex hoc
iã potestas dęmonijs data, ingrediendi huiuscemodi mẽtes, vt choros duce-
re insanos, & Baccho furere viderentur: hinc fremere dentibus, & mugire de
profũdis visceribus inuẽtũ: hinc terribilis vultus, & ferus in hominibus aspe-
ctus, vt is quẽ temulẽtia subuerterat, ac dæmõ instigauerat, numine repletus G
à deceptis & errãtibus crederetur. Vnde cũ tã multæ in hunc mundũ falsæ &
erraticæ religiones essent introductæ, missi sumus nos, deferẽtes vobis tãquã
boni negotiatores, à patribus traditum & conseruatum veri Dei cultum, cu-
ius quasi semina quædã vobis hæc verba respergimus, & in vestro iudicio po
nimus quod rectum videtur eligere: Si enim recipiatis quæ nostra sunt, non
solùm ipsi incursiones dæmonis effugere, sed & ex alijs eas effugare poteritis,
simul & æternorũ bonorum præmia consequimini. Qui autem contempse-
Bacchi numen. rint recipere quæ dicuntur à nobis, in præsenti quidem vita, diuersis dæmoni
bus & ægritudinũ vitijs subiacebunt: Post excessum autẽ corporis, etiam ani
mæ eorũ cruciabuntur in perpetuũ. Deus enim non solum bonus, sed & iu-
stus est: nam si semper bonus sit & nunq̃ iustus est, vt reddat vnicuiq; proge-
stis suis, bonũ inuenietur iniustũ. Iniustũ nanq; est, si ita apud eũ habeatur im H
pius, sicut & pius. Igitur dæmones, sicut paulò antę diximus, cùm occasioni-
bus acceptis, ingerere se potuerunt per malos & turpes actus corporibus ho-
Quamobrem dæmões gaudeant immergi humanis corporibus. minum, si multo tempore permaneant in eis per negligentiã ipsorum, quia a-
nimæ suæ quod est vtile, non requirunt, necessariò cogunt eos habitantium
in se dæmonum de reliquo facere voluntates. Quod autem est omnium dete
riùs, in consummatione seculi, cùm dæmon ille igni tradetur æterno, necessa
riò & anima quæ ei paruit, cum ipso ęternis ignibus cruciabitur, vna cum
corpore suo quod polluit. Dęmones autem habere desiderium immergen-
di se corporibus hominum hęc causa est. Spiritus sunt habentes propositum
conuersum ad malitiam: per cibos ergo & potus immoderatos, ac libidinẽ
perurgent homines ad peccatum: eos tamen qui peccandi propositum ge-
runt:

A runt: qui dum videntur necessaria naturæ velle complere, non tenentes mo-
dum per nimietatem, ingrediendi in semetipsos dæmonibus faciunt locum.
Donec autem naturæ mensura seruatur, & modus legitimus custoditur, Dei
clementia ingrediẽdi in homines nõ eis tribuit facultatẽ. Vbi verò aut mens
ad impietatem declinauerit, aut corpus immoderatis cibis ac potibus adim-
plebitur, tanquam voluntate & proposito eorum qui se ita negligunt, in-
uitati, quasi aduersum eos qui à Deo positam legem soluerint, accipiunt fa-
cultatem. Videtis ergo quantum valeat agnitio Dei, & diuinæ religionis ob-
seruantia, quę non solùm defendit credentes ab incursionibus dæmonij, ve-
rùm & imperare eos facit his qui cæteris dominantur. Et ideo necessarium
vobis est qui estis ex gentibus, confugere ad Deum, & obseruare vos ab omi
immũditia, vt expulsis dæmonibus, Dei habitatio fiat in vobis. Simul & ora-
B tionibus commendate vos Deo, & interpellate eum aduersum impudentiam
dæmonum: credentes enim, quæcunq; petieritis, accipietis. Sed & ipsi dæmo *Mat. 21.*
nes quantò viderint fidem crescere in homine, tantò ab eo refugiunt, in ea
solum parte residẽtes, in qua adhuc aliquid infidelitatis resederit: ab his ve-
rò qui plena fide credunt, absq; vlla remoratione discedunt. Anima em̃ cùm *Fides dæmones fugat.*
venerit ad fidem Dei, cœlestis aquæ virtutem consequitur, per quam dæmo-
nem tanquàm scintillam ignis extinguat. Est ergo fidei mensura, quæ si inte-
gra sit, ex integro de anima dæmonẽ fugat: si verò minus aliquid habeat, resi
det adhuc aliquid de portione dæmonis in portione infidelitatis: & est plu-
rimus labor, vt intelligat anima, quando, aut qualiter, si plenè, aut minus ple-
nè ex se fugatus sit dæmon. Si enim in aliqua parte resederit, cum tempus in-
ueniet, cogitationes subijcit cordibus hominum, & illi nescientes vndè hæc
C veniant, suggestionibus dæmonũ, quasi animæ suæ sensibus credũt: suggerũt
ergo alijs, occasione corporeæ necessitatis delitias sequi, aliorũ iracundiam
excusant per abundantiã fellis, aliorũ insaniã nigri fellis vehemẽtia colorãt,
sed & stultitiã quorundã pro multitudine phlegmatis extenuãt. Quod & si
ita esset, tamen hæc singula molesta corpori esse non possent, nisi ex ciborũ
potuumq; nimietate, qui cum iusto amplius sumũtur, abundantia eorũ quã
decoquere naturalis nõ sufficit calor, crudescit in venenũ quoddã, idq; visce
ribus venisq; omnibus sentinę in modum redundãs, motus corporis insanos
reddit & turpes. Propter quod in omnibus est obtinenda parsimonia, vt neq;
dæmonibus locus detur, neq; aĩa ab eis obsessa vnà cum ipsis tradatur æter-
nis ignibus crucianda. Est & alius error dæmonum, quem subijciũt sensibus
hominum, vt putent se ab his qui dicuntur Dij, perpeti quæ patiuntur, quo p
D hæc, sacrificia offerentes & munera, quasi repropitiantes eos, cultũ fallæ re-
ligionis adfirment, nos verò refugiant qui pro salute eorum satagimus, vt ab
errore liberentur: sed hoc, vt dixi, faciunt, ignorantes quod dæmones ista si-
bi suggerant ne saluentur. Est ergo in potestate vniuscuiusq;, quia liberi arbi
trij factus est homo, vtrum nobis velit audire ad vitam, an dæmonibus ad in-
teritum. Alijs etiam dæmones in visu per diuersas imagines apparentes, in-
terdum minas intendunt, interdum sanitates incommoditatibus pollicen-
tur, vt his quos decipiunt, Deorum nihilominùs de se inserant opinionem,
& quod sint dæmones ignoretur. Sed nos non latent, sciẽtes mysterium
creaturæ, & quam ob causam dæmonibus hæc agere in præsenti seculo per-
mittatur, vt vel transformari eis liceat in quas volunt imagines, vel suggere-
re prauas cogitationes, & inserere se per cibos & potum sibi consecratum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentibus vel corporibus eorum, qui ex eo ſumpſerint, vel ad idoli alicuius E
venerationem ſomnia vana confingere. Et tamẽ quis ita ſine ſenſu inuenitur,
cui perſuaderi debeat, vt idolũ colat, ſiue illud ex auro, ſiue ex quolibet me-
tallo factum ſit, cui nõ palàm eſt id eſſe illud metallum quod artifex voluit?
Quomodo ergo ineſſe ibi diuinitas putanda eſt, quòd ſi noluiſſet artifex, o-
mninò non eſſet? aut quomodo inde futura ſibi adnunciari ſperent, vbi nec
pręſentium aliquis intellectus eſt? Quamuis etiamſi aliquid diuinarent, non
cõtinuò Dij haberi poſsint: quia aliud eſt diuinatio, aliud diuinitas. Nam &
Phytones diuinare videntur, & non continuò Dij ſunt: deniq; à Chriſtianis
hominibus effugantur: & quomodo Deus eſt, qui fugatur ab homine? Sed
dicis fortaſſe: quid, quòd ſanitates efficiunt, & quomodo quis curetur o-
ſtendunt? Hac ratione colendi ſunt etiam medici vt Dij, multos enim ſanant,
& quantò quis peritior fuerit, tantò plures ſanabit. Vnde conſtat, iſtos cùm F
ſint dæmonici ſpiritus, & multò citiùs, ſcire aliqua, & multò perfectiùs: nõ
enim ad diſcendum tarditate corporis degrauantur. Et ideo quæ medici lon
go tempore, & labore plurimo adſequuntur: hæc illi, tanquam ſpiritus, abſq;
mora vlla, & abſq; difficultate cognoſcunt. Non ergo mirum eſt, ſi plus ali-
quid quàm homines ſciunt: ſed hoc intuendum eſt, quòd ea quę ſciunt, non
ad ſalutem ſed ad deceptionem proferunt animarum, vt per hæc eas cultum
falſæ religionis edoceant. Sed Deus, ne tantæ deceptionis error lateret, & er-
rantibus ipſe cauſa videretur exiſtere, qui tantũ eis licere permiſit, vt per di-
uinationes, & per curationes, per ſomnia decipere homines poſſint, clemẽtię
ſuæ remedium prouidit hominibus, & diſtinctionem falſi veriq; ſcire cupi-
entibus, in propatulo poſuit. Eſt ergo iſta diſtinctio: Quod à vero Deo dici-
tur, ſiue p Prophetas, ſiue per viſiones diuerſas, ſemper verum eſt: quod aũt à G
dæmonibus prædicitur, nõ ſemper verum eſt. Eſt ergo euidentis indicij, non
à vero Deo dici ea in quibus aliquãdo mendacium eſt, in veritate enim nun-
quam mendacium eſt: in his autem qui mentiuntur, poteſt aliquando & ve-
ritatis aliqd admiſceri, per quod mendacia condiantur. Quòd ſi dicat aliqs:
quid enim opus erat hoc ipſum, vt eis permitteretur, vel aliquãdo verũ dicere
& per hoc tantũ errorẽ mortalibus introduci? Audi adhęc: ſi eis nunq̃ fuiſſet
indultũ veri aliqd dicere omninò, nec p̃dicerent aliqd: nõ p̃dicentes aũt, nec
quòd eſſent dęmones, cognoſcerẽtur. Quòd ſi ignorarẽtur eſſe dæmones in
hoc mũdo, agõis noſtri & cettaminis nos cauſa latuiſſet, & pateremur palàm
quę geruntur in occulto: quippe ſi agendi tantùm aduerſum nos, & nihil lo-
quendi facultas eis conceſſa videretur. Nunc aũt vbi aliquando vera, aliquan
do falſa dicuntur, debemus agnoſcere, vt ſuperius dixi, dæmonũ, & non Dei H
eſſe reſponſa, apud quem mendaciũ nunquã eſt. Quòd ſi curioſius quis pro-
grediens dicat: Quid enim opus erat huiuſmodi mala à Deo fieri, quibus ad
ſubuertendas mentes humanas tanta eſſet intentio? Hæc proponenti reſpõ-
debimus: requirendum eſſe primò omnium, ſi eſt aliquid in ſubſtantia malũ.
Et quamuis ſufficeret dicere ad eum, quia non eſt conueniens, vt creatura iu-
dicet creatorẽ, ſed illius eſt iudicare opus alienũ, qui aut ſimilis artificij, aut
ſimilis potẽtiæ eſt, tñ circuitiõibus vtamur: abſolutè dicimus in ſubſtãtia ni-
hil eſſe mali. Quòd ſi ita eſt ſubſtantiarũ cõditor fruſtrà culpatur. Sed occur
res mihi & dices: Etiãſi ex arbitrij libertate in hoc ventũ eſt, nunqd ignora-
bat ille q̃ creabat eos, q̃ in malũ declinaturi eſſẽt quos creabat? oportuit ergo
nec creari eos, quos deuiaturos ab itinere iuſtitiæ p̃uidebat. Audiãt ad hæc q̃

Phytones diuinatorij ſpiritus.

Verum à falſo quo modo diſcernatur.

Iniquũ eſt creatorẽ à creatura iudicari.

ita

A ita propponunt, quod huiuſcemodi adſertionibus illud volũt oſtẽdere, cur
non malitia eorum qui nondum erant, bonitatem vicerit creatoris. Si enim
volens implere numerum & menſurã creationis ſuæ, extimuiſſet eorum qui
fururi erant, malitiam, & quaſi qui aliam nullã inuenire viam remedij ac me-
dicinę potuiſſet, niſi hoc ſolum vt retraheret ſe à proproſito creandi, ne ſibi
adſcriberetur malitia eorum qui futuri erant, quid aliud per hæc doceretur,
niſi indigna paſſio, & indecora fragilitas conditoris? quia ita pertimuit eorũ
actus qui nondũ erant, vt à propoſita cõditione ceſſaret. Sed his procul amo-
tis, illud animo contemplemur: quia Deus vniuerſitatis conditor, conditio-
nis ſuæ futuras differentias pręuidens, vnicuiq; creaturæ ſecundum proprios
motus, quos ex arbitrij libertate p̃ferebat, p̃ſpexit, & præuidit diuerſos ordi
nes, atq; officia differentia, & cùm vnius eſſent ſubſtantiæoẽs ſecundũ crea-
B turæ rationẽ, eſſet tñ diuerſitas in ordinibus & officijs ſecundũ proprios ani
morũ motus, ex arbitrij libertate proferendos. Præuidebat ergo futuras in
creaturis culpas, & iuſtitiæ eius ratio poſcebat, vt emendationis cauſa culpas
pœna ſequeretur. Oportuit ergo eſſe & pœnarum miniſtros, quos tantum li
bertas arbitrij in hunc ordinem traheret: præter hæc autem & debuerunt ha
bere quos vincerent hi, qui agones ſuſceperant, cœleſtium præmiorum. Sic
ergo nec ea quæ putãtur mala, vacant ab vtilitate, dum victi his à quibus vin-
cuntur, licet inuiti, præmia æterna cõquirũt. Sed de his iſta ſufficiãt, proceſſu
em̃ temporis etiã ſecretiora pãdentur. Nunc ergo quoniã nondũ intelligitis
quãta vos ignorantiæ caligo circũſtet, interim vobis volo exponere, vnde co
lẽdi idola exordiũ mũdo huic datũ ſit. Idola aũt dico exanima ſimulacra q̃
colitis, ſiue lignea, ſiue fictilia, ſiue lapidea, vel ęrea, vel ex qbuſcũq; alijs ſum-
C pta ſunt metallis: horũ ergo initiũ tale eſt. Angeli qdã, relicto p̃prij ordinis
curſu, hoĩm fauere vitijs cœpere, & libidini eorũ quodãmodo indignũ p̃be-
re miniſteriũ, quo illorum opera, ſuis magis voluptatibus morem gererent:
quiq; ne ſponte inclinati viderentur ad indigna miniſteria, docuerunt homi
nes, quod dæmones artibus quibuſdam obedire mortalibus, id eſt, magicis
inuocationibus, poſſent, ac velut ex fornace quadam & officina malitiæ to-
tum mundum, ſubtracto pietatis lumine, impietatis fumo repleuerunt. Pro
his & alijs nonnullis cauſis diluuium mundo introductum eſt, ſicut iam in
alijs dictum eſt & dicemus: & omnes qui erant ſuper terras, deleti ſunt, exce-
pta Noë familia, qui cum tribus filijs, eorumq; vxoribus ſuperfuit: ex qbus
vnus Cham nomine, cuidam ex filijs ſuis, qui Meſraim appellabatur, à quo
Aegyptiorum & Babyloniorũ & Perſarum ducitur genus, malè compertam
D magicæ artis tradidit diſciplinam: hunc gentes quæ tunc erant Zoroaſtrem
appellauerunt, admirantes primum magicæ artis autorem, cuius nomine etiã
libri ſuper hoc plurimi habentur. Hic ergo aſtris multũ ac frequenter inten-
tus, & volens apud homines videri Deus, velut ſcintillas quaſdam ex ſtellis
producere, & hoĩbus oſtentare cœpit, quo rudes atq; ignari, in ſtuporẽ mira
culi traherentur: cupiensq; augere de ſe huiuſmodi opinionẽ, ſæpiùs iſta mo
liebatur, vſquequo ab ipſo dæmone, quem importuniùs frequentabat, igni
ſuccccenſus cõcremaretur. Sed ſtulti hoĩes qui tũc erant, cum debuiſſent vtiq;
opinionẽ, quã de eo conceperant abijcere, quippe q̃ pœnali morte eius vide-
rant confutatã, in maius eum extollunt. Extructo em̃ ſepulchro ad honorem
eius, tãquam amicum Dei, ac fulminis ad cœlũ vehiculo ſubleuatũ, adorare
auſi ſunt, & quaſi viuens aſtrum colere. Hinc enim & nomen poſt mortem

Dæmones miniſtri pœnarũ.

Idola.

Magicæ illuſiones unde natæ

Non multò ſecus Beroſus ſcribit.

Zoroaſtris libri de Magia.

Zoroaſtres fulmine ictus interijt.

eius

Universidad de Deusto Biblioteca

Fulmine icti habiti pro dijs.

eius Zoroaster, hoc est, viuum sidus appellatum est, ab his qui post vnam ge- E
nerationem Græcæ linguæ loquela fuerant repleti. Hoc deniq; exemplo, eti
am nũc multi eos qui fulmine obiecerint, sepulchris honoratos tanquã ami
cos Dei colunt. Hic ergò cum quartadecima generatione cœpisset, quinta-
decima defunctus est, in qua turris ædificata est, & linguæ hominum multi-
pliciter diuisæ sunt. Inter quos primus magica nihilominùs arte quasi co-
Nemroth in historiis Ninus uocatur. Niniue.
rusco ad eum delato, Rex appellatur quidam Nemroth, quem & ipsum Græ-
ci Ninum vocauerunt: ex cuius nomine Niniue ciuitas vocabulum sumpsit.
Sic ergo diuersæ & erraticæ superstitiones ab arte magica initium sumpsêre.
Etenim quoniam difficile erat humanum genus ab amore Dei abstrahi, &
absurda atq; exanima simulacra deduci, idcirco excelsioribus vsi sunt Magi
molitionibus, vt astrorũ signis ac motibus, tanquã cœlitus & voluntate Dei
delatis, ad suadendos cultus erraticos verterentur. Et eius quem supra dixi- F
mus indignatione dæmonis, cui nimis molestus fuerat conflagrâsse, busti ci-
neres, tanq̃ fulminei ignis reliqas colligẽtes hi, qui erant primitus decepti de-
Vndè Persis ignis, quem tantoperè coluerunt.
ferunt ad Persas, vt ab eis tanquam diuinus è cœlo lapsus ignis, purpetuis cõ-
seruaretur excubijs, atq; vt cœlestis Deus coleretur. Simili exemplo etiam per
cætera loca reliqui homines his, quos vel in artibus aliquibus, vel in virtute
fuerant admirati, vel certè in amore plurimo habuerant, templa construere,
imagines collocare, mysteria & cęremonias, ac sacrificia instituere, & per o-
mnia Deorum de his famam posteris tradere gestierant, eò præcipuè quòd,
vt suprà diximus, phantasijs aliquibus magicæ artis fulti videbantur, vt inuo
catione dęmonum agi ab his aliquid ad deceptionem hominum, moueriq;
videretur. His adijciunt & solennitates quasdam, ac temulẽta conuiuia, qui-
bus & homines libentiùs indulgerent, & dæmones crapulis tanquam vehi- G
culis illati, ipsis eorum visceribus miscerentur, in quibus collocati ad omnẽ
voluntatem suam actus hominum, cogitationesq; deflecterent. Huiusmodi
igitur ex initio erroribus introductis, eisq; libidine & temulentia, qua car-
nales homines maximè delectantur, adiutis, religio Dei, quæ per continen-
tiam sobrietatemque constabat, rarescere inter homines, atque aboleri pro-
pemodum cœpit. Nam cùm ex initio homines, vtpote iustum, & omnia con
tuentem Deum colentes, neq; peccare auderent, neq; iniuriam facere proxi-
mis suis, certi quod vniuscuiusq; actus & motus aspiceret Deus: vbi religiõis
cultus ad simulacra exanima conuersus est, tanquam de quibus certi essent,
quod neq; viderẽt, neq; audirent, neq; mouerentur in aliquo, licenter pecca-
re, & in omne facinus progredi cœpêre: quippe qui nihil pati vererentur ab
his, quos colebant vt Deos. Hinc bellorum rabies exarsit, hinc prędę, rapinę, H
captiuitates, & libertas in seruitutem redacta, prout quisq; potuit, libidini &
cupiditati suæ satisfecit, quanuis satisfacere cupiditati nulla vis possit. Sicut
enim ignis quantò magis ligna acceperit, tantò ampliùs accenditur, & inua-
lescit: ita & cupiditatis rabies, per ea quæ adipiscitur auctior & vehementior
efficitur. Propter quod incipite iam meliore intellectu vobismetipsis resiste-
re, in his quæ non rectè cupitis, si quo fortè modo reparare in vobis ac resti-
tuere possitis illam, quæ ex initio mortalibus à Deo tradita est, religionis pu-
ritatem, & innocentiam vitæ, vt per eam vobis etiam spes bonorum immor-
talium reparetur: & agatur gratias largitori omnium patri, per eum quem po
suit Regẽ pacis, & thesaurum ineffabilium bonorum, vt in præsenti quidem
tẽpore diluãtur peccata vestra per aquam fontis, aut fluminis, aut etiã maris,

inuo-

A inuocato super vos trino beatitudinis nomine: vt per hoc non solùm fugen-
tur, si intra vos habitant spiritus maligni, verumetiam cùm destiteritis à pec-
catis, & tota fide, totaq; mentis puritate Deo credideritis, etiam ex alijs vos
malignos spiritus & dæmones effugetis, atq; à passionibus & languoribus
alios liberare possitis. Ipsi enim dæmones sciunt & agnoscunt eos qui se tra- *Dæmones exhorrescũt uerè credentes.*
diderint Deo, & interdum sola eorum præsentia propellũtur sicut paulò an-
tè vidistis, quomodo cùm vocem tantùm salutationis fecissemus ad vos, cõ-
tinuò dæmones propter honorem religionis nostræ, exclamare cœperunt: &
ne parum quidem temporis potuerunt ferre præsentiam nostram. Nunquid
nos alterius sumus Naturæ superioris alicuius, & propterea nos dæmones ti-
ment? Vnius eiusdem vobiscũ Naturæ sumus, sed religiõe differimus. Quod
& si vos esse vultis, nõ inuidemus: quin potiùs & hortamur, certosq; esse vos
B volumus, quòd cùm fuerit in vobis eadem quæ in nobis est fides & religio,
ac vitæ innocentia, remunerante Deo fidem vestram, erit par vobis atq; eadẽ
etiam contra dæmones potestas & virtus. Sicut enim is qui acceperit sub se
milites, etiamsi ipse iuferior, & illi superiores sint viribus, tamẽ dicit huic va-
de, & vadit: & alij veni, & venit: & alij fac hoc, & facit. Hoc autem potest *Matt. 8.*
nõ propria virtute, sed Cæsaris metu. Ita & fidelis quisq; dæmonibus impe-
rat, etiamsi videantur illi multò esse hominibus fortiores, non propter suam
virtutem sed propter Dei qui eos subiecit potestati. Nam & quod diximus,
vt Cæsar apud omnes milites, & in omnibus castris, atq; in omi regno timea-
tur, cùm sit vnus & fortassis exiguus viribus, nõ nisi potestate Dei agitur, qui
timorem dat omnibus vt vni obtemperẽt. Hoc sanè scire vos volumus, quòd
dæmon, nisi quis voluntatibus eius se sponte subdiderit, potestatẽ aduersum
C hominem non habet. Vnde & ipse qui est princeps malitiæ, ad hunc quẽ di- *Mat. 4.*
ximus à Deo destinatum Regem pacis, accessit, tentans, & polliceri ei cœpit
omnem gloriam mundi: quod cùm alijs obtulisset decipiendi causa, adoratũ
se nouerat. Impius & immemor sui, quod est propriũ & speciale malitiæ, ad-
orandum se ab eo præsumebat, à quo se nouerat destruendum, Dominus er-
go noster vnius Dei cultum confirmans, respondit ei: Scriptum est Dominũ
Deum tuum adorabis & illi soli seruies: qua responsione deterritus, & me-
tuens ne vnius & veri Dei repararetur vera religio, festinat continuò emitte-
re in hunc mundum pseudoprophetas, & pseudoapostolos, falsosq; docto- *Pseudo-prophetæ à diabolo.*
res, qui sub nomine quidem Christi loquerentur, dæmonis autẽ facerent vo-
luntatem. Propter quod obseruate cautiùs, vt nulli doctorum credatis, nisi
qui Iacobi fratris Domini ex Hierusalem detulerit testimoniũ, vel eius qui-
D cunq; post ipsum fuerit. Nisi enim quis illuc ascenderit, & ibi fuerit proba-
tus quod sit doctor idoneus, & fidelis ad prædicandum Christi verbum: nisi,
inquam, inde detulerit testimonium, recipiendus omninò non est: sed neque
Propheta, neq; Apostolus in hoc tẽpore speretur à vobis aliquis alius præter
nos. Vnus enim est verus Propheta, cuius nos duodecim Apostoli verba præ- *Christus annus est, cuius XII, menses sunt Apostoli.*
dicamus: Ipse enim est annus Dei acceptus, nos Apostolos habẽs duodecim
menses. Qua autem causa vel mundus ipse factus sit, vel diuersitates quæ sunt
in eo, acciderint, & quur ad reparationem eius veniens Dominus noster, ele-
gerit nos duodecim Apostolos, & miserit, aliâs latiùs explanabitur. Interim
nos iussit exire ad prædicandum, & inuitare vos ad cœnam Regis cœlestis,
quam præparauit pater in nuptijs filij sui, & vt demus vobis indumenta nu-
ptialia, quod est, gratia baptismi, quam qui fuerit consequutus, tanquam

K vesti-

Universidad de Deusto Biblioteca

Vestis nuptialis in Euãgalio gratiã baptismi significat.

vestimentum mundum,cum quo ei ingrediendum est ad cœnam Regis: ob E
seruare debet,ne peccato aliqua ex parte maculetur, & ob hoc tanquam indignus & reprobus abijciatur.Causæ autẽ quibus maculetur istud indumentum, hæ sunt, si quis recedat à patre,& conditore omnium Deo, alium recipiens doctorem præter Christũ,qui est solus fidelis ac verus Ptopheta,quiq; nos duodecim Apostolos misit ad prædicandum verbum. Et si quis de substantia diuinitatis,quæ cuncta præcellit,aliter q̃ dignum est sentiat,hęc sunt quę vsq; ad mortẽ baptismi polluũt indumentũ.Quę verò in actibus pollũt, ista sunt,homicidia,adulteria,odia, auaritia,cupiditas mala. Quæ aũt animã simul & corpus polluũt,ista sunt,participare dęmonũ mensæ,hoc est,immolata degustare,vel sanguinẽ, vel morticiniũ,quod est suffocatũ, & si qd illud est quod dæmonibus oblatũ est. Hic ergo vobis sit primus gradus ex tribus, qui gradus triginta ex se gignit mandata.Secundus verò qui sexaginta. Ter- F
tius qui centum, sicut aliàs vobis de his pleniùs exponemus. Et hæc cùm dixisset,ac præcepisset vt die postera ad eundem locum maturiùs conuenirent, turbas dimisit,quibus recedere nolentibus,ait Petrus:Donate mihi hanc gratiam,propter hesterni itineris labores, & nunc discedentes, die crastina maturiùs conuenite:& ita cum lætitia discessêre. At Petrus paululum me secedere præcipiens orationis causa iubet post hæc in loco horti,quem vmbra contegebat,accubitum sterni, & vnusquisq; ex more recognoscens proprij ordinis locum,cibum sumpsimus. Tum deinde quia supererat adhuc aliquantulum diei de mirabilibus Domini colloquutus nobis, cum vespere facto ingressus in cubiculum quieuit.

RECOGNITIONVM G
DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER QVINTVS, RVfino Torano Aquileiense interprete.

SEQVENTI autem die,paulò citiùs quam solebat consurgens Petrus,inuenit nos dormiẽtes: Quod vbi sensit,quasi ipse adhuc dormire volens,silentium sibi fieri iussit,vt nobis quiescendi facultatem daret. Vbi aũt refecti somno exurreximus, inuenimus eum oratione facta,intra cubiculũ operientẽ nos.Et cùm iam H
esset crepusculũ,salutans ex more, breuiter adloquutus est,& continuò ad consuetum locum docẽdi gratia procedit: vbi cùm vidisset ad audiẽdum plurimos conuenisse,primo religionis ritu pace eis inuocata,dicere hoc modo cœpit: Deus creator omnium,ex initio ad imaginem suam hominem fecit:eiq; dominationem terræ,marisq; & aeris ipsius dedit,sicut & verus nobis Prophe ta narrauit,& ipsa rerum ratio docet:solus em̃ est rationabilis, & consequẽs est,vt ratio irrationabilis dominetur. Hic ergo ab initio cum adhuc iustus esset,cunctis vitijs,& omni fragilitate superior erat:vbi autem peccauit,sicut hesterno die docuimus,& factus est seruus peccati,simul & fragilitati efficitur obnoxius. Quod idcircò scriptum est, vt sciant hoĩes, quia sicut ex impietate

A pietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles: verùm & parua in Deum fide,aliorum passiones curantes. Ita enim verus Propheta nobis promisit,dicens:Amen dico vobis, quia si habueritis fidem sicut granum sinapis,dicetis monti huic,transi hinc,& transibit. Huius vocis etiam vos ipsi documenta accpistis:hesterno enim die vidistis quomodo adstantibus nobis,dæmones cum passionibus quas hominibus inuexerãt, transierũt & fugati sunt.Quia ergo alij quidem hoĩes patiũtur,alij patientes sanãt,causa sine dubio vel pationdi,vel curãdi noscenda est,quæ nõ alia esse, q̃ patientibus qdem infidelitatis,curantibus verò fidei demõstratur. Infidelitas enim dum nõ credit futurũ iudicium Dei,peccãdi licentiã præbet, peccatum verò hoĩem passionibus obnoxium facit.Fides aũt futurũ esse Dei iudiciũ credẽs, cõtinet hoĩes à peccato:nõ peccãtes verò,nõ solùm liberi, sunt à dęmonibus *Matt. 7.*
B & passionibus,verùm & aliorũ dæmones & passiones fugare possunt. Ex his ergo omnibus colligitur,quòd origo totius mali ab ignorãtia descendat, & ipsa sit malorum oĩm mater,quæ incuria quidem & ignauia gignitur,negligẽtia verò alitur & augetur,atq; in sensibus hoĩm radicatur: quã si quis fortè doceat effugandam,velut antiquis & hęreditarijs sedibus,molestè & indignãter auellitur. Et ideo paululum laborandum nobis est,vt indagãtes ignorantiæ præsumptiones scientiæ ratione resecemus,in his præcipuè qui in aliquibus minus rectis opinionibus præuenti sunt, per quas, quasi sub specie alicuius scientiæ,ignorãtia in eis vehementiùs radicata est, nihil em̃ grauiùs q̃ si id quod ignorat quis scire se credat,& defendat verum esse quod falsum est,quod tale est,quale si quis ebrius sobrium se putet, & agat quidem cũcta vt ebrius,sobrium se tñ & ipse putet,& dici à cæteris velit. Ita sunt ergo & hi *Ignorãtia mater oĩm malorum.* *Ignorãtiæ præsumptio scientiæ resecanda est,*
C qui ignorãtes quod verum est,speciẽ tñ alicuius scientię tenent,& mala quasi bona gerunt,atq; ad pernitiem,quasi ad salutem festinãt.Propter quod ante oĩa properandum est ad agnitionem veritatis, vt possimus quasi lumine nobis inde succenso,errorum tenebras depellere:grande enim malum est, vt diximus,ignorantia,sed quia substantiã nõ habet, facile ab his qui studiosi sunt,effugatur. Nõ enim aliud est quidem ignorãtia,nisi nõ agnouisse,quod expedit:vbi aũt agnoueris,perit ignorãtia. Quæri ergo magnope debet agnitio,quam nemo alius potest adsignare,nisi verus Propheta.Hæc em̃ porta est vitæ,volentibus ingredi:& iter operum bonorum, pergentibus ad ciuitatem salutis.Si quis sanè audiens sermonem veri Prophetæ, velit recipere aut nolit & amplexiones eius, id est, mandata vitæ, habet in sua potestate: liberi enim sumus arbitrij. Nam si hoc hoc esset, vt audientes eum iam non haberent *Agnitio ueritatis.*
D in potestate aliud facere quàm audierant,vis erat quadam naturæ, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiã. Aut si rursus ex audientibus nullus omninò reciperet,& hoc naturæ vis erat, quæ vnum aliquid fieri cogeret,& alteri parti nõ daret locum. Nunc aũt quia liberũ est animo in quã velit partem declinare iudicium suum,& quam probauerit eligere viam, constat euidenter inesse hominibus arbitrij libertatẽ. Igitur priusquã audiat qs, quod ei expedit:certum est quia ignoret, & ignorans vult & desiderat quod non expedit agere,propter quod pro hoc non iudicatur. Cùm verò audierit causas erroris sui,& rationem veritatis acceperit,tunc si permãserit in his erroribus, quibus dudum præuentus, rectè iam vocabitur ad iudicium pœnas daturus, cur vitæ eius spatium, quod ad bene viuendum accepit,in ludibrijs consumpsit errorũ. Qui verò audiens hæc libenter accipit, & gratulatur bo-

Universidad de Deusto Biblioteca

norum ſibi doctrinam fuiſſe delatam, requirit intẽtius,& diſcere nõ deſinit E
vſquequo cognoſcat,ſi eſt verè aliud ſeculum,in quo bonis præmia ꝑparata
ſunt:& cùm certus de hoc fuerit,gratias agens Deo,quòd ſibi veritatis lumẽ
oſtenderit,de cætero dirigit actus ſuos in omnibus operibus bonis,quorum
ſibi in futuro mercedem certus eſt ꝑparatam per omnia,demirãs & ſtupens
cæterorũ hoĩm errores, & quòd ante oculos poſitam veritatem nemo vide-
at.Ipſe tamen gaudens ſuper diuitijs ſapientiæ,quas inuenit,inſatiabiliter eis
perfrui cupit,& exercitio bonorũ operum delectatur,feſtinans ad ſeculũ fu-
turum mũdo corde,& pura cõſcientia peruenire, vbi etiã videre Deum Regẽ
oĩm poſſit.His aũt oĩbus carere nos & fraudari, ſola facit ignorãtia,Deũ eñ
ignorãt,hoĩes quantũ boni habeat ſcientia,ignorantiæ malum de ſe non pa-
tiuntur excludi, neſciunt enim quanta ſit in horũ permutatione diuerſitas.
Propter quod conſilium do vnicuiq; diſcentium, libenter prębere aurẽ ver- F
bo Dei,& cum amore veritatis audire quæ dicimus, vt mens optimo ſemine
ſuſcepto,per bonos actus lætos adferat fructus. Nam ſi me docente ea quæ
ad ſalutem pertinent,recipere quis abnuit,& animo prauis opinionibus oc-
cupato obſiſtere nititur,nõ ex nobis,ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cau
ſam.Debet eñ iuſto iudicio examinare quæ dicimus, & intelligere quia ver
ba loquimur veritatis:vt cognitis his quæ ſunt,vt ſunt,& in bonis actibus di
rigens vitam ſuam,regni cælorum poſſit particeps inueniri,ſubijciẽs ſibi car
nis deſideria,& Dominus eorum factus, vt ita demum etiam ipſe fiat domi-
natoris omnium iucunda poſſeſſio.Nam qui permanet in malo,& ſeruus eſt
mali,non poteſt effici portio boni,donec permanet in malo: quia ab initio,
vt antè diximus,duo regna ſtatuit Deus,& poteſtatem dedit vnicuiq; homi-
num,vt illius regni fiat portio,cui ſe ad obediendum ipſe ſubiecerit. Et quia G
definitum eſt apud Deum,non poſſe vnum hominem vtriuſque regni eſſe ſer
uum,omni ſtudio date operam,in boni Regis fœdus ac iura concurrere.Pro-
pter hoc denique verus Propheta cùm eſſet præſens nobiſcum, & quoſdam
ex diuitibus negligentes erga Dei cultum videret,huius rei ita aperuit verita-
tem:Nemo poteſt,inquit, duobus Dominis ſeruire:non poteſtis Deo ſeruire
Mat.6. Mãmona quid ſigni ficet. & mammonæ:mammona patria eorum voce diuitias vocãs. Hic ergo eſt ve-
rus Propheta,qui in Iudæa nobis apparuit,vt audiſtis: qui ſtans publicè ſola
iuſſione faciebat cæcos videre,ſurdos audire,fugabat dæmones, ægris ſani-
tatem reddebat,& mortuis vitam.Cumq; nihil ei eſſet impoſſibile,etiam co
gitationes hominum peruidebat, quod nulli eſt poſſibile niſi ſoli Deo: hic
adnunciauit regnum Dei,cui nos de omnibus quę dicebat,tanquã verò Pro-
phetæ credidimus, firmitatem fidei noſtræ, non ſolùm ex verbis eius,ſed & H
ex operibus adſumentes, quia & dicta legis, quæ ante multas generationes
de pręſentia eius expoſuerant,in ipſo conſignabantur,& imagines geſtorum
Moyses & Iacob typum Chriſti tulerũt Moyſi,& ante ipſum Patriarchę Iacob,ipſius per oña typũ ferebãt. Tempus
quoq; aduentus eius,hoc eſt,ipſum in quo venerat, prędictum ab eis cõſtat:
& ſuper omnia quod eſſet à gentibus expectãdus,ſacris literis cõprehenſum
eſt,quæ in eo pariter vniuerſa completa ſunt. Quòd autem Iudæorum Pro-
pheta prędixit eum à gentibus expectandum,ſupra modum in eo fidem veri
confirmat. Si enim dixiſſet à Iudęis expectandum, non aliquid eximium
prophetâſſe videretur, quòd à contribuli populo, & à propria gente ſperare-
tur is cuius aduentus ad ſalutem mundi fuerat repromiſſus:videretur eñ ma-
gis conſequentię ratio eſſe,vt hoc fieret,q̃ magnificentia prophetalis. Nunc
autem

A autẽ cũ Prophetæ dicunt omnẽ illam ſpem quæ de ſalute mũdi repromitti-
tur,& nouitatem regni,quæ inſtituenda per Chriſtũ eſt,atque omnia quæ de
eo indicãtur,ad gentes eſſe trãſferenda,iã nõ ſecundum conſequentiã rerum
ſed incredibili quodã vaticinationis euentu magnificentia Prophetica cõfir
firmatur.Iudæi nanq; ex initio adfore aliquando hunc virũ, per quẽ cuncta
repararentur,veriſſima traditione ſuſceperant,& quotidie meditantes ac ꝑ- *Inuidia Iudæorũ erga Chriſtum.*
ſpiciẽtes, quãdo eius fieret aduẽtus:vbi adeſſe eũ viderũt,& ſigna ac ꝑdigia,
ſicut de eo ſcriptũ fuerat,adimplẽtem,inuidia excæcati agnoſcere nequerũt
præſentẽ,in cuius ſpe lætabãtur abſentis:intellexim⁹ tamẽ pauci nos q̃ ab eo
electi ſumus.Hoc aũt prouidẽtia Dei factũ eſt,vt agnitio boni huius etiã gẽ-
tibus traderetur,& hi qui nunquã de eo audierãt,nec à Prophetis didicerãt,
agnoſcerent eũ:illi verò q̃ quotidianis meditationibus agnouerãt,ignorarẽt.
B Ecce enim per vos nũc qui præſentes eſtis,& deſideratis audire doctrinã fidei
eius,& agnoſcere quis,& quõ,& qualis ſit eius aduentus, Prophetica veritas
adimpletur.Hoc eſt enim quod prædixerunt Prophetæ,qui à vobis quęren-
dus eſſet,qui de eo nunquã audiſtis.Et ideo vidẽtes in vobis ipſis Prophetica
dicta cõpleri,huic vni rectè creditis,hunc rectè expectatis, de hoc rectè in-
quiritis,vt nõ ſolũ expectetis eũ,ſed & hæreditatẽ regni eius credentes cõſe- *Ioan. 8.*
quamini,ſecundũ quod ipſe dixit,quia vnuſquiſq; illius fit ſeruus,cui ſe ipſe
ſubiecerit.Propterea ergo euigilate,& Dominũ,Deumq; noſtrum vobis ad-
ſcribite:Dominũ q̃ & cœli ac terrę Dominus eſt,ad ipſius vos imaginẽ ac ſi- *Lucæ. 6.*
militudinẽ reformate,ſicut ipſe ver⁹ Propheta docet,dicẽs:Eſtote miſericor
des,ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt,qui oriri facit ſolẽ ſuũ ſup bo *Matth.4.*
nos & malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.Hunc ergo imitamini,& hunc
C timete,ſicut mandatũ datur hominibus: Dominũ Deũ tuũ adorabis,& ipſi
ſoli ſeruies.Expedit enim vobis huic vni Domino ſeruire,vt per ipſum cog- *Colẽtes ſimulacra exanima ſunt ipſis ſtatuis ſtupidiores.*
noſcẽtes vnũ Deũ,à multis quos inutiliter timebatis, liberemini. Qui enim
creatorẽ oĩm nõ timet Deũ,ſed eos timet quos ipſe manibus ſuis fecit, quid
niſi vano & inutili ſemetipſum obnoxiũ facit timori?viliorẽq; ſe & abiecti
orẽ reddit,q̃ ſunt illa ipſa,quorũ timorẽ mẽte cõcepit.Quin potius ꝑ bonita
tem eius,q̃ vos inuitat,redite ad priorẽ nobilitatẽ veſtrã,& ex bonis actibus,
quod ipſius creatoris veſtri imaginẽ portetis,oſtendite, vt ex contẽplatione
ſimilitudinis ipſi⁹ etiã filij eius eſſe credamini.Incipite ergo à ſenſib⁹ veſtris
abijcere vanas idolorũ ſpecies,atq; inutiles & inanes timores,vt ſimul etiã cõ
ditionẽ poſſitis iniquę ſeruitutis effugere. Dñi etenim veſtri effecti ſunt illi,
q̃ ne ſerui quidẽ vtiles vobis eſſe potuiſſent. Quomodo eñ ſimulachra exani
D ma,vel ad ſeruitutẽ vobis viderentur idonea,cùm neq; audiant,neq; videant,
neq; aliquid ſentiant?niſi quod ipſa ſaltẽ materia ex qua facti ſunt,ſiue auri,
ſiue argẽti,vel etiam æris aut ligni,cùm poſſit vobis ad vſus neceſſarios pro-
deſſe,vos ex ea formando Deos, ocioſam per omnia eam atq; inutilem red-
didiſtis.Nos ergo adnunciamus vobis verum Dei cultum,ſimulq; monemus *Similes erimus Deo, ſi opera eius imitamur.*
& hortamur cultores,vt per bonos actus imitentur eũ quẽ colunt,& ad ima
ginẽ ac ſimilitudinem eius,vt ſuperiùs diximus,redire feſtinent. Velim autẽ
dicerent mihi hi qui idola colunt,ſi optãt ſimiles fieri his quos colũt,vũltne
aliquis veſtrũm ſic videre,quomodo illi vident? & ſic audire quomodo illi
audiunt? ſic habere ſenſum quomodo illi habent? Abſit hoc ab vnoquoque
audientium:hoc enim maledictum potiùs & conuitium credendũ eſt hõini
qui imaginẽ Dei in ſe gerit,etiamſi ſimilitudinẽ perdidit.Quales ergo Dij ha

Universidad de Deusto Biblioteca

bẽdi sunt isti,quos imitari execrabile sit cultoribus suis,quorũ similitudinẽ B
habere contumelia est?Quid ergo?soluite simulacra inutilia,& facite vasa vtilia:soluite ociosam pigramq;materiã, & facite humano vsui apta ministeria.Sed non sinunt,inquit,leges humanæ.Benè,quia humanæ leges,& nõ ipsorũ virtus.Quomodo ergo Dij sunt qui humanis legibus & nõ suis viribus defenduntur?sicq; & à furibus,canum vigilijs,& claustrorum munitionibus conseruantur,& hoc si fuerint argentea,vel aurea,vel etiã ærea:nã lapidea & fictilia,ipsa sui vtilitate muniuntur,nemo enim lapideũ aut fictilẽ Deum furatur. Vnde miserabiliores videntur,hi,quibus preciosius metallũ pericula viciniora conquirit.Qui ergo furari possunt,qui ab hominibus custodiri, q
conflari & appendi,& malleis cædi,isti hõinibus sensum habentibus Dij debent videri?O in quantã miseriam mortaliũ decidit intelligentia.Nã si mortuos timere summæ stultitiæ ducitur,quid iudicemus de his q deteriùs aliqd P
quã sunt mortui timent?Ista enim simulacra nec in mortuorũ numero habẽda sunt,quia nunquã vixerunt:præferenda sunt eis etiã sepulchra mortuorũ, quoniam licet nunc mortui sunt,habuerunt aũt aliquando vitam. Isti autẽ quos colitis,nec eam quidem,quæ est omnibus teterrima,ranarum ac bubonum vitam aliquãdo gesserunt.Sed quid opus est de his plura memorare, cũ sufficiat dicere ei qui adorat ea:Non vides quia quem adoras non videt?audi quia quem adoras,non audit?& intellige,quia non intelligit?opus enim mortalis manus est,& necessario sensu caret.Tu ergo adoras insensibilẽ,cũ vnusquisque habens sensum,nec ea quidẽ credat adoranda quæ à Deo facta sunt & habẽt sensum,idest Solem,& lunam,vel stellas,omniaq; quę in cœlo sunt & super terram.Iustum enim putãt,non ea quæ pro mundi ministerio facta sunt,sed ipsorum,& mundi totius creatorem debere venerari:gaudent enim G
etiã hæc,cũ ille adoratur & colitur,nec libenter accipiũt,vt honor creatoris creaturæ deferatur.Exceptus enim est Dei solius cultus,q solus increatus est, omnia autem cætera factura eius sunt.Sicut ergo proprium est eius qui solus non est factus,Deum esse,ita omne quod factum est,Deus verè non est. Ante omnia ergo intelligere debetis deceptionem serpentis antiqui,& callidas eius suggestiones,qui quasi per prudentiam decipit vos, & velut ratione quadam serpit per sensus vestros,atq; ab ipso vertice incipiens,per interiores dilabitur medullas,lucrum magnum computans deceptionem vestram. Interserit ergo sensibus vestris opiniones quorumcunque Deorum, tantum vt vos ab vnius Dei reuocet fide,sciens peccatum vestrum, suum esse solatium. Ille enim pro nequitia sua,ab initio terram edere condemnatus est, propter eum quem de terra adsumptum, iterum resolui fecit in terram, vsque ad tempus H
quo animæ vestræ per ignẽ traductæ reparentur,sicut aliàs de hoc pleniùs docebimus.Ex ipso ergo sunt omnes errores & ambiguitates,quibus ab vnius Dei fide & crudelitate conturbamini.Et primò oĩm subijcit cogitationibus hominũ,vt ne audiant verba veritatis,per quæ malorum ignorantiã fugent.Et hoc facit quasi occasione alterius scientiæ,adseuerans eis illam opinionẽ quã vtuntur plurimi,vt putent se reos futuros non esse,si in ignorantia fuerint,nec reddituros esse rationem pro his quæ nõ audierint,& ideo à verbo declinare eos suadet auditum.Sed accipit econtrà hæc, ipsa persemetipsam ignorantia,validissimum venenum est,quod suffitiat animam, nulla extrinsecus quæsita adiectione,perimere.Et ideo nemo est qui ignorans. p hoc quod ignorat euadat,sed certũ est quod intereat.Naturaliter enĩ peccatorũ vis

Dij gentium ociosi.

Ranæ præferendæ Dijs gentilium.

Honor creatoris non debet creaturæ deferri.

Quare serpens condomnatus sit terram comedere.

Ignorãtia non excusabit in die iudicij

interi

A interimit peccatorem .Sed quoniã iudicium rationabile erit, tã ignorantiæ, quã vnuscuiusque peccati causa & origo requiretur.Is ergo qui scire noluit, quomodo possit venire ad vitã,sed maluit ignorare,ne per hoc reus fieri videretur,ex hoc ipso iam quasi qui scierit & habuerit scientiã,iudicatur. Agnouit enim quid esset quod nolebat audire,& nihil ei cõferet ad excusationem serpẽtis artificio quæsita calliditas,cũ eo enim erit ei ratio quẽ nõ latet cor. Vt aũt scias quia ignorantia per semetipsam generat interitum, anima cũ discesserit à corpore,si talis exeat quæ ignoret eũ à quo creata est,à quo in mũdo omnia quæ vsibus suis erãt necessaria, consequuta est, tanquã ingrata & infidelis à regni eius luce proijcitur.Subijcit iterum nequissimus serpens aliã hominibus opinionẽ,quam plures vestrũm proferre solent. Vnũ esse & nos dicimus Deum,qui est omnium Dominus:sed & isti,inquiunt,Dij sunt.Sicut
B enim vnus est Cæsar,& habet sub se multos iudices, verbi gratia,præfectos, consules,tribunos,& cæteras potestates:simili arbitramur modo,cũ vnus sit maior omniũ Deus,etiã istos ad similitudinẽ earũ,quas diximus,potestatem ordinatos esse in hoc mundo Deos,illi quidem maiori subiectos,nos tamen, *Loqui de Deo per comparationes humanas nefas est.*
& quæ in hoc mũdo sunt,dispẽsantes. Audite ergo ad hæc, quomodo in his ipsis quæ ad deceptionẽ proponitis,veritatis rationibus cõfutemini. Dicitis quia locum Cæsaris teneat Deus, iudicium verò eius & potestatum speciem seruent hi qui dicunt Dij :seruate ergo,vt proposuistis exemplum Cæsaris,& scitote quia sicut nulli ex iudicibus,vel administratoribus Cæsaris,id est,prę fectis,vel proconsulibus,vel ducibus,vel tribunis,fas est Cæsaris nomen imponi,alioquin & ille qui susceperit,& illi qui detulerint, pariter interibunt: Ita & de hoc debetis aduertere:quod si quis nomẽ Dei alicui quã præter ip-
C sum imposuerit,& ille receperit,vnũ eundemq; sortientur interitũ,multò deteriore sorte quàm ministri Cæsaris.Hic enim qui deliquit in Cæsarem,interitũ suscipiet tẽporalẽ:qui verò in vnũ,qui solus & verus est Deus,delinquit, in seculũ luet pœnas,& merito,vt qui nomẽ quod est vnicũ,iniuriosa condione violauerit.Quãuis hoc ipsum Deus nõ nomẽ sit Dei, sed hominibus interim vocabulũ istud quasi ,p nomine eius cõcessũ est:quod tamẽ,vt dixi,cũ contũeliose tractatur, ad veri eius nominis refertur iniuriã. Denique veteres Aegyptiorũ qui de cœlesti cursu,& astrorũ Natura rationẽ sibi visi sunt reperisse,obsidente sensus eorum dęmone,omnibus nihilominus contumelijs nomen incõmunicabile subiecerent.Nam alij eorũ bouem,qui Apis dicitur colendum tradidẽre,alij Hircum,alij Gattas,nõnulli Ibin, quidam Serpentẽ Piscem quoque,& Cæpas,& Cloacas,Crepitus ventris,pro numinibus habẽ-
D dos esse docuerunt,& alia innumerabilia,quæ pudet etiã nominare. Hæc dicente Petro,riserũt omnes qui audiebamus.Et Petrus:Ridetis,inquit, vos aliorum dedecora,quia longa consuetudine propria non videtis.Nam Aegyptiorũ quidẽ stultitiã merito ridetis,qui muta animalia,ipsi cũ sint ratiõabiles colunt.Audite tamẽ quomodo & illi vos irrideant, aiunt enim:Nos viuẽtia colimus animalia,licet moritura:vos verò quæ nũquam omnino vixêre,hęc *Animalia quæ sint virtutum symbola melius est colere quã statuas ex animes.*
colitis,& adoratis.Addunt pręterea etiam illud,figuras esse,& allegorias virtutum quarũdam,quibus adiutricibus regatur hominũ genus,sed pudoris p fugio hæc & nonnulla his similia connectentes,errorẽ suum velare nituntur Sed non est nunc tempus Aegyptijs respondere,& derelicta cura præsentiũ, abſentium medicari languores.Certũ nanque indicium est,vos ab huiusmodi ægritudine haberi alienos, qui eam non doluistis vt propriã,sed risistis vt

alienam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alienam.Sed redeamus ad vos,quibus placet haberi Deum vt Cæsarem, Deos E
autem vt ministros,& procuratores Cæsaris:sequimini me attentiùs, & modò vobis ostendam latebras serpentis,in argumenti huius curuis anfractibus collocatas.Certũ apud omnes esse debet,& indubitatum de Deo,quia,à nullo factus est,sed ipse fecit vniuersa,nihil ex facturis suis posse coæquari: neq; enim ita quis irrationalis inueniri potest, qui putet quod conferri possit factura factori: Si ergo humana mens non solum ratione,sed & naturali quodam motu,rectè hanc opinionẽ tenet,illud dici Deum,cui conferri aut exæquari nihil potest:sed quod cunctis emineat, & cuncta repellat: quomodo nomen illud quod super omnia esse creditur,rectè his creditur dari, quos ad ministerium & procurationem humanæ vitæ putatis esse dispositos: Sed & illud addemus: mundus hic sine dubio factus est,& est corruptibilis, sicut etiam post mundum latiùs ostendemus: interim & factum eum & corrupti- F
bilem constat.Si ergo mundus Deus dici non potest,&rectè non potest,quia corruptibilis est,quomodo partes mundi Dei nomen accipient? quod enim totus non potest esse mundus,multò magis non erit pars eius.Igitur si redeamus ad exemplum Cæsaris,videte quàm longè erretis. Cæsari, eiusdem licet Naturæ hominẽ cuius ipse est(conferri tamẽ neminẽ licet Deo, q̃ hoc ipso quod à nullo factus,sed ipse fecit omnia,cuncta supereminet) conferri debere aliquem creditis?Sed Cæsaris quidem nomen nulli alij audetis imponere, quia reum suum statim punit: Dei verò audetis,quia reum suum punire propter pœnitentiam differt?Per alios item serpens ille proferre verba huiuscemodi solet:Nos ad honorem inuisibiles Dei imagines visibiles adoramus: quod certissimè falsum est.Si enim verè velitis Dei imaginem colere,homini benefaciẽtes,verã in eo Dei imaginẽ coleretis. In oĩ enĩ hõini est imago Dei: G
nõ in oĩbus verò similitudo, sed vbi benigna aĩa est,& mẽs pura.Si ergo verè vultis honorare imaginẽ Dei,nos vobis quod verũ est,aperim⁹, vt hõini q̃ ad imaginẽ Dei factus est,benefaciatis,honorẽ & reuerentiã deferatis, esurienti cibum,sitienti poculum, nudo indumentum, ægro ministerium, peregrino hospitium, & in carcere posito necessaria ministretis, & hoc est quod verè Deo delatum reputabitur.Hæc autem in tantum ad honorem Dei imaginis cædunt,vt qui ista non fecerit,contumeliam imagini diuinæ intulisse credatur.Quis ergo iste honor Dei est,per lapideas & ligneas formas discurrere,& inanes atque exanimes figuras,tanquam numina venerari,& hominẽ in quo verè imago Dei est spernere?imò potiùs certi estote, quòd qui homicidium facit,aut adulterium,& quicquid in hominum pœnam, vel iniuriã geritur, in his omnibus Dei imago violatur.Magna enim impietas in Deum est,læde- H
re hominem:omne ergo quod ipse pati non vis,cum facis alij,imaginem Dei iniquis mœroribus fœdas.Intelligite ergo, quia latentis intrinsecus serpentis est ista suggestio,quæ persuadet pios vos videri posse,cùm insensibilia colitis:& non videri impios,cum sensibiles & rationabiles læditis. Sed ad hæc alio nobis serpens ore respondet,& dicit:Si nolebat hæc esse Deus,vtiq; non erant.Nondum vobis dico,quomodo ad vniuscuiusque mentis probationẽ, in hoc mundo permittuntur esse multa contraria:sed illud est quod nunc interim conuenit dici,si secundum vos omne quod adorandum erat, esse non debuit,nihil penè futurum erat,in hoc mundo.Quid enim est quod reliquistis,quod non adoratis?solem,lunam,stellas,aquam,terram,montes,arbores lapides,hõines,nihil horũ est quod nõ adorãstis.Oportuit erga,iuxta vocem

Verè colere imaginem Dei, est homini benefacere.

Fuisse ergo Christianis legem hanc præcipuam,testatur Aelius Lamp.

Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris.

vestram

A vestrã,nihil horum fieri à Deo,ne haberetis quod possetis adorare:sed ne homines quidẽ ipsos esse oportuit,qui adorarent. Verè hoc est quod desiderat ille qui intra vos latet serpẽs,nulli vestrũm parcit,nullũ vult effugere de interitu:sed non ita erit.Audite,enim,q̃a nõ delinquit illud quod adoratur,sed ille q̃ adorat.Iustũ nãq; est apud Deũ iudiciũ,& aliter iniuriã patientẽ iudicat, aliter inferentẽ.Sed dicis,oportebat ergo eos q̃ adorant,quod nõ licet adorari,statim perimi à Deo,ne & alius hoc faceret.Sed nónne es tu prudẽtior Deo vt ei consilia suggeras?scit ille quid faciat.Omnibus etenim in ignorantia positis patientiam præstat, quia misericors & pius est,& præuidet,quia ex impijs multi efficiuntur pij,& ex ipsis q̃ impura figmenta,& pollutas imagines venerantur,nonnulli conuersi ad Deum,& reuocantes se à peccatis,& agẽtes bona opera,perueniunt ad salutem.Sed debuimus,inquit,omnino nec ad co-
B gitationem istam venire,vt hæc faceremus.Ignoratis qd est libertas arbitrij, & latet vos q̃a ille verè bonus est,qui suo proposito bonus est?Qui autẽ necessitate retinetur in bono,bonus non potest dici, quia non est suum quod est. Quia ergo in vnoquoque libertas est in electione bonorũ vel malorũ, ipse sibi vel præmia,vel interitũ quærit.Imò,inq̃t,quicquid cogitamus, Deus nobis adducit ad mentẽ.Quid agitis ô homines?blasphematis:si enim oẽ quod cogitamus ipse nobis adducit ad mentẽ,ipse ergo nobis cogitationes adulterij suggerit,& auaritiæ,& blasphemiæ,omnisq; luxuriæ? Desinite quæso ab huiusmodi blasphemijs,& qui sit Deo dignus honor intelligite.Nec dicatis vt solẽt quidã vestrũ,quia Deus mortaliũ honore nõ indiget. Ille quidẽ verè nulli⁹ indiget,sed vos debetis agnoscere,quia vobis prodest honor, quẽ Deo defertis. Quid enim tam execrabile, quàm si gratiam referre nesciat homo
C proprio cõditori? Sed melius,inquit,facimus nos,qui & ipsi,& omnibus cũ ipso gratias agimus.In hoc subuersionẽ salutis vestræ nõ intelligitis? Tale est enim hoc quale si quis æger ad medelã sui medicũ pariter & venenarios inuitet,cùm illi nocere quidẽ possint,curare non possint:verus aũt medicus,venenis illorũ recuset sua medicamẽta miscere,ne aut pernicies bono, aut sanitas nocentibus adscribatur.Dicis ergo:indignatur,aut inuidet Deus,si cùm ipse benefaciat,alijs gratiæ referantur?Etiamsi non indignetur,non vult tamẽ erroris auctor existere,vt sui operis beneficio inani idolo fides detur. Quid certè tã impium,tã ingratum,quàm à Deo beneficium consequi,& reddere lignis ac lapidibus gratiã?Propter quod expergiscimini,& intelligite salutẽ vestrã.Deus enim nullius indiget,neq; aliquid requirit,neq; in aliquo læditur, sed nos sumus q̃ aut iuuamur,aut lædimur in eo quo grati,aut ingrati sumus.
D Nãdeo quid cõfertur ex laudibus nostris?aut quid aufertur ex blasphemijs? nisi quod Deus animam sibi gratias agentem,proximã sibi & familiarem facit,ingratam verò,malus possidet dæmõ.Sed & illud scire vos volo,quod adversum huiusmodi animas,non ipse Deus per se vltionem profert,sed vniuersa creatura eius insurgit,& pœnas de impijs sumit:& quamuis in præsenti seculo Dei bonitas æqualiter pijs & impijs,mundi lucẽ ac terræ ministeria largiatur,tamẽ nõ absq; dolore sui lucẽ sol impijs præbet,cæteraq; elemẽta exhibent seruitutẽ.Deniq;interdũ etiã contra bonitatẽ conditoris,fatigata sceleribus impiorum vincuntur elementa:& inde est quod aut terræ fructus corrumpitur,aut aëris temperies temeratur,aut supra modum ardor solis incenditur,vel imbriũ, ac frigorũ vis immensa diffunditur.Inde lues & fames, & mortis facies diuersa percurrit,festinat enim creatura in impios mouere vin

Quis consiliarius eius fuit. Roma.11.

Deus malorum nõ est auctor.

Creaturæ se ab impijs ulciscuntur.

L dictam

Universidad de Deusto Biblioteca

dictam. Dei tamen bonitas reprimit ea, & ab indignatione impiorũ refrenat E
ac suæ misericordiæ obedire cogit, magis quàm peccatis hominum & sceleribus inflámari: expectat enim patientia Dei, dum in hoc corpore sunt, hominum conuersionem. Quòd si quid ad exitum vitæ in impietate perstiterint, tum iam discedens anima quæ immortalis est, pro impietatis suæ perseuerãtia luet pœnas. Immortales nanq; sunt etiam impiorum animæ, quas ipsi fortasse velint pariter cũ corporibus suis finiri: sed non ita est, perfert enim ignis æterni sine fine supplicia, & ad pernicié sui naturã non habet moriendi. Sed

Episcopis non est tacendum.

fortasse dicetis mihi, terres nos Petre. Et quõ vobis dicemus quæ in re sunt? nunquid tacentes adnunciare possumus veritatem? quæ sunt, aliter quã sunt proferre nescimus. Quòd si taceamus, causam vobis pernitiosæ ignoranriæ nos dabimus, & satisfaciemus latenti intra vos, & obsidenti sensus vestros serpenti, qui hæc vobis callidè suggerit, vt semper vos inimicos faciat Deo. F
Sed nos ad hoc missi sumus, vt prodamus vobis latebras eius, & absoluentes inimicitias, reconciliemus vos Deo, vt ad ipsum conuertamini, & placeatis et in operibus bonis. Inimicitiæ nanq; sunt homini ad Deũ, irrationabilis &

Amicitiã cum Deo quomodo adipiscamur.

impius sensus, prauumq; propositum, maximè cùm videtur sibi scire aliquid & est in ignorantia. Vbi autem abiectis his, eadem vobis placere cœperint, quæ Deo placent, & eadẽ displicere vobis, atque ea cœperitis velle, quæ vult Deus, tũc verè amici eius dicemini. Sed fortassis aliqui ex vobis dicent: nihil curæ est Deo de rebus humanis, & cuius ne ad notitiã quidẽ possumus peruenire, quõ ad amicitias perueniemus? Quòd Deus curã gerat humanarũ rerũ, ipsius mundi gubernatio testis est, cui Sol quotidie deseruit, cui imbres ministrant, cui fontes, flumina, ventiq;, & omnia famulãtur elementa, quæ quãtò potiora ab hominibus videtur, tantò curã Dei esse erga homines indicãt. G
Nisi enim potestate excelsi, nunquã potiora inferioribus ministrarent: & p hoc non solùm curam Deus erga homines, sed & grandem quendam habere docetur affectum, quorum ministerio tam præclara mancipauit elementa.

Dictũ est hoc de Helia, de quo 3. Regum.

Quòd aũt etiam ad amicitias Dei perueniant homines, exẽplo nobis sunt hi, quorum precibus tantum indulsit, vt clauderet imbribus cœlum cũ vellent, & rursum cùm peterent, relaxeret: & multa alia in solũtatem suam facientibus præstitit, quæ non nisi amicissimis præstarẽtur. Sed dices, quid enim læditur Deus, si & ista colantur à nobis? Si quis vestrũm honorem patri debitum, à quo plurima beneficia consequutus est, alij deferat, & alienum atq; extraneum quasi patrem colat, non tibi videtur impius existere in patrem, & exhæredatione dignissimus? Alij dicũt, impiũ est si nõ colamus ea quæ nobis tradita

Maiorum instituta sunt imitãda, si Christo nõ repugnent.

sunt à patribus nostris, & religionem prẽuaricamur à maioribus datã. Hac ra H
tione si cuius pater latro fuit, aut si cuius leno, à patribus sibi traditã consuetudinem mutare non debet, nec ad meliorem viam à paternis erroribus reuocari: & impium ducitur, si quis non cum parentibus peccet, aut cum ipsis impius perseueret. Alij dicunt, non debemus molesti esse Deo, ipsum semper aut miseriarum querelis, aut petitionum nostrarũ necessitatibus onerare. Quã stulta & absque omni sale responsio: molestum Deo putas, si ei pro beneficijs suis gratias agas? cui molestum non putas, si pro ipsius muneribus, lignis & lapidibus gratias referas? Et quomodo, cum fortè imber longa serenitate suspenditur, omnes ad cœlum oculos tendimus, & ab omnipotente Deo pluuiarum munera flagitamus, omnesque cũ paruulis ad Deum fusis precibus, miserationes ipsius exoramus? Sed reuera ingratæ animæ cũ impetrauerint, citò

obliuis-

A obliuiscuntur: collectis enim messibus aut vindemijs, continuo ad surda & muta simulacra primitias frugum deferunt, & pro his quę Deus concessit, in templis aut lucis vota persoluunt, & ibi sacrificia dæmonijs offerunt, atque accepta gratia, permutant gratiæ largitorem. Sed quidam dicunt, hæc lætitię gratia, & ad releuandos animos instituta, & ad hoc inuenta, vt humana mens aliquantulum curis & mœroribus relaxetur. Videte quomodo ipsi accusa-

Festi dies gentiliũ.

tores estis eorũ quæ geritis. Si hæc leuandi mœroris & lætitiæ capiendæ causa reperta sunt, quomodo in lucis & syluis inuocationes dæmonum fiunt? quomodo insani rotatus hominum, sectionesque membrorum, & abscisiones verendorum? quomodo in his furor rabidus concipitur? quomodo inuitatur insania? quomodo mulieres sparsis crinibus furibundæ iactantur? vnde stridor & fremitus dentium? vnde mugitus cordis & viscerum, & omnia illa B quæ vel simul vel etiã ministerio dæmonũ cõpaginata, ad terrorẽ stultorũ, & ignorantium hominum proferuntur? hæc leuandi animi gratia fiunt, an potiùs opprimendi? Nondũ sentitis neque intelligitis, latentis intra vos serpẽtis hæc esse consilia? qui vos per irrationabiles errorũ suggestiones, à ratiõe veritatis abducit, vt vos libidinis & concupiscentiæ, ac totius dedecoris seruos teneat ac ministros. Sed ego clara vos oẽs prædicationis voce contestor,

Vera religio Dei in quibus sita.

quod è contrario religio Dei ad sobrietatẽ vos reuocat & pudicitiã, à luxuria ac furore iubet esse continentes, & per patientiã ac mansuetudinem, resecare lapsus iracundiæ, proprijs esse contentos, & virtute parsimoniæ, ne egestate quidẽ compulsos aliena diripere, sed in oĩbus seruare iustitiã: ab idolorũ vos immolatione penitus remouere: per hæc enim inuitatis dæmones ad vosmetipsos, & introeundi eis aditũ sponte præbetis, & ex hoc iam vel furo-
C ris causas, vel illiciti amoris accipitis. Hinc omnis impietatis origo descẽdit, hinc homicidia, adulteria, furta, & seminariũ malorũ omniũ flagitiorumq; concipitur, dũ profanis libaminibus & odoribus indulgetis, ac locũ dominandi in vos, & ius quodãmodo obtinendi malignis spiritibus datis. Ingressi enim sensus vestros, quid nisi quæ libidinis, quæ iniustitiæ, quæ crudelitatis sunt operentur, & ad omnia vos quibus ipsi delectantur, subigant obedire? permittẽte reuera hoc Deo pati vos ab eis iusto quodã iudicio, vt ex ipso dedecore actuum sensuumque vestrorũ, intelligatis quàm indignũ sit dæmonibus, & nõ Deo esse subiectos. Hinc & ad indecoros & fœdos actus per amicitias dęmonũ peruenitur. Hinc vsque ad ipsius vitæ pernicié, vel per flammã libidinis accenditur, vel per iracundiæ rabié, aut nimietatẽ tristitię peruenitur, vt sępe notum est, etiã manus sibi intulisse nonnullos: quod, vt diximus,
D iusta quadam Dei sententia fieri ab his nõ prohibetur, vt & quibus se subdiderint intelligant, & quẽ deseruerint, recognoscant. Sed dicet aliquis, passiones istę interdum accidunt etiam his qui Deũ colunt. Nõ est verum: etenim nos illum Dei dicamus esse cultorem, qui voluntatem Dei facit, & legis prę-

Roma. 2.

cepta custodit. Apud Deum enim, nõ ille qui apud homines Iudęus dicitur, Iudęus est: neque qui gentilis vocatur, ille gentilis est, sed qui Deo credens legem impleuerit, ac voluntatẽ eius fecerit, etiamsi non sit circuncisus. Verus Dei cultor est is, qui nõ solũ ipse à passionibus liber est, verũ & alios ab eis liberos reddit, etiamsi sint ita graues, vt montibus coæquentur, per fidem qua credit Deo, transfert eas: sed & montes verè cum arboribus suis, si necesse sit, per fidem transfert. Qui autem videtur quidẽ colere Deũ, sed neque fide plena, neque operibus mandatorum munitur, sed est peccator, pro peccatis lo-

 cum dedit

cum dedit in ſemetipſo paſſionibus,quę ad pœnã peccantiũ conſtitutæ ſunt E
à Deo,vt ab eis per illata ſupplicia, exigant debita peccatorũ, & purgatiores
eos ad iudiciũ illud omniũ generale perducant,ſi tamen caſtigationẽ eorum
non deſerat fides.Nam infidelium caſtigatio in præſenti vita indicium eſt,quo
Infidelium dãnatio in hoc ſeculo. alieni exiſtere incipiunt à futuris bonis:Deum verò colentium caſtigatio,cũ
pro peccatis quæ acciderint eis infertur,cõmiſſi ab eis exigit debitũ: vt præ-
uenientes iudiciũ,in pręſenti ſeculo peccati debitũ ſoluãt,&liberẽtur vel ex
parte media ab æternis,quæ illic præparatæ ſunt,pœnis.Sed hæc ita eſſe non
recipit,qui nõ credit futurũ eſſe iudicium Dei,& ob hoc præſentis ſeculi vo-
luptatibus obligatus,ab ęternis excluditur bonis.Et ideo nos nõ negligimus
prædicare vobis,quæ ſaluti veſtrę ſcimus eſſe neceſſaria, & qui ſit verus Dei
cultus oſtendere,vt credentes Deo,per opera bona poſſitis vnà nobiſcum fu-
turi ſeculi hęredes exiſtere.Quòd ſi nondũ apud vos certum eſt,vera eſſe quę F
dicimus,interim pro hoc primò non debetis ægrè accipere & infeſti eſſe,qa
quæ putamus,bona,hęc vobis adnunciamus,& quod vobis ſalutare eſſe cre-
dimus,hoc etiã vobis conferre nõ inuidemus,omni, vt dixi, ſtudio laboran-
tes,quo cohæredes vos bonorum, quæ ipſi nobis euentura credimus, habea-
mus. Vtrum autem pro certo vera ſint quæ adnunciamus vobis, non aliter
ſcire poteritis,niſi vt obedientes his quæ mandantur,ipſo rerum exitu,& be
atitudinis certiſſimo fine doceamini.Et ideo etiamſi latens intrinſecus ſer-
pens,ſenſus veſtros mille deprauandi artibus occupet,& impedimenta mille
ſubijciat,quibus à ſalutari doctrina veſtrum declinet auditum,eo magis ob-
ſiſtere ei debetis,& ſpretis eius ſuggeſtionibus ad audiendum à nobis verbũ,
ſuſcipiendamque doctrinam frequentiùs conuenire,quia nemo poteſt diſce
re aliquid qui nõ docetur. Cumq; hęc dixiſſet,iuſſit ſibi eos qui languorib. G
vel dæmonibus vrgebantur,offerri,&impoſuit eis manus cum oratione atq;
ita turbas dimiſit,admonẽs,vt ad audiendũ verbũ,diebus quibus inibidẽ mo
raturus eſſet,frequẽtarent.Ideo vbi turbæ abſceſſẽre,Petrus aquis quæ in hor
to fluebant corpus diluens,vnà cum cæteris volentibus,humi ſterni iuſſit ſub
arbore quadam,cuius vmbra erat plurima,& recumbere nos ſecundum ordi
Libelli iſti non extant. nem apud Cæſaream ſtatutum præcepit.Atq; ita cibo ſumpto, Hebræorum
ritu gratias agens Deo,quia adhuc aliquantulũ diei ſupererat,iubet nos de q-
bus velimus percontari. Cumq; eſſemus omnes cum eo viginti vnicui-
que de quo quęrere voluit explanauit,quorum ſingula quę-
que libellis comprehenſa tibi ante iam miſi. Ve-
ſpere autem iam facto ingreſſi hoſpi-
tium cum ipſo, ſuis qui- H
que locis requie-
uimus.

A RECOGNITIONVM
DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER SEXTVS, RVfino Torano Aquileienſe interprete.

B VB I verò rareſcẽtibus tenebris plurimũ dies cœpit,pferre crepuſculum, Petrus orationis gratia hortũ ingreſſus,exinde egrediens atq; ingrediens,velut excuſare nobis videbatur, quòd tardius ſolito euigilans veniſſet ad nos. Aiebat ergo: Vbi Veris tẽpus lõgiorẽ fecerit diem,neceſſe eſt vt nox breuior fiat: ſi quis ergo ſtudiorũ cauſa noctis aliquid occupare deſiderat, non in omni tempore eaſdem horas obſeruare debet ad vigilandum, ſed eadem temporis ſpatia,ſiue breuior, ſiue longior ſit nox,dormiendo conſumere,& curare magnoperè,ne præſumens ex his ſpatijs quæ habere ad ſtudendum ſolet,addat ſomno,& vigilandi tempus immi nuat.Obſeruandum nanq; & illud eſt,ne fortè ſi nondum decoctis cibis interrumpantur ſomni,indigeſtum corpus adgrauet mentem,& crudos adhuc exhalans ſpiritus,interiorem ſenſum confuſum reddat ac turbidum.Rectum ergo eſt,vt competenti etiam pars iſta quiete foueatur, quo poſſit ſufficienter his,quæ ſibi debentur,corpus expletis,iuſtum in reliquis menti exhibere C miniſteriũ.Et cùm hæc dixiſſet,plurimis iam cõſueto in horti loco ad audi- *Concio Petri.* endũ congregatis,proceſſit Petrus,&ſalutatis ex more turbis,dicere hoc mo *Euangelium colonus cordis noſtri eſt.* do cœpit.Quoniãquidem ſicut terra cultore neglecta ſpinas & tribulos neceſſariò producit,ita ſenſus veſter longi temporis incuria, multas & noxias opiniones rerũ & intelligẽtias falſæ ſcientiæ germinauit.Opus eſt nũc multa diligẽtia ad excolendũ rus mentis veſtræ, vt id ſermo veritatis,q eſt verus & diligẽs cordis colonus,adſiduis excolat diſciplinis. Veſtrũ ergo eſt pbere ei obedientiã,& occupatiões ac ſollicitudines ſupfluas amputare,ne bonũ verbi ſemen enecet noxiũ germẽ. Poteſt em fieri,vt multi tẽporis negligentiã, breuis & adſidua reparet diligẽtia:incertũ nanq;eſt vniuſcuiuſq; vitæ tẽpus, & ideo feſtinandũ eſt ad ſalutem,ne fortè cunctantẽ mors repentina præueniat.Et ob hoc acriùs intendendum eſt,vt dum eſt temporis ſpatium, colle- D cta malæ conſuetudinis vitia reſecentur. Quod nõ aliter facere poteritis,niſi vt iraſcamini quodam modo aduerſum voſmetipſos, pro his quæ inutiliter geſſiſtis ac turpiter.Hęc enim eſt iuſta & neceſſaria iracũdia,qua vnuſquiſq; in his quibus errauit & perperam geſſit, indignatur, & ſemetipſum inculat: ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro ſterili immiſſus,cõſumptis & excoctis radicibus peſſimæ voluptatis,bono ſemini verbi Dei fœcundiorẽ cordis pręparat glebam.Puto aũt quòd ſatis dignas habeatis cauſas iracũdię, ex quibus iuſtiſſimus ignis iſte coaleſcat, ſi cõſideretis in quãtos vos errores deduxit ignorãtię malũ,quantosq; lapſus,& quãta præcipitia ad peccandũ dedit,à quãtis vos bonis abſtraxit & in quę pcipitauit mala,& quod eſt ſup oĩa grauius,q vos in futuro ſeculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nõnne pro his oĩbus vbi vobis veritatis lumẽ obfulſit ignis

Universidad de Deusto Biblioteca

iustissimæ indignationis accenditur, & iracundiæ Deo placitæ intrā vos cōsurgit incendium? quo consumatur, & radicitùs intereat omne germen, si quod fortè intra vos malæ concupiscentiæ pullulauit. Vnde & ipse qui misit nos, cùm venisset, & omnem mundum vidisset ad malitiam declināsse, nō continuò pacem ei in erroribus posito dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiæ eius ruinis scientiā veritatis opposuit, vt si fortè resipiscerēt, & lumen veritatis aspicerent, deceptos se, & in præcipitia erroris abstractos merito dolerent, & iracundiæ salutaris ignem aduersum deceptricem sui conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat: Ignem veni mittere in terram, & quem volo vt accendatur. Est ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis est in hac vita: sermo enim veritatis & scientiæ, necessariò separat homines ab errore & ignorātia, sicut sæpè vidimus putrefactas & emortuas corporis carnes, à cōnexione viuentiū membrorū ferro secante separari. Tale ergo aliquid est quod agit veritatis agnitio, necesse est enim, vt salutis causa filius, verbi gratia, qui sermonē receperit veritatis, à parentibus separetur incredulis: aut rursum, pater separetur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos & consanguineos credentes, atq; incredulos, scientiæ & ignorantiæ, veritatis & erroris pugna cōsurgit. Et ob hoc iterum dicebat qui nos misit: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Quod si dicit aliquis, & quomodo iustum videtur separari à parentibus? Audi quomodo: quia si cum ipsis in errore permaneant, neq; illis proderunt, & ipsi cum illis pariter interibunt. Iustum igitur & valde iustum est, separari eum qui saluari vult, ab eo qui non vult. Sed & illud aduerte, quia non ex illis qui rectius intelligūt, venit ista separatio, illi enim volunt esse, pariter & prodesse eis, & docere meliora: sed est istud proprium ignorātiæ vitium, vt confutantem se veritatis lucem nō ferat habere de proximo, & ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiā veritatis accipiunt, quia bonitatis plena est, tanquā à bono Deo datā, cupiūt eam, si fieri potest, cum omnibus habere cōmunem, etiā cum his qui oderūt eos & persequuntur: sciunt em̄, quia peccati ipsorū causa ignorātia est. Propterea deniq; ipse magister cum ab his qui ignorabāt eum, duceretur ad crucem, orabat patrem pro interfectoribus suis, & dicebat: Pater remitte eis peccatum, nesciunt enim quid faciūt. Imitantes quoq; discipuli magistrum, etiam ipsi cum paterentur, similiter pro interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est, orare etiam pro interfectoribus, & ꝓsequutoribus nostris, quomodo non etiam parentum & propinquorum persequutiones ferre, & pro conuersione eorum orare debemus? Tum deinde etiam illud diligentiùs consideremus, quæ sit nobis causa parentes diligendi. Pro eo, inquit, quod vitæ nostræ videntur autores. Autores quidem vitæ nostræ parentes non sunt, sed ministri: nō enim vitā præbent, sed ingrediēdi nobis ad hāc vitam exhibēt ministerium: auctor autem vitę, vnus & solus est Deus. Si ergo auctorem vitæ diligere voluerimus, illum nobis sciamus esse diligēdum. Sed illum, inquit, cognoscere non potuimus, istos autem & nouimus, & in affectu habemus. Esto, non potueris cognoscere quid sit Deus, quid tamen non sit Deus, perfacilè scire potuisti. Nam quomodo latere potuit hominē quod lignū, aut lapis, aut æs, vel alia huiusmodi materia, Deus nō sit? Quod si in his quę facilè deꝑhendere potuistis, aīm ad discutiendū noluistis intēdere, certum est, quia in agnitione Dei impediti estis, nō impossibilitatis sed ignauiæ vitio: nam si voluisletis, ex his ipsis inutilibus simulacris, ꝑfectò accepisletis intelligen-

Vita militia est.

Matt. 10.

Gladius Euāgelij.

Luc. 23.

Hoc est quod opinor impulit Dionysium scribere de Theologia negatiua.

intelligentiæ viam. Certum est enim quia per ferrum facta sunt simulacra, ferrum verò per ignem confectum est, qui ignis aqua extinguitur, aqua autē per spiritum mouetur, spiritus autem à Deo initiū habet. Sic enim dicit Moyses Propheta: In principio fecit Deus cælum & terram, terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erant super abyssum, & spiritus Dei erat super aquas, qui spiritus iussu Dei, quasi ipsa conditoris manu lucem separauit à tenebris, & post illud inuisibile cœlum, istud visibile produxit, vt superiora quidem habitaculum faceret Angelis, inferiora verò hominibus. Propter te ergo Dei iussu, aqua quæ erat super faciē terræ secessit, vt terra tibi ꝓduceret fructus: cui etiam humorum venas latenter inseruit, vt tibi ex ea profluerent fontes, & flumina. Propter te producere iussa est animātia, & omnia quæ tuo vsui voluntatique seruirent. Aut non propter te venti spirant, vt ex ipsis concipiens fructus tibi terra parturiat? Non propter te imbres profluunt, & tempora vicissitudines mutant? Non propter te Sol oritur, & occidit, & mutationes Luna perpetitur? Propter te mare exhibet famulatū suum, vt tibi ingrato cuncta subiaceant. Nónne pro his omnibus ista erit vltionis pœna, quia horum omnium largitorem, quem ante omnia & agnoscere & venerari debuistis, solum præ cæteris ignorâstis? Sed & nunc eisdem vos ad intelligentiam vijs duco: videtis etenim quòd omnia gignuntur ex aquis, aqua verò per vnigenitum ex initio facta est, vnigeniti verò omnipotens Deus caput est, per quem tali ordine, quo supra diximus, peruenitur ad patrem: cùm autem perueneris ad Patrem, agnosces hanc esse voluntatem eius, vt per aquas quæ primæ creatæ sunt, denuò renascaris. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus adimpletis, hæres efficitur eius à quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod paratis animis accedite, quasi filij ad Patrem, vt peccata vestra diluantur, & causa eorum sola ignorantia fuisse probetur apud Deum. Nam si post agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis iam perditionis vestræ causa & non ignorantiæ reputabitur. Nec putes quod etiamsi omnem pietatem colas, omnemq; iustitiam, baptismum verò non accipias, spem possis habere apud Deum: imò potius maiore pœna dignus erit, qui bona opera non bene operatur: confertur enim meritum homini ex bonis gestis, sed si ita gerantur sicut Deus iubet. Deus autem iussit omnem colentē se baptismo consignari: quod si tu reniteris, & tuæ voluntati magis q̄ Dei obtemperas, contrarius sine dubio & inimicus es volūtati eius. Sed dices fortasse, quid confert aquæ baptismus ad Dei cultum? Primò quidem, quia quod Deo placuit impletur: secundo, quia regenerato ex aquis, & Deo renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ tibi per hominem facta est, amputatur, & ita demum peruenire poteris ad salutem, aliter verò impossibile est. Sic enim nobis cum sacramento verus Propheta testatus est dicens: Amen dico vobis, nisi quis denuò renatus fuerit ex aqua, nō introibit in regna cœlorū. Et ideò accelerate, est em̄ in aquis istis misericordiæ vis quædā, quæ ex initio ferebatur super eas, & agnoscit eos qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, & eripit eos de supplicijs futuris, quasi donum quoddā offerens Deo, animas per baptismum consecratas. Confugite ergo ad aquas istas, solæ sunt enim quę possint vim futuri ignis extinguere: ad quas qui moratur accedere, cōstat in eo infidelitatis adhuc idolum permanere, & ab ipso prohiberi ad aquas quæ salutē conferunt, ꝓperare. Siue em̄ iustus sis siue iniustus, baptismus tibi per oīa necessarius est. Iusto quidē, vt adimpleatur in eo perfectio,

Gene. 1.

Propter hominem oīa creata sunt.

Baptismum necessarius.

Opera tua sunt bona si fiunt ita ut Deus præcepit.

Ioan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfectio,& regeneratur Deo:iniusto verò,vt peccatorum quę gessit in igno E
rantia remissio cõcedatur.Omnibus ergo festinandum est sine mora renasci
Deo,quia incertus est vniuscuiusq; exitus vitæ.Cùm autem regeneratus fue-
ris per aquam ex operibus bonis, ostende in te similitudinem eius, qui tege-
nuit patris.Agnouisti enim Deum,honora patrem:honor autem eius est, vt
ita viuas sicut ipse vult. Vult autem ita viuere, vt homicidium, adulterium
nescias:odium,auaritiam fugias:iram,superbiam,iactantiam respuas,& exe-
creris inuidiam,cęteraq; his similia penitus à te ducas aliena.Est sanè propria
quædam nostræ religionis obseruátia,quæ non tam imponitur hominibus,
quàm propriè ab vnoquoq; Deum colente causa puritatis expetitur. Casti-
moniæ dico causa,cuius species multæ sunt,sed primò vt obseruet vnusq;,
Leuit.18. ne menstruatæ mulieri misceatur,hoc enim execrabile ducit lex Dei. Quod
Vetus exemplar cantari habebat,in alio nõ erat omnino, suspicor autem legendum canterij. etsi lex de his nõ admonuisset, nos vt Cantari libenter volueremur in sterco- F
re?Debemus amplius aliquid habere animalibus,vtpote rationabiles homi-
nes,& cœlestium sensuum capaces,quibus summi studij esse debet, ab omni
inquinamento cordis conscientiam custodire.Bonum est autem & puritati
conueniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum verò dico, non quasi prin-
cipale illud in quo mens purificatur, sed quod sequela sit illius boni, hoc
in quo caro diluitur. Sic enim & magister noster quosdam Pharisæorum &
Scribarum, qui videbantur esse cæteris meliores, & à vulgo separati, incre-
pabat,dicens eos hypocritas, quia ea solùm quę hominibus videbantur,pu-
Matt. 23. rificabant, corda verò quæ solus Deus aspicit, inquinata relinquebant &
sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis non ad omnes dicebat: Vę vobis Scribę
& Pharisęi hypocritę,quia mundatis calicis & paropsidis quod deforis est,
intus autem plena sunt sordibus. Pharisæe cæce, emunda priùs quod intus G
est,& quod deforis est erit mundum. Verè enim si mens mũdetur luce scien
tię,cum ipsa fuerit munda ac splendida,tunc etiam eius qui deforis est homi
nis,ipsa necessariò curã gerit,id est carnis suæ, vt & ipsa purificetur. Vbi aũt
ista quæ deforis est purificatio carnis negligitur,certum est ibi neq; de puri-
tate mentis,ac mũditia cordis curã geri. Ita ergo fit vt is quidem qui intrinse
cus mundus est,mundetur sine dubio & extrinsecus.Non semper autẽ is qui
mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mũdus est, videlicet cùm agit hæc
vt hominibus placeat.Sed & illa species castimoniæ obseruanda est,vt ne pas
sim,& libidinis solius causa fœminis coëatur, sed posteritatis reparandæ gra
tia.Quæ obseruantia cum in nonnullis etiam pecudibus inueniatur,pudoris
est,si non ab hominibus rationabilibus, & Deum colentibus obseruetur. In
tantum autem castimonia,verum Dei cultum tenentibus, per has quas suprà H
diximus,aliasq; horum similes species, conseruanda est, vt etiam apud eos q
à diabolo adhuc in erroribus detinentur, attentiùs obseruetur:est enim & a-
pud illos nonnulla obseruantia castimoniæ. Quid ergo quòd errantes custo
diebatis,hoc non obseruabitis emendati? Sed fortasse dicet aliquis vestrũm:
Oportet ergo nos omnia quæ fecimus dum coleremus idola custodire?Non
omnia,sed quęcunq; bene fiebant,hæc etiam nunc conuenit obseruari:quia
si quid rectè fit ab his, qui in errore sunt, certum est id à veritate sumptum.
Quia & si quid in vera religione non rectè fit: non est dubium quin ab erro-
re mutatum sit:bonum nanq; etiamsi ab errãtibus gestum fuerit, bonum est:
& malum,etiãsi ab his qui veritatẽ sequuntur gestum fuerit,malum est. Aut,
nunquid ita desipiemus,vt si videamus eum qui idola colit,esse sobrium,nos
qui

A qui Deum colimus, sobrij esse recusemus,ne eadem facere quę ille qui colit *Christiani quibus modis Ethnicos uincere debeant.*
idola videamur?Non ita est, sed sit nobis studium,vt si illi qui errant,homi-
cidium non faciunt,nos ne irascamur quidem:& si illi adulterium nõ admit
tunt,nos ne concupiscamus quidem alienam mulierem : si illi amant proxi-
mos suos,nos diligamus etiam inimicos nostros:si illi mutuo dant his qui ha
bent vnde reddant,nos etiam his demus à quibus recipere non speramus.Et
per omnia nos qui æterni seculi hæreditatem speramus, debemus præcellere
eos qui præsens tantum seculum nôrunt, scientes quia si opera illorum no-
stris operibus collata,in die iudicij similia inueniantur ac paria, confusio no
bis erit,quod æquales inuenimur in operibus, his qui propter ignorantiam
condemnantur,& nullam spem futuri seculi habuerunt. Et verè digna confu
sio est,vbi nihil amplius gessimus ab his quibus ampliùs intelleximus.Quòd
B si confusio nobis erit,æquales eis inueniri in operibus bonis,quid erit nobis
si inferiores nos,ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo quo-
modo de his nos ipse verus Propheta docuerit: ad eos enim qui negligunt au
dire verba sapientiæ, ita ait:Regina austri surget in iudicio cum generatione
hac,& condẽnabit eam,qa venit à finibus terrę,audire sapientiã Salomonis, Luc.11.
& ecce plus q̃ Salomõ hic,& nõ audiũt. Ad eos verò q de malis actibus gerere
pœnitentiã detrectabãt,ita ait: Viri Niniuitæ surgẽt in iudicio cum genera-
tione hac,& condẽnabunt eam,qui pœnitentiã egerunt in prædicatione Io-
næ,& ecce plus quàm Iona hic. Vides ergo quomodo eos qui erudiebantur
ex lege, adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia veniebant, &
ostendens eos nec illis æquales esse, qui in errore positi videbantur, ex ipsa
tantum comparatione condemnat. Ex quibus omnibus sermo quem pro-
C posuimus adprobatur,vt castimonia, qui aliquatenus etiam ab his,qui in er-
rore sunt positi,custoditur, multò puriùs & attentiùs per singulas quasque,
sicut suprà ostendemus,species à nobis,qui veritatem sequimur,teneatur, eò
magis quo apud nos obseruantiæ eius præmia æterna posita sunt.Hæc & his
similia cùm dixisset, turbas dimisit, & ex more cum familiaribus suis cibo
sumpto,quieuit.Hoc autem modo per tres continuos menses, cum verbum
Dei doceret,& plurimos conuerteret ad fidem, ad vltimum ieiunare me iuſ-
sit,& post ieiunium in fontibus, qui contigui habentur mari,perennis aquæ
mihi baptismum dedit.Cumq; pro regenerationis gratia diuinitus mihi col *Clemens baptizatur à Petro.*
lata,feriati cum fratribus & laicis læti egissemus,Perrus eos qui ad præceden
dum fuerant ordinati, proficisci Antiochiam iubet, atq; ibi tres alios expe-
ctare menses:quibus profectis,ipse eo qui fidem Domini plene receperãt,de-
D ducens ad fontes,quos mari contiguos suprà diximus,baptizauit,& eucha-
ristiam frangens cum eis, Maronem qui eum hospitio receperat, perfectum
iam in omnibus, constituit eis Episcopum, & duodecim cum eo presbyte- *Ministeria Ecclesiæ disposita à Petro*
ros,simulq; diaconos ordinat.Instituit etiam ordinem viduarum,atq; omni
Ecclesiæ mysteria disponit. Vniuersoq; admonet Maroni Episcopo,
in omnibus quæ præciperet obedire, & ita cunctis compe-
tenter dispositis,cùm trium mẽsium tempus fuis-
set expletum,valedicẽtes his qui erant
apud Tripolim, Antiochi-
am proficisci-
mur.

M RECON-

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER SEPTIMVS, RVFINO TORANO AQUILEIENSE INTERPRETE.

EGRESSI tandem etiam Tripolim Phœnicis vrbem, primã in Hortosiade, haud procul à Tripoli, facimus mansionem: vbi sequenti quoque die remorati, quia omnes penè qui Domino crediderant, dum diuelli à Petro nequeunt, illò vsque sequuti sunt: inde Antharadum venimus. Sed quòd multi nos comitarentur, ait Petrus ad Nicetam simul atq; Aquilam: Quoniãquidem plurimæ fratrum turbæ nobiscum sunt, & ingredientes singulas quasq; vrbes, nõ parum inuidiæ contrahimus, videtur mihi prouidendum, vt neq; ipsis ingratum sit, si prohibeantur sequi, neq; nobis pompæ alicuius excitet malignus inuidiam. Censeo itaq; te Nicetã atq; Aquilam præcedere nos cum ipsis: ita, vt etiã vos in duas partes diuisam multitudinem ducatis, vt sparsim magis quàm sub vna congregatione iter agentes, singulas quasq; introeamus gentium ciuitates. Scio autem quia triste vobis videtur, quòd videminià me, duorum saltem dierum spatio separari: credite mihi, quia qua mensura diligitis me decuplo amplior mihi quoq; erga vos affectus est: sed si pro affectu, quem adinuicem gerimus, non faciamus quæ conuenientia & honesta sunt, irrationabilis huiusmodi amor videbitur. Et ideo nequaquam titulo charitatis imminuto, quæ vtilia videntur ac necessaria procuremus, maximè cùm nullus dies possit intercedere, quo non disputationibus meis interesse possitis. Per singulas enim quasq; nobiliores prouinciarum ciuitates, proposui, sicut etiam vos scitis, tres nos docẽdi gratia residere menses. Nunc ergo Lodiciam, quæ est vrbs proxima, præcedite me, & ego post biduum aut triduum, quantum ad propositum meum spectat, insequar vos. Operimini autem me ad proximum portæ ciuitatis stabulum: & inde iterum similiter, cum dies ibi aliquot transegerimus, præcedetis me ad vlteriores ciuitates: & hoc vos facere per singulas cupio, declinandæ quantum in vobis est, inuidiæ gratia, & vt fratres qui nobiscum sunt, vestri prouidentia, per singulas ciuitates parata inuenientes hospitia, minus vagari videantur. Hæc dicente Petro, necessariò adquiescunt, dicentes: Non valde nos contristat hoc agere quæ à te iubemur, quia omnia & bene agere, & bene consulere, per Christi prouidentiam electus es: sed & vna die, aut si multũ biduo, quanuis grande sit, in hoc omni spatio non videre Dominum nostrũ Petrum, tamen tolerabile est. Consideramus enim quid patiantur illi duodecim fratres nostri, qui præcedunt nos, & mensem penè integrum ex tribus mensibus, quibus per vnamquanque vrbem resides, tanto bono auditus tui, visionisque fraudantur. Vt ergo iubes, quia rectè omnia iubes, agere non morabimur. Et his dictis, præcessere, acceptis mandatis, vt extra vrbem alloquerentur fratres qui secum iter agebant, ne constipati & quasi cum tumultu, sed sparsim & in binos diuisi, ingrediantur ciuitates. Verùm vbi illi profecti sunt,

A sunt, ego Clemens valde gauisus sum, quod me secum esse fecit, & aio ad eum: Deo gratias ago, quod me non præmisisti cum alijs, nam tristitia interissem. Tum Petrus: Et quid fiet, inquit, si necessitas exegerit mittere aliquò doctrinæ gratia, separatus à me pro vtilitate morieris? nec tibimetipsi imperabis ferre patienter quæ necessitas imposuerit? Aut ignoras, quia amici semper simul sunt, & licet corporibus separentur, memoria tamen iungunturſicut è contrario nonnulli corporibus vnà positi, animis diuiduntur. Et ego respondi: non putes mi Domine, hæc me irrationabiliter pati, sed certa & causa & ratio est, huius erga te affectus mei. Te enim solùm pro omnibus meis affectibus habeo, pro patre, pro matre, pro fratribus: super hæc autem omnia est, quod mihi salutis causa, & agnoscendæ veritatis tu solus existis. Sed & illud non mihi in postremo habetur loco, quod iuuenilis ætas B quæ in me est, concupiscẽtiarum insidijs subiacet, & vereor esse sine te, cuius solam præsentiam omnis luxuria, quanuis ratione careat, erubescit. Licet cõfidam de misericordia Dei, quod etiã sensus meus, ex his quæ p doctrinã tuam concepit, aliud iam aliquid ad cogitationem recipere nõ possit. Pręterea memini te apud Cæsaream dixisse, vt si quis vult me salua pietate comitari, comitetur. Salua autem pietate dicebas, vt neminem contristaret, cui secundum Deum deberet adhærere: verbi gratia, ne vxorem fidelem relinqueret, vel parentes, vel alias huiuscemodi personas, à quibus ego valde liber sum, & ideo aptus ad sequendum te, atque vtinam mihi concedas, vt tibi etiam serui ministerium exhibeam. Tum Petrus adhęc ridens, ait: Et quid putas Clemens, quod non te ipsa necessitas mihi faciat seruum? Nam quis mihi poterit alius sternere sindones, & stragula pulchra componere? Quis ser- C uare ãnulos & indumenta, quæ assiduè mutare debeam, præparabit? Quis etiam cocis imperabit, & diuersa atque electa pulmenta prouidebit, quæ arte scitissima & varia præparentur? & omnia illa quæ hominib. molliter institutis, imò potiùs cupiditati eorũ velut immanissimæ cuidam bestiæ iniustis quæsita sumptibus conuectantur. Sed fortasse quanuis mecum positus videaris, non agnoueris vitã meam: panis mihi solus cum oliuis, & rarò etiã cum oloribus in vsu est. Indumentum autem hoc est mihi quod vides, tunica cum pallio: & hæc habens, aliud nihil requiro, hoc mihi sufficit, quia mens mea non ad hæc præsentia, sed ad illa quæ ęterna sunt, aspicit, & ideo nihil me rerum præsentium, visibiliumque delectat. Vnde tuum quidem erga me bonum animũ amplector & miror, ac te magis ludo, quomodo cùm sis vir, ex consuetudine multæ abundantiæ veniens, tam citò transferre & D aptare te potueris, ad hanc vitam nostram, quæ solis necessarijs vtitur. Nos enim à puero, id est, ego & frater germanus meus Andreas, non solùm orphani, sed & valde pauperes creuimus, & necessitate operarij esse consueuimus. Vnde & nunc facilè vexationes itinerum ferimus: sed potiùs si mihi adquiesceres & permitteres, ego magis homo operarius, faciliùs tibi possem serui implere ministerium. Ad ego hæc audiens, contremui, & lachrymæ mihi continuò proruperunt, quod talem mihi sermonem dixerit vir tantus, quo omnis mundus habetur inferior. Tum ille lachrymantem me videns, causam percontatur. Cui ego respondi: Quid tantum in te peccaui, vt me tali sermone onerares? Et Petrus: Si malum est, inquit, quod dixi vt seruiam tibi, tu prior peccasti hoc mihi dicendo. Et ego: Non est, inquam, simile: me enim decet hoc tibi facere: tu autem qui Dei summi præco ad saluandas animas

Cauet Petrus ne peregrinatio sua speciem ullã tumultus, id quod facilè poterat fieri, præberet.

Tenuitas & parsimonia Petri.

Petri & Andreæ paupertas.

Universidad de Deusto Biblioteca

hominum missus es, graue est vt hoc mihi dicas. Et Petrus: Acquiescerem ti- E
bi, inquit, nisi Dominus noster, qui ad salutem totius mundi venit, & qui e-
Matt. 20. rat omni creatura nobilior, seruire passus esset, vt nos suaderet, non erubescere fratribus nostris seruorum exhibere ministerium. Tum ego: Si puto quòd possim te vincere, valde stultus sum: veruntamen ago gratias prouidentiæ Dei, quod parentum loco habere te merui. Tum Petrus: Nemo enim, inquit, verè ex genere tibi superest? Respondi: sunt quidem multi potentes viri ex Cæsaris prosapia venientes: nam patri vtpote propinquo suo,
Clementis prosapia. & vnà educato, nobilis adæquè familiæ Cæsar ipse iunxit vxorem, ex qua duos geminos ante me filios suscepit, non valde, vt aiebat pater, sibi inuicem similes, ego enim eos non adeò sciebam. Sed ne matris quidem valde memor sum, sed quasi per somnium, ita tenuiter vultus eius speciem recolo. Mater ergo mea Mattidia, pater Faustinianus vocitatus est: fratrum autem F
meorum alter Faustinus, alter Faustus dicebatur. Interea cùm ego quinque vix dum essem annorum, mater sicut à patre didici somnium vidit, quo moneretur, nisi cum duobus filijs suis geminis, confestim vrbem fuisset egressa, & abfuisset annis decem, ipsam pariter cum liberis interitu exitiabili perituram. Tum pater, qui tenerè diligeret filios, adiunctis seruis & ancillis, ac sumptibus sufficienter præbitis, naui impositos cum matre filios, Athenas mittit erudiendos, me sibi solum filium ad solatium retinens, & in hoc quidem gratias agens, quia non etiam me imperauit somnium pariter cum matre discedere. Anno autem completo, Pater misit ad eos Athenas homines & sumptus, scire simul cupiens quid agant, nec tamen redeunt qui missi sunt. Tertio rursus anno, mœstissimus pater mittit alios cum pecu- G
nijs, qui quarto anno regressi, nunciant neque matrem se, neque fratres vidisse, sed neque Athenas eos omninò peruenisse neq; vsquam alicuius saltem qui cum ipsis fuerant, vestigium repertum. Pater hæc audiens, & multa tristitia obstupefactus, nesciens quò tenderet, aut vbi quæreret, vnà mecum descendit ad portum, & requirere à nautis cœpit sic, vbi aliquis eorum vidisset aliquando ante quatuor annos corpus mulieris, cum duobus paruulis eiectum. Cùm multi multa dicerent, nec aliquid nobis rati elucesceret, tam immensum pelagus perscrutantibus, pro multo tamen affectu pater quem erga suos gerebat, pascebatur vanis spebus, donec visum est ei, vt me sub procuratoribus ordinatum Romæ relinqueret, annorum cum essem duodecim, & ipse pergeret ad requirendum: flens itaque descendit ad portum, & nauem conscendens profectus est: ex eo vsq; in hodiernum, neq; literas eius accepi, H
neq; si viuat, aut defunctus sit, noui. Sed magis suspicor, quia & ipse obierit, aut tristitia victus, aut naufragio: anni etenim viginti elapsi sunt, quibus hæc geruntur, & ne nuncius quidem de eo ad me aliquis venit. Petrus hæc audiens, ex affectu lachrymas fudit, & ad eos qui aderant familiares ait: Hæc si quis in Dei cultu positus pertulisset, quæ huius pertulit pater, statim homi-
Religioni enim sicut & hodie imputata sunt incõmoda, si quæ euenerant. nes religioni adscriberent ærumnarum causam: quæ cùm accidunt miseris gentilibus, malorum causam fato adscribunt. Miseros autem dico eos, quia & hic vexantur erroribus, & ab spe futura fraudantur: Dei enim cultores cùm hæc patiuntur, ad purgationem peccatorum cædit eis, quod perferunt patienter. Post hæc dicta, vnus ex adstantibus Petrum rogare cœpit, vt die crastina maturiùs ad insulam proximam, quæ sex non ampliùs stadijs aberat, Aradum nomine, pergeremus, videndi in ea gratia mirum aliquod opus

columnas

A columnas vitreas magnitudinis immensæ: cui Petrus, vt erat clementissimus, acquiescit, sed monuit nos, vt cùm nauem descendissemus, nõ vnà omnes cõ-
In uetustissimo codice legitur Aradũ, quæ lectio mihi probatur. Quamuis non ignorem, uel ex libro quinto Plinij posse & Anaradum legi.
currere ad videndum: nolo enim, inquit, notari vos à turba. Cùm ergo die postera naui sub momento horæ venissemus ad insulam, continuò ad locum in quo erant columnæ mirabiles properamus. Erant autem in æde quadam positæ, in qua Phidiæ opera permagnifica habebantur, quibus intento vnusquisque nostrũm detinebatur aspectu. Petrus verò, vbi solas columnas miratus est vitreas, nequaquam raptus picturæ gratia, egressus vidit pro foribus mulierculam quandam stipem ab introeuntibus deposcentem, quam attentiùs considerans ait: Dic mulier, quod tibi membrum corporis deest, quod huic te iniuriæ subiecisti, vt stipem petas, & non potiùs manibus tuis, quas à Deo accepisti, operans, cibum quæras? At illa suspirans ait: Vtinam mihi qui-
B dem essent manus quæ moueri possent: nunc autem species tantum seruata est manuũ, nam ipsę sunt emortuæ: & meis morsibus debiles & sine sensu reddita. Et Petrus: Quæ, inquit, fuit causa, vt hoc tibi tantum mali ipsa conferres? Ignauia, inquit, nec aliud quicquam: si enim fuisset in me aliquid virtutis potui vel præcipitio vti, vel profundo maris inijcere memetipsam, & finem dare doloribus meis. Tum Petrus: Ecquid putas, ait, mulier quòd qui semetipsos perimunt, à supplicijs liberantur? nisi quià maioribus subiaceant pœnis animæ eorum, qui sibijpsis intulerint manus. At illa: Vtinam, inquit, istud mihi certum fieret, quia viuunt animæ in inferno, libenter amplecterer etiam pœnas ferre mortis illatæ, tantum vt dulces mihi natos horam saltem vnam viderem. Et Petrus: Quid tantum istud est, quod te tam graui afficit tristitia, scire velim. Si enim doceres me causam, possem tibi & ego euidenter osten-
C dere ô mulier, quod in inferno viuãt animæ: & pro pręcipitio vel profundo, possem tibi dare medicamẽtum aliquod, vt sine cruciatu valeas vitam finire. Tunc mulier promissione hac gratanter accepta, cœpit dicere: Genus quidẽ mihi & patria quæ sit, nec credi facile, nec dici necessarium puto: sed causam tantum sufficit doloribus exponere, cur morsibus meis, meas ipsa debiles reddiderim manus. Ego generosis orta parentibus, & potentis adæquè viri fortita matrimonium, duos suscepi geminos liberos, & post hos vnum aliũ. *Exemplũ pudicitiæ in matre Clementis.* Sed frater viri mei, illicito in me amore vehementer exarsit: mihi autem cum super omnia chara esset pudicitia, & neque tanto sceleri acquiescere, neque viro vellem flagitium fratris aperire, cogitaui quatenus & ego impolluta euaderem, & fratrem inimicum & hostem non facerem fratri, ne genus omne, quod erat nobilis familiæ, in obprobriũ darem. Patria ergo & vrbe, cum
D duobus meis geminis discedere statui, donec incestus amor conquiescceret, quem fortè præsentiæ meæ palparet & inflammaret aspectus, alius sanè filius quatenus patri maneret ad solatium cogitaui. Sed vt hæc ita fieri possent, somnium finxi, quasi adsistente mihi per visum quodam numine, & dicente, vt confestim cum geminis meis vrbe discederem, & tandiu abessem, donec redire me ipse præciperet: quòd si non facerem, cum liberis omnibus me pariter perituram, & ita factum est. Statim enim vt somnium viro enarrauit, extimuit, & sociatis mihi duobus filijs, seruis quoq; & ancillis, pecunia *Athenæ.* etiam abundanti data, nauigare Athenas iubet, vbi simul & erudire liberos possem, mansura, inquit, ibi vsquequo visum fuerit ei qui præcepit exire, vt redeas ad nos. Interea nauigans vnà cum meis natis, ventorum violentia ad hos infœlix nocturno naufragio depulsa sum locos, & cũ omnes interissent,

 adreptam

Universidad de Deusto Biblioteca

adreptam me crudelem, ſupra ſaxum quoddam vehementior fluctus eiecit: E
vbi cum ſederem ea ſola ſpe, qua meos poſſem fortè natos inuenire, in pro-
fundum me non præcipitaui, tunc cùm adhuc perturbata anima, & dolori-
bus ebria facere hoc & audebat & poterat. Verũ vbi dies exortus eſt, & ego
cũ clamore & vlulatu infœliciũ natorũ circumſpicerẽ, ſi cubi vel eiecta poſ-
ſim videre cadauera, miſeratione cõmoti quidã ex his qui me viderãt, primò
per pelagus, tum etiam circa littora requirunt, ſi quem fortè de meis infanti-
bus inuenirent. Sed vbi nuſquam vllus inuentus eſt, miſerantes me mulieres
loci, conſolari cœperunt, enarrantes ſingulæ ſuas quæq; miſerias, vt ex ſimi-
litudine calamitatum ſolatium caperem: quod me magis contriſtabat: non
enim tale mihi erat ingenium, vt aliorum mala, mea eſſe ſolatia ducerem.
Et cùm me multæ hoſpitio cuperent recipere, vna quædã paupercula hîc ha-
bitans, extorſit mihi tugurio eius ſuccedere, dicens, fuiſſe ſibi virum nautam F
eumq; in mari adoleſcentem defunctum, ſibique ex eo die cùm multi eam
accipere in cõiugiũ cuperent, amore viri viduitatem fuiſſe chariorem. Erunt
ergo, inquit, nobis cõmunia, quæcunque manibus noſtris operantes, quære-
re poterimus: & ne longa ac minus vtili narratione vtar, libenter habitaui cũ
ea, propter affectum fidei quam ſeruauerat viro. Sed non multò poſt, mihi in-
fœlici laceratæ dudum morſibus, reſolutæ ſunt manus, & illa quæ me ſuſce-
perat, incurrit paralyſin, & domi in lecto iacet. Illarum autem mulierũ quæ
prius miſerabantur, refrixit affectus: nos ambæ debiles, ego vt vides, ſedeo ſti
pem petens, & ſi quid fortè quæſiero, ſit vnus duarum infœlicium cibus. Ec-
ce iam quæ mea ſunt, ſufficienter audiſti: tu nũc, quid moraris implere quod
promiſeras, & dare medicamentum, quo poſſit abſque cruciatu, vt ais, vtraq;
noſtrũm miſerabilis vitæ fortẽ finire? Hæc dicente muliere, multa Petrus co G
gitatione diſtractus, velut attonitus ſtabat: & ego Clemens ſuperueniens, du-
dum inquam, per omnia diſcurrens, quærebam te, & nunc quid facimus? At
ille præcepit mihi vt ad nauiculam præcederem, ibi me, inquit, operire: &
quia contradici ei non poterat, quod iuſſit, impleui. Ipſe verò, vt mihi cũcta
poſterius enarrauit, ſuſpicione quadã pulſatus, requirebat à muliere genus, et
patriã ſimul, & nomina filiorum, quæ ſi mihi, inquit, dixeris, dabo cõtinuò
medicamentum. At illa, quaſi vim ſuſtinens, quia neque fateri, & medicamẽ
ti cupida erat, finxit alia ex alijs, & ait ſe quidem eſſe Epheſiam, virum autem
Siculum: ſed & filiorum nomina, ſimiliter immutauit. Tum Petrus, putans
eam verum reſpondiſſe, ait: Heu mulier, putabã, inquit, grande aliquod gau-
dium hodierna nobis die oriturum, ſuſpicabar enim te eſſe quandam mu-
lierem, de qua ſimilia quædam nuper ad fidem didici. At illa adiurabat eum, H
dicens: Rogo te, vt indices mihi quę iſta ſit, vt ſciam, ſi eſt vlla inter mulieres
me infœlicior. Tum Petrus, fallere neſciens, & miſeratione commotus, cœ-
pit dicere: Eſt quidam adoleſcens inter eos, qui me ſequuntur, religionis &
ſectæ gratia, Romanus ciuis, qui mihi enarrauit, quod patrẽ habuerit, & du-
os geminos fratres, ex quibus nullus ei ſupereſt. Mater, inquit, mea, ſicut à pa-
tre didici, ſomnium, vidit, vt Romana vrbe ad tempus excederet cùm duob.
geminis natis, ne fortè exitiali interitu deperirent: quæ cum diſceſſiſſet, nuſ-
quam terrarum vltra comparuit. Pater verò ſuus, poſt hæc ad inquiſitionem
vxoris ac filiorum profectus, nec ipſe inuenitur Hæc cùm dixiſſet Petrus, mu
lier ſtupore percuſſa corruit. Tũ Petrus continere eam, & cõſolari cœpit, ac
requirere quid eſſet cauſæ, aut quid pateretur. At illa vix aliquando ſpiritum

Naufragium mulierculæ.

reuocans,

A reuocans, ac ſemetpſam ad gaudij, quod ſperabat, magnitudinem reparans, ſi
mulq; adfricans vultum, hic, inquit, eſt quem dicis adoleſcens? At Petrus, vbi
rem intellexit: Dic, inquit, mihi tu prior, nam videre eum non poteris. Tũ il-
la: Ego, inquit, ſum adoleſcentis mater. Et Petrus: Quod ei nomen eſt? At illa
Clemens, ait. Petrus: Ipſe eſt, & ipſe erat, qui paulò ante mecum loquebatur,
& quem iuſſi ad nauem præcedere. Tum illa, procidens ad pedes Petri, ro-
gare cœpit, vt feſtinaret ad nauem. Et Petrus: Si mihi, inquit, ſeruas fidem, vt
facias quod dico. At illa: Omnia, inquit, facio, tantum mihi, inquit, oſtende
vnicum meum natum, puto enim me per ipſum, & geminos meos videre. Et
Petrus: Cum videris, inquit, eum, modo interim diſſimula paululum, vſque-
quo egrediamur ab inſula. Ita, inquit, faciam. Et tenens manum eius Petrus,
adducebat eam ad nauem. Quem ego videns manum dantem mulieri, ridere
B cœpi accedens tamen honoris eius gratia, pro ipſo cœpi velle ſubijcere ma-
num meam, & ſuſtentare mulierem: ſimul autem, vt manum eius contigi, vlu-
latu ingenti reddito, in amplexus meos irruit, & maternis me conſectari oſ-
culis cœpit. At ego ignorans omne negotium, quaſi inſanientem mulierem
repellebam, ſimul & cum verecundia licet, indignabar tamen quodãmodo
aduerſum Petrum, At ille: Deſine, inquit, quid agis ô fili Clemens, noli repel-
lere tuam matrem. Ego verò, vbi hæc audiui, continuò lachrymis ſuffuſus,
concidi ſupra iacentem matrem, & oſculari eam cœpi. Simul enim vt audiui,
paulatim vultum eius reuocabam ad memoriam & notior mihi intuenti tã-
tò magis fiebat. Multitudo interim conueniebat plurima, audiens quod mu-
lier quæ ad ſtipem petendam ſedebat, recognita eſſet à filio ſuo, viro quodã
bono. Et cũ velimus confeſtim enauigare ex inſula, mater ait ad me: Fili dul-
C ciſſime, rectũ eſt, vt valedicã mulierculæ, quæ me ſuſcepit, eſt enim egens, &
paralytica, iacens in lectulo. Quibus auditis Petrus, & oẽs qui aderant, admi-
rati ſunt bonitatem, ac prudentiam fœminæ, & continuò iuſſit Petrus abire
quoſdam, & deferre mulierem in lectulo, vbi iacebat. Cumq; fuiſſet allata, &
in medio turbæ adſtantis poſita, in conſpectu omnium Petrus ait: Si veritatis
ego ſum præco, ad confirmandam fidem horum omniũ qui adſiſtunt, vt ſci-
ant, & credant, quia vnus eſt Deus, qui cœlum fecit, ac terram, in nomine Ie-
ſu Chriſti filij eius, ſurgat hæc mulier. Et ſtatim, vt hæc dixiſſet, ſurrexit ſana,
& procidit ad pedes Petri, atq; amicam ſuam, ac familiarem oſculis petens,
percõtabatur ab ea, quid iſtud eſſet negotij. At illa breuiter omnem ei ordinẽ
agnitionis expoſuit, ita vt etiam turbæ adſtantes mirarentur. Tum Petrus: De
fide Dei ac religionis inſtitutis, quod ad ſe pertinebat, in quantũ tempus pa-
D tiebatur loquutus ad turbas, addit etiam hoc, vt ſi quis vellet de his diligẽti-
us noſcere, Antiochiam veniret, vbi tribus, inquit, menſibus ſtatuimus reſide
re, vt quæ ad ſalutem pertinent, diſcat. Si enim, inquit, negociandi cauſa, aut
militandi, patriam relinquũt homines, ac parentes, & longas peregrinatiões
ſubire non metuunt: pro vita æterna tribus ſaltem menſibus peregrinari, cur
oneroſum videatur ac difficile? Cũq; hæc & alia his ſimilia dixiſſet, ego mu-
lieri quæ ſuſceperat matrem, & ſanitatem receperat per Petrum, mille drach-
mas donaui, & præſentibus cunctis, cõmendaui eam cuidam viro bono, pri-
mario illius oppidi, qui & libenter ſe facturum, quod imperabamus ſpopon-
dit. Sed & alijs quibuſdam aliquantulum pecuniæ diſtribui, & illis mulieri-
bus, quæ aliquando ſolatæ dicebantur in miſerijs matrẽ meã, quibus & gra-
tias retuli, & poſt hæc vnà cum matre enauigabamus Antharadum. Cumque
veniſſemus

Petrus ſanat paralyticam.

Quæ ſumma paulò plus confi cit, quàm 33. aureos Rhenẽſes.

Universidad de Deusto Biblioteca

venissemus ad hospitium, mater requirerere cœpit à me, quonam deuenisset B
pater. Cui ego: Ad te, inquam, requirendam profectus, vltra non redijt. At illa
audiens, suspirauit tantum, grande enim pro me gaudium habens, reliquos
solabatur mœrores. Die autem postera sedens vnà cum vxore Petri, iter age-
bat nobiscum, & venimus Balaneas, vbi triduo remorati, inde accessimus Pa-
tho, & post hoc Gabala, & sic Laodiciam peruenimus, vbi ante portas occur
runt nobis Niceta & Aquila, & osculantes nos abducunt in hospitium. Pe-
trus autem videns amplam ciuitatem & splendidam: Dignum est, inquit, re-
morari nos in hac diebus decem, aut etiam amplius. Tum Niceta cum Aqui
la requirebãt à me, quæ esset mulier hæc ignota. Et ego respondi: mater mea
est, quam mihi redonauit Deus per Dominũ meum Petrum. Hæc cùm ego
dixissem, cũcta eis Petrus per ordinem cœpit exponere, & ait: Cum veniss-
mus Aradum & ego vos præcedere iussissem, profectis vobis eadem die Cle- P
mens cùm incidisset sermonis occasio, genus suum mihi exposuit ac fami-
liam, & quod parentibus esset orbatus, duosq; habuisset priores se geminos
fratres: & sicut mihi, inquit, pater enarrauit, somnium vidit aliquando ma-
ter quo iussa est cum geminis suis, ex vrbe Roma proficisci, ne subito & pari-
ter interirent. Cumq; somnium patri indicâsset, ille qui tenero filius diligeret
affectu, ne quid fortè mali paterentur, vxorem pariter ac filios, naui cum om-
nibus necessarijs impositos, emittit Athenas erudiendos. Post hæc misit
semel & iterum qui requirerunt, nusquam vllius ne vestigium quidem re-
perit. Ipse ad vltimum pater ad inquirendum proficiscitur, & vsque ad præ-
sens, ne ipse quidem vsquam est. Hæc cum mihi Clemens enarrâsset, accessit
ad nos quidam, rogans, vt ad insulam Aradum, quæ vicina erat, accederemus
videndi gratia columnas vitreas miræ magnitudinis: acquieui, ventum est ad G
locum, cæteri omnes interiora ædis ingressi, mihi animus, nescio ob quam
causam, ingrediundi vltra non dedit. Sed dum illos foris operior, mulierem
hanc considerare cœpi, qua parte membrorum esset debilis, vt nõ labore ma-
nuum victum quæreret, sed mandcitatis pudorem subiret: requiro ergo ab ea
causas. Illa nobili se ortã genere, & nobili nihilominus viro in matrimonio
fuisse iunctam fatetur, cuius frater, inquit, in me illicito amore inflammatus
fraternum thorum polluere cupiebat. Quod ego abhorrens, & rursum de tã-
to scelere viro indicare non audens, & ne bellum fratribus, & obprobrium
generi indicerem, magis ex patria discedere iudicaui, cum duobus geminis fi
lijs meis, iuniore puero ad solatium patri relicto. Et vt hæc, inquit, honesta
specie fierent, cogitaui somnium fingere, & dicere viro, adstitisse mihi numẽ
quoddam per visum & dixisse vt cum duobus geminis meis confestim ex vr H
be proficiscerer, vsquequo ab ipso audirem, quando redire deberem. Quib.
auditis, credidisse aiebat virum, & Athenas se geminis cum liberis emisisse
inibi erudiendis: sed tempestate graui ad hanc insulam fuisse depulsos, vbi
confracta naui, se fluctu excussam supra saxũ quoddam, ob hoc solum mor-
tem distulisse, donec, inquit, infœlicium natorum meorum saltem emortua
membra complecterer, ac sepulturæ mandarem. Sed cùm dies fuisset exortus,
& turbæ conuenissent, miseratione moti proiecerunt mihi indumentum: At
ego infœlix fletibus multis rogabam, vt requirerent, sicubi infœlicium na-
torum possint inuenire corpuscula. Ego autem omne corpus meum denti-
bus lanians, planctibus & vlulatibus nihil aliud clamabam, nisi, Vbi mihi in-
fœlici Faustus est, vbi Faustinus? Et cùm hæc diceret Petrus, Niceta & Aquila
subito

Vxor Petri unà erat in peregrinatione.

A subitò adsurgunt, & stupefacti perturbari cœperunt, dicentes: Dominator
Domine & Deus omnium, verã ne hæc sunt, an somnium est, quod agitur?
Tũ Petrus: Nisi inquit, nos insani sumus, hæc vera sunt. At illi paululũ remo-
rati, & confricantes faciẽ, aiũt: Nos sumus Faustinus Faustus. Sed & ab initio,
cum narrare cœpisti, statim in suspicionem incidimus, ne fortè ad nos perti-
nerent, quæ dicebantur: rursus tamen considerantes, multa similia accidere
in via hominum, reticuimus, licet cor nostrũ spe aliqua pulsaretur: aspicieba
mus ergo ad finem sermonis, vt si ad integrum de nobis esse constaret, tum
fateremur. Et cùm hęc dixissent, lacrymantes ingrediebantur ad matrem:
cùm reperissent quiescentem, & complecti vellent, prohibuit Petrus, dicens:
Sinite me prius præparare animos matris, & ita vos afferre ei, ne fortè multo
& subito gaudio mente excidat, & sensus eius turbetur, maximè, quia nunc
B etiam somno occupata stupet. Igitur vbi mater exurrexit è somno, alloqui
eam Petrus cœpit, dicens: Scire te volo mulier religionis nostræ obseruantiã.
Nos vnum colimus Deum, qui fecit mũdum, huius & legem seruamus, qua
mandat in primis, ipsum colendum, & nomen eius venerandum, parentes ho
norandos, pudicitiam iustitiamq; seruandam. Sed & illud obseruamus, men
sam cum gentilibus non habere communem, nisi cùm crediderint, & recep-
ta veritate baptizati fuerint, ac trina quadam beati nominis inuocatione cõ
secrati, & tunc cum eis cibum sumimus. Alioquin etiã si pater aut mater sint,
aut vxor, aut filij, aut fratres, non possumus cum eis mensam habere commu
nem. Quia ergo religionis causa præcipua hoc facimus, non tibi iniuriosum
videatur, quod non potest filius tuus vnà tecum sumere cibum, vsquequo ea-
dem tibi sit, quæ illi sententia fidei. Quibus illa auditis, Et quid, inquit, vetat
C hodie me baptizari? quę etiã priùs, quàm te viderem, illos quos dicũt Deos,
penitus auersata sum, quod mihi frequenter & penè quotidie sacrificãti sibi,
præstare potuerunt nihil. Nam de pudicitia quid dicam? cum me neq; cunc
delitiæ deceperint, neq; nunc egestas peccare compulerit. Satis autem puto
innotuisse tibi, quantus mihi exinde fuerit amor pudicitiæ, quæ vt euaderẽ
illiciti amoris insidias, somnium finxi, vt cum duobus meis geminis peregri-
narer, & hunc solum filium meum Clementem, ad solatium, patri reliqui. Si
enim mihi duo vix sufficiebant, quantò magis contristâsset patrem, si nul-
lum penitus habuisset? Erat enim miser, grandi affectu erga filios, ita, vt vix ei
somni auctoritas extorqueret, Fanstinum & Faustum Clemẽtis huius fratres,
mihi concedere, & ipse solus contentus esset Clemente. Hæc illa cũ diceret,
vltra non ferentes fratres mei, irruunt in cõplexus matris, cum multis lacry-
D mis, & osculantur eam. At illa, quid vult, inquit, hoc esse? Tum Pettus: Nolo
turberis mulier, cõstans esto, isti sunt Faustinus & Faustus filij tui, quos in pro
fundo perîsse dicebas: quomodo autem viuant, & quomodo in illa horribili
nocte de profundo euaserint, & quemadmodum alius ipsorum Niceta, & ali
us Aquila dicatur, ipsi tibi exponere poterunt, & vnà tecum etiam nos audie
mus. Vbi hæc Petrus dixit, mater nimio gaudio intercepta corruit, & tandẽ
aliquando reparata, atq; in semetipsam, regressa, ait: Obsecro vos dulcissimi
filij, dicite mihi, quæ acciderint vobis post illam feralem, & crudelissimam
noctem. Tum Niceta cœpit dicere: In illa nocte ô mater, cùm nauis fuisset re
soluta, & nos innitentes fragmẽto cuidã tabularum, per pelagus iactaremur,
viri quidã, quib. per profundũ latrocinari artificiũ est, repertos imposuerũt
nos nauiculæ suæ, & remis vndarum vortices superantes diuersis itineribus
N Cæsaream

Niceta et Aquilla fratres Clementis ante hæc dicti sunt Faustinus et Faustus.

Mortuos enim legẽmus aliquot subito gaudio.

Fidei Christianæ cõpendium.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cæsaream Stratonis perduxerunt, ibique adfligentes nos fame, verberibus, E
metu, vti ne quod esset in vero proderemus: immutatis etiam nostris nomini
bus vendiderunt nos cuidam viduæ, honestæ admodũ fœminæ, Iustæ nomi-
ne: quæ cùm emisset, habuit loco filiorum, ita, vt etiam Græcis nos literis, &
liberalibus attentissimè erudiret. Vbi verò adoleuimus, etiã philosophorum
studijs operam dedimus, quo possimus religionis diuinæ dogmata, philoso-
phicis disputationibus adserentes, cõfutare gentiles. Simoni autem cuidã Ma
go, qui nobiscum vnà educatus est, pro amicitijs & puerili consuetudine ad-
hæsimus, ita, vt penè ab eo decipi possemus. Fertur enim in religione nostra
sermo de Propheta quodam, cultus ab omnibus, qui religioni huic deseruí-
unt, sperarentur aduent⁹, per quem immortalis & beata vita credentibus dãda
promittitur. Hunc ergo nos putabamus Simonẽ, sed hæc tibi mater, oportu
niùs exponẽtur. Nòn interim cũ penè iam deciperemur à Simone, quidã col F
lega Domini mei Petri Zachæus nomine, monuit ne falleremur à Mago, sed
obtulit nos adueniẽti Petro, vt ab ipso quæ erãt sana & perfecta doceremur:
quod & tibi optamus euinire, sicut & nobis concessit Deus, vt possimus eti-
am cibum, & mensam habere communem, hinc ergo fuit mater, quod nos à
piratis raptos, tu in mari defunctos esse credidisti. Cùm hæc dixisset Niceta,
mater nostra procidit ad pedes Petri, rogans & obsecrãs, vt & seipsam & ho-
spitam suam euocaret sine mora, ac baptizaret, vti ne vnà, inquit, die damnũ
patiar consortij & societatis natorum meorum. Similiter autem & nos filij
eius rogabamus Petrum. At ille: Quid putatis, inquit, quia ego immisericors
sum solus, & nolo vos matris cõuiuio sociari? sed necesse est eam vel vnà die
ieiunare priùs, & ita baptizari, & hoc quia sermonẽ ab ea quendã audiui, per
quem mihi fides eius claruit, & qui indicium dedit credulitatis eius: alioqui G
multis eam diebus oportebat antè instrui & doceri. Et ego quæso te inquã,
Domine mi Petre, dic quis est iste sermo, quem dicis dedisse tibi indicium
fidei eius? Et Petrus: Ille sermo est, quo rogauit, vt & hospita sua, cuius benefi-
cijs vicem reddere desiderat, simul baptizetur cum ipsa. Non autem rogaret,
vt illi quam diligit præstaretur hæc gratia, nisi credidisset, quòd magnum ali
quod in baptismate munus esset. Vnde & ego reprehendo plurimos, qui cũ
ipsi baptizentur & credant, nihil tamen dignum fide agunt, cum his quos di
ligunt, id est vxoribus, vel filijs, vel amicis, quos non ad hoc hortantur, quod
ipsi adsequuti sunt, si quidem verè crediderint, quòd ęterna vita per hoc do-
natur. Denique si eos ægrotare videãt, aut periculo alicui carnaliter subiace-
re, dolent & lugent, quia in hoc certi sunt eis imminere perniciem. Ita ergo, si
& de hoc certi essent, quòd qui Deũ non colũt, manet eos pœna ignis æterni H
quando cessarent monentes & cohortantes? Aut si obsisterent, quomodo
non lugerent eos & plangerent, certi ęterna eis imminere supplicia? Nunc er-
go illam quidem mulierem euocabimus, postmodum & videbimus, si amat
fidem religionis nostræ, & prout consequens fuerit agemus. Hæc autem quo
niam fideliter sensit de baptismo, ieiunet vel vna die ante baptismum. At illa
cum iuramento satisfaciebat, pręsente vxore Domini mei Petri, quia ex quo
recognouerit filium, præ multo gaudio cibum capere omnino nequiuerit,
nisi hesterna die calicem aquæ solum biberit. Testabatur autem & vxor Pe-
tri, dicens ita esse. Et Aquila ait: Quid ergo obstat, cur non baptizetur? Tum
Petrus subridens: Sed non est, inquit, hoc ieiuninm baptismi, quod non prop
ter baptismum ieiunatum est. Et Niceta: Sed fortè, inquit, volens Deus matrẽ
nostram

Philosophiæ studia perdiscenda sũt ad refutãdos hæreticos.

A nostram nec vna die agnitis nobis separari à consortio mensę nostræ, præor-
dinauit hoc vt antè ieiunaret. Sicut enim pudicitiam seruauit in ignorantia,
vt proficeret ei ad baptismi gratiam, ita ieiunauit antequam sciret ieiunij ra-
tionem, vt proficeret ei ad baptismum, & statim ab initio agnitionis nostræ
nobiscum pariter mensæ consortio frueretur. Tum Petrus: Non nos, inquit,
vincat malignus, occasione accepta, per affectum matris: sed magis vos & e-
go vobiscum, hodie ieiunemus cum ipsa, & crastino baptizabitur: neque e- *Ieiunium ante baptismum.*
nim iustum est ad gratiam personæ alicuius & amicitiæ, resolui & extenuari
præcepta veritatis. Non ergo pigeat nos magis laborare cum illa, quia omne
mandatum præterire, peccatum est. Doceamus autem sensus nostros corpora
les, qui extrinsecus sunt, seruire interioribus sensib: & nõ interiores sensus, q
quæ Dei sunt sapiunt, cogamus sequi exteriores, qui quæ carnis sunt sapiunt.
B Propter hoc enim & Dns mandatum dedit, dicens: Quicunq; viderit mulierẽ *Matth. 5.*
ad cõcupiscendã eã, iam mœchatus est eã in corde suo. Et his addidit: Si ocu
tuus dexter scandalizat te, erue eum, & abijce abs te: expedit enim tibi vt v-
num membrorum tuorum pereat, quàm totum corpus tuum mittatur in ge-
hennam ignis. Non dixit, scandalizauit te, vt posteaquam peccaueris tũc abi-
jcias ceusam peccati: sed si scandalizat te, hoc est, vt antequam pecces, cau-
sam peccati prouocantis te & irritantes, abscidas. Ne quis autem vestrũm pu-
tet fratres, quod membrorum amputationem mandauerit Dominus: propo-
situm in hoc vult resecari, non membra, sed causas quæ ad peccandum illici-
unt, quo cogitatio nostra aspectus vehiculo subuecta, ad amorem Dei sensi-
bus corporeis inuisa contendat. Nec carnalibus oculis, velut lasciuientibus *Eruere oculũ quid sit.*
equis, & extra mandatorum viam currum declinare cupientibus, relaxet fre
C na, & habenas indulgeat: sed reuocet aspectum corporis ad arbitrium men
tis, & oculos nostros, quos Deus operis sui inspectores esse voluit & testes, nõ
patiatur fieri lenones mali desiderii. Et ideo cedant legi Dei, tã corporei sen-
sus, quàm interna cogitatio, & illius voluntati ministrent, cuius se opera esse
intelligunt. Igitur vt ordo mysterij poscebat & ratio, die postera baptizatur
in mari, & regressa ad hospitium, omnibus consequenter mysteijs religionis *Post baptismũ imbuitur.*
imbuitur. Aderamus autem & nos filij sui, Niceta & Aquila, & ego Clemens.
Et post hæc simul cum ea prandimus, & simul glorificauimus Deum, referen *Ma tidia religionis mysterijs.*
tes gratiam studijs, & doctrinæ Petri, qui nobis ostendit per occasionem ma
tris, quõ pudicitiæ bonum non pereat apud Deum, sicut è contrario impudi-
titia, inquit, etiam si non statim, tamen licet tardè, non effugit pœnam. In
tantum autem pudicitia, inquit, Deo placita est, vt etiam his qui in errore
D sunt positi, nonnihil gratiæ in præsenti conferat vita. Nam futura beatitudo
illis solum reposita est, qui per gratiam baptismi pudicitiam iustitiamq; ser-
uauerint. Denique exemplo est huic rei etiam hoc; quod erga matrem vestrã
gestum est, cuius salus hæc omnis pro mercede pudicitiæ reparata est, ad quã
custodiendam & conseruandam, non sufficit sola continentia, sed vbi sense-
rit quis insidias, & deceptionem parari, cõtinuò sicut ab ignis impetu, aut in
cursu canis rabidi refugiat: nec confidat quod huiusmodi insidias possit fa-
cile aliquis philosophando, aut palpando cohibere: sed, vt dixi, effugiendum
est, & longè abscedendum, sicut fecit & vestra mater, verè & integrè bonũ
diligens pudicitia. Propter quod & conseruata vobis est, ac vos illi, insuper
autem, & æternæ vitæ agnitione donata. Cùm hæc & multa alia his simila
dixisset, vespere facto, requieuimus.

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER OCTAVVS. RVfino Torano Aquileienſe interprete.

POSTera autem die Petrus manè aſſumptis fratribus meis & me, deſcendit ad portum, vt in mari lauarem, & poſt hoc ad locum quendam ſecretiorem ſeceſſimus, orationis gratia. Senex autem quidam pauper, et vt apparebat ex habitu operarius, curioſe ex occulto obſeruare nos cœpt, vt videret quid ageremus in ſecreto poſiti. Cumq; nos orantes vidiſſet, expectauit donec exiremus, & ſalutans nos, ait: Si non ęgrè accipitis, & quaſi curioſum me, aut importunum notatis, velim vobiſcum conferre ſermonem: quia habens miſerationem veſtri, ſub ſpecie veritatis errare vos nollem, & habere metum de his quæ non ſunt: aut ſi putatis eſſe aliquid veri, tradite etiam mihi. Si ergo patienter accipitis, poſſum vos paucis edocere, quæ recta ſunt: ſi verò moleſtum eſt, pergam, & meos actus agam. Cui Petrus reſpondit: Dic age, quod tibi videtur bonum, & libenter accipimus, ſiue id verum, ſiue etiam falſum ſit: amplectendus enim es, quia quod tibi bonum videtur, tanquam pater pro filijs ſolicitus, commonere voluiſti. Tum ſenior cœpit dicere: In mari vos lauiſſe vidi, & poſt hoc ad ſecretum ſeceſſiſſe locum: obſeruans ergo de occulto, quid in ſecreto ageretis, orantes inſpexi: miſeratus igitur errorem veſtrum, operiri cœpi, vſquequo egreſſos alloquerer, & docerem, ne erretis in huiuſmodi obſeruantia, quia neque Deus eſt, neque cultus hic aliquis eſt, neque Prouidentia in mundo, ſed fortuitus caſus, & geneſis agunt omnia, ſicut ego ex meipſo manifeſtiſſimè cõperi, in diſciplina Matheſeos præ cæteris eruditus. Nolite ergo errare, ſiue enim oretis, ſiue non oretis, quod Geneſis veſtra continet, hoc erit vobis. Et ego Clemens neſcio quid corde pulſabar, multa quaſi nota mihi recolens in eo: bene enim ait quidam, quia quod ex aliquo natum eſt, etiam ſi multo tempore abfuerit, nunquam tamen ſcintilla propinquitatis extinguitur. Cœpi ergo interrogare ab eo, quis, & vnde eſſet, vel quomodo ortus. At ille ad hæc reſpondere nolens: Quid, ait, hoc pertinet ad ea quæ dixi vobis? Sed primo, ſi videtur, ſermo de his quæ propoſuimus, habeatur, & poſt hæc, ſi ita res popoſcerit, nomen, & genus, ac patriam, & cætera quæ hæc ſequuntur, inuicem nobis, vt amici amicis, poterimus aperire. Mirabamur tamen omnes eloquentiam viri, & grauitatem morum, tranquillitatemq; ſermonis. Petrus autem ſenſim ſermocinando incedens, oportunũ ad colloquendum proſpicit locum. Et cùm peruidiſſet iuxta portum receſſum quendam ſecretum, reſidere nos fecit, & ita primus ipſe incipit, nec contemptum ſenis habuit, neq; deſpexit, quod vilis ei amictus eſſet & ſordidus. Ait ergo: Quoniam quidem videris mihi vir eruditus eſſe, & miſericors ex eo quod adiſti nos, & quod tibi bonum videbatur, celatum nobis eſſe noluiſti: volumus & nos tibi quæ nobis bona & recta creduntur, exponere, quæ ſi tibi minus vera videbuntur, etiam tu noſtrum

Lauant in mari priuſquam orarent diſcipuli.

Geneſis.

Petrus nõ deſpexit eos qui uel parum idonea adferrent.

A noſtrum erga te bonum propoſitũ, libẽter ſuſcipe, ſicut & nos tuum. Et cùm hæc diceret Petrus, plurima multitudo cõuenit. Tum Senex: Fortaſſis, inquit, contriſtat vos præſentia multitudinis. Et Petrus: Nequaquã, inquit, niſi hoc ſolùm vereor, ne fortè diſputantibus nobis, cum palàm facta fuerit veritas, tu verecundiam patiaris, pro præſentia multitudinis cedere & acquieſcere his, quæ vera dici intellexeris. Ad hæc Senex ait: Ego non ita ſtultus conſenui, vt intelligens quod verum eſt, abnuam id ad vulgi gratiam. Cœpit ergo Petrus dicere: Videntur mihi hi qui loquuntur verbum veritatis, & qui illuminant animas hominum, ſimiles eſſe radijs Solis, qui vt proceſſerint, & aperuerint mundo, celari vltra aut occultari nullatenus poſſunt, dum non tam videntur ab hominibus, quàm videre omnibus præſtant. Vnde & bene à quodam dictum eſt ad veritatis præcones: Voſ eſtis lux mundi, & non poteſt ciuitas B abſcondi ſupra montem poſita, neq; accendunt lucernam, & ponũt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrũ, vt omnibus luceat qui in domo ſunt. Et Senex: Bene valde dixit, quiſquis ille eſt. Sed exponat aliquis veſtrũm, quod ſibi ſequendum videtur, vt ad certum proſpectum emittamus ſermones noſtros. Non enim ſufficit ad inueniendam veritatem deſtruere ea, quæ è diuerſo dicuntur, ſed & ipſum proferre in medium, quod poſſit, qui è diuerſo eſt, impugnare. Vt ergo partium ſit æqua congreſſio, rectũ mihi videtur, vt priùs, quid vterq; noſtrũm defendat, enunciet, & ſi placet, ipſe primus incipiam. Ego dico, non ſecundum Dei Prouidentiam gubenari mundum, quia multa in eo iniuſtè & inordinatè geri videmus: ſed Geneſim dico eſſe, quæ omnia agit & continet. Ad hæc cum Petrus reſpondere vellet, Niceta præueniens ait: Indulgeat mihi Dominus meus Petrus adhęc reſpondere, & nõ videatur proteruũ, C quòd inuenis cum ſene habear, ſed vt filius cum Patre colloquar. Et Senex: Non ſolùm tu, inquit, fili quod tibi videtur, vt proſequaris volo, ſed & ſi qui ex ſodalibus tuis, ſi qui etiam de adſtantibus videtur ſcire aliquid, incũctanter proferat, libenter accipimus: collatio enim plurimorum faciliùs ea quæ ignorantur, inueniet. Tum ergo Niceta reſpondit: Non me æſtimes pater temerè feciſſe, quod inſerui me ſermonibus Domini mei Petri, ſed magis pro honore eius hoc mihi facere viſus ſum. Homo enim Dei eſt plenus totius ſcientiæ, quem ne Græca quidem latet eruditio, quia ſpiritu Dei repletus eſt, quem nihil latet. Sed quia ipſi de cœleſtibus loqui conuenit, ego de his quæ ad Græcorum loquacitatem pertinent, reſpondebo. Poſtea verò, quàm à nobis Græcorum more fuerit diſputatum, atq; ad id ventum, vbi exitus nullus appareat, tunc ipſe quaſi ſcientia repletus, apertè & dilucidè rerum nobis omnium patefaciet veritatem, vt non ſolùm nos, ſed & omnes qui præſtò ſunt D auditores, viam veritatis agnoſcant. Et ideo nũc ipſe quaſi arbiter ſedeat, vt cum vnus aliquis ex nobis ceſſerit, tunc ipſe ſuſcipiens, indubitatã ſententiã ferat. Hæc cum dixiſſet Niceta, hi qui cõuenerãt, inter ſemetipſos colloquebãtur. Hicne eſt ille quem audiebamus Petrus, illius qui in Iudæa apparuit, & ſigna ac virtutes plurimas fecit, diſcipulus, pbatiſſimus? Et intendẽtes in eũ, cum timore ac veneratiõe ingenti ſtabant, tanquã boni ſerui honorem Dño deferentes. Quod vbi Petrus ſenſit, ait ad eos: Attentiùs audiamus, rectũ tenẽtes iudicium de his quæ dicentur ab vtroque, & poſt ipſorum conflictum, quod neceſſariũ viſum fuerit, addemus & nos. Et cùm hęc dixiſſet Petrus, gauiſę ſunt turbæ. Niceta verò dicere hoc modo adgreſſus eſt. Definiſti pater quod nõ per Dei prouidentiã mundus regatur, ſed oſa Geneſi ſubiaceãt, vel

Hec opinor fuit cauſa cur uulgum eruditi à disputationibus abeſſe uoluerũt.

Matt. 5.

Epicureorũ ſũt hæc commenta.

Petri eruditio.

Petrus arbiter inter cõgredientes.

Universidad de Deusto Biblioteca

quæ ad mores vniuſcuiuſq;,vel quæ ad geſta pertinent.Ad quæ ſtatim quidē E
potui reſpondere,ſed quia iuſtum eſt ſeruare ordinem,definimus & nos quid
teneamus,ſicut ipſe fieri rogâſti.Ego dico Prouidentia Dei gubernari mun-
dum,his duntaxat quæ gubernatione eius indigent. Vnus eſt enim omnia
tenens,qui & mundum fecit,iuſtus Deus,vnicuiq; ſecundum geſta ſua quan
doq; redditurus.Ecce habes & noſtram definitionem, nunc quod vis proſe-
quere,vel mea deſtruens,vel tua adſerens, vt & ego his quæ à te proſequētur,
occurram.Aut ſi me vis priorem dicere, non morabor. Et Senex reſpondit:
Siue tibi placet fili priùs dicere,ſiue hoc magis placet vt ego dicam, nihil in-
tereſt,apud eos pręcipuè,qui bona venia diſputant.Dic tamen tu prior,liben
ter accipio,atq; vtinam poſſis etiā quæ à me dicenda ſunt proſequi , atq; his
quæ contraria ſunt,obijcere,& ex vtrorumq; collatione oſtendere veritatē.
Niceta reſpōdit:Si vis,inquit,poſſum etiā tuas partes dicere,& ad hęc reſpō- F
dere.Et Senex: Oſtende mihi priùs,quomodo potes ſcire ea qud nondum lo
quutus ſum?& ita tibi credam,quod partes meas proſequi poſſis.Et Niceta:
Secta,inquit,tua & ſentētia quam definiſti,manifeſta eſt his qui eruditi ſunt
in huiuſmodi diſciplinis,certaq; eſt eius conſequentia. Et quia ego nō ſum
ignarus quæ ſint definitiones Philoſophorum, ex his quæ propoſuiſti, quid
conſequatur agnoſco,maximè quia præ cæteris Philoſophis, Epicuri ſcho-
las frequētaui.Frater aūt meus Aquila,magis Pyrrhonios ſequutus eſt. Alius
frater noſter Platonicos & Ariſtotelicos: itaq; cum eruditis tibi auditoribus
ſermo eſt.Tum Senex:Bene, inquit, & conſequenter docuiſti, quomodo ex
his quæ propoſitæ ſunt definitionibus,etiam ea quæ conſequuntur aduerte-
res.Sed ego ampliùs aliquid profeſſus ſum,quàm ſentit Epicurus,quia intro-
duxi Geneſim,eamq; cauſam omniū geſtorū hominibus poſui. Cumq; hæc G
Senex dixiſſet,ego Clemens aio ad eum : Audi pater, ſi te frater meus Niceta
obtinuerit,quia nō ſine Dei Prouidentia mundus agitur,in iſta parte quę ſu-
pereſt de Geneſi,ego tibi potero reſpondere, eſt em̄ mihi notitia huius ſcien
tiæ.Et cùm hæc dixiſſem,frater meus Aquila:Quid neceſſe eſt,inquit,vt eum
patrem vocemus,cum in mandatis habeamus,neminem ſuper terrā patrē vo-
care?Et poſt hæc reſpiciens ad Senem : Non iniurioſe, inquit, accipias pater,
quod fratrem meum culpaui,quia te patrem vocaret:habemus enim tale mā-
datum,ne aliquem nomine iſto vocitemus.Cumq; hæc dixiſſet Aquila, riſit
omnium adſtantium cœtus vnà cum Sene,& Petro.Aquila autem requirēte
cauſam,cur omnes riſerint,aio ad eum,quod tu in quo alios culpas id ipſe fa
cis,qui ſenem appellaueris Patrem.At ille negabat, dicēs: Verè neſcio ſi eum
patrem vocaui.Intereà Petrus mouebatur ſuſpitionibus quibuſdā, ſicut ipſe H
nobis enarrauit poſtmodum,& reſpiciens ad Nicetam,expedi, inquit, quod
propoſuiſti.Tum Niceta hoc modo exorſus eſt : Omne quod eſt,aut ſimplex
eſt,aut cōpoſitum.Quod ſimplex eſt,caret numero,diuiſione,colore,differē
tia,aſperitate,lenitate,pōdere,leuitate,qualitate,quātitate, & ob hoc etiā fi-
ne.Quod verò compoſitū eſt, aut ex duobus aut ex tribus,aut etiā ex quatu-
or compoſitum eſt,aut certe ex pluribus: & quæ compoſita ſunt, neceſſariò
etiam diuidi poſſunt. Et Senex audiens hæc: Optimè, inquit, & doctiſſi-
me dicis fili. Et Niceta : Igitur illud quod ſimplex eſt, & his omnibus caret,
quibus ſolui quod ſubſiſtit,poteſt,ſine dubio incomprehenſibile & immen
ſum eſt,neq; initium vllum neq; finem ſciens,& ideo vnum & ſolum eſt, &
ſine auctore ſubſiſtens.Quod autem compoſitū eſt,& numero ac diuerſitate
diuiſioni

Adſertiones Nicetæ contra Senem.

Niceta Epicureus olim Pyrrhonius fuit: Aquila .i. Pyrrhonis aſſecla, qui delectum rerū ſuſtulit.

Matt.23

Simplex.

Compoſitum.

A diuiſioni quæ ſubiacet,neceſſariò auctore aliquo compoſitū eſt,atq; in vnā
ſpeciem diuerſitas congregata.Quod ergo immenſum eſt,bonitate pater eſt,
virtute conditor . Neq; ergo cōdendi virtus in immenſo ceſſare potuit,neq; *Immenſum.*
bonitas ociari,ſed ad ſubſtituenda ea quæ ſunt,bonitate,ad componenda &
firmanda,virtute prouocatur.Subſtituuntur ergo & componuntur quędam
vt diximus, ex duobus,vel ex tribus,quædam verò ex quatuor, alia eſt pluri-
bus.Sed quoniam nunc nobis de mundi ratione quæritur, & de ſubſtantia
eius,quam ex quatuor elementis eſſe cōpoſitam conſtat, cui omnes illæ de-
cem differentiæ,quas ſuprà comprehendimus accidunt, ab his inferioribus
incipientes gradibus,ad ſuperiora veniemus. Via enim nobis ad intellectua-
lia & inuiſibilia, ab his quæ videmus & contrectamus datur, ſicut contine-
tur in Arithmeticis diſciplinis,vbi cum de diuinis quæritur, ab inferioribus *Per inferiora ad ſuperiora perueniturr.*
B ad ſuperiores numeros aſcenditur.Cùm verò de præſentibus & viſibilibus ra
tio exponitur,de ſuperioribus ad inferiores numeros ordo dirigitur.Aut nō
ita eſt?Et Senex ait:Valde bene proſequeris. Et Niceta: De mundi nunc ergo
ratione proſequendū eſt,cuius prima quæſtio in duas partes diuiditur.Quæ-
ritur enim,vtrum factus ſit,an non,& ſi quidem non eſt factus,ipſe erit illud
ingenitū ex quo omnia.Si verò factus eſt, de hoc rurſus quæſtio in duas par-
tes ſcinditur:Vtrum nam ex ſeipſo factus eſt,an ab alio:& ſi quidem à ſemet-
ipſo eſt,excluditur ſine dubio Prouidentia. Si prouidentia non recipitur,fru
ſtra animus ad virtutem prouocatur,fruſtra iuſtitia cuſtoditur, quippe ſi nō
eſt qui iuſto pro meritis aliquando reſtituat. Sed ne anima quidem ipſa im-
mortalis videbitur,ſi eam poſt abſolutionem corporis, nullius prouidentiæ
excipiat diſpenſatio. Nam ſi doceatur eſſe Prouidentia, & per ipſam factus
C eſſe mundus,alia rurſus quæ diſcutiantur occurrunt: requiretur enim quo-
modo ſit Prouidentia,vtrum generaliter erga omnia,an ſpecialiter erga par-
tes,an & generaliter erga partes,an & generaliter erga omnia,& ſpecialiter er
ga partes. Generalis autē intelligitur hoc modo,quaſi ab initio Deus faciens
mundum,ordinem dederit rebus,& curſum ſtatuerit,& vltra eorū curā quæ
geruntur,haberē ceſſauerit.Specialis verò erga partes,hoc modo eſt, vt quo-
rundam quidem vel hominū, vel locorū prouidentiā gerat, quorūdam verò
non gerat.Generalis aūt oīm,& ſpecialis partiū ſimul,hoc modo eſt,quaſi &
ab initio oīa fecerit Deus, & vſq; ad finem per ſingulos quoſq; prouidētiam
gerat,& vnicuiq; reddat pro actibus ſuis.Prima ergo illa propoſitio quæ di-
cit,quia ab initio Deus fecerit omnia,& curſu atq; ordine rebus impoſito, de
reliquo nihil ad ſe reuocet, ſecundum Geneſim geri cuncta confirmat. Ad *Contra Geneſim ratio.*
D hoc ergo primò reſpōdebimus, & his præcipuò qui Deos colūt,& Geneſim
defendunt,qui vtiq; cùm immolant dijs, & exorant eos, ſine dubio contra
Geneſim ſe imperaturos aliquid ſperant, & per hoc Geneſim ſoluunt. Cùm
verò rident qui ad virtutem prouocant, & ad continentiam cohortantur &
dicunt,quia nemo poteſt facere aliquid,aut pati,niſi quod ei fato decretum
eſt,omnem profectò cultum diuinitatis abſcindunt. Quid enim colas eos, à
quibus promereri nihil poſſis,quod non patiatur ratio decreti?Hæc interim
aduerſus illos dicta ſint.Ego verò mundum dico à Deo factū,& ab ipſo quā-
doq; eſſe ſoluendum,vt ille appareat,qui æternus eſt,& ad hoc factus,vt ſem
per ſit, & dignos ſe, recipiat iudicio Dei. Quòd autem ſit alius inuiſibilis
mūdus, qui hūc viſibilē intra ſemetipſum cōtineat, poſtea, quàm de viſibili
mundo diſcuſſerimus,tunc & ad illum veniemus.Nunc interim qa factus ſit
mundus

Universidad de Deusto Biblioteca

mundus iste visibilis,testantur etiam philosophorum plurimi sapientes viri. E
Sed ne videamur quasi egentes adsertionibus,vti voluisse testibus,de principijs eius,si videtur quæramus. Corporeum esse mundũ hunc visibilẽ eo ipso quòd est visibilis,satis constat. Omne autẽ corpus duas recipit differentias: aut enim connexum est & solidum, aut diuisum & separatum. Et si quidem connexum fuit & solidum corpus,ex quo mundus factus est,& per diuersas species partesq; secundum differentias sui,corpus illud partitum est & diuisum, necesse est intelligi, fuisse aliquem, qui corpus quod erat connexum & solidum dirimeret, atque in partes multas duceret, formasque diuersas. Aut si ex diuersis dispersisq; corporum partibus,omis mundi hæc moles cõposita est & compaginata,necesse est nihilominùs intelligi, fuisse aliquẽ qui in vnum dispersas colligeret,& diuersas rebus species induceret. Equidẽ plures philosophorũ hoc magis sensisse scio, quod ex vno corpore quã illi materiam vocant,diuisiones ac discretiones cõditor fecerit Deus, quod tamen F
ex quatuor simplicibus,& in vnum temperamento quodã diuinę prouidentiæ admixtis,constaret elementis.Nam illud superfluò à quibusdam dictum puto,quod simplex corpus,id est absq; vlla cõiunctione,sit mundi,cùm constet nec corpus posse esse quod simplex est,neq; misceri posse, aut propagari, vel solui:quæ omnia vtiq; mundi corporibus videmus accidere. Quomodo enim solueretur, si esset simplex, nec haberet intra se aliud à quo resolui ac diuidi posset? Quòd si ex duobus aut tribus, vel etiam ex quatuor constare corpora videntur, cui non etiam exiguum habenti sensum manifestum sit, quòd fuerit aliquis,qui in vnum plura collegerit, & temperamenti moderatione seruata,ex diuersis partibus solidum corpus effecerit? Hunc igitur nos conditorẽ mũdi dicimus Deum,hunc agnoscimus vniuersitatis autorẽ.Nam G
Gręcorum Philosophi de principijs mundi quærentes, alius alia incessit via. Deniq; Pythagoras elementa principiorum,numeros esse dicit, Callistratus qualitates,Alcmęon contrarietates,Anaximandrus immensitatẽ,Anaxagoras æqualitates partium,Epicurus atomos,Diodorus amere,hoc est,ex his in quibus partes non sunt,Asclepiades oncos, quod nos tumores vel elationes possumus dicere,Geometrę fines, Democritus ideas, Thales aquã,Parmenides terram,Zenon,Empedocles,Plato,ignem,aquam,aërem,terram:Aristoteles etiam quintum introducit elementũ,quod acotonomaston,idest,incõpellabile nominauit,sine dubio illum indicans,qui in vnũ quatuor elementa coniungens,mundum fecerit.Siue igitur duo,siue tria,siue qutuor,aut etiam plura sint,vel innumera,ex quibus mundus constat, omi ex parte,qui plu ra in vnum collegerit,& rursus collecta in diuersas species duxerit, ostendi- H
tur Deus: & probatur per hæc, non potuisse machinam mundi sine opifice, & prouisore constare. Sed & hoc ipso quod in coniunctione,elementorum deficiente altero,aut abundante, cætera resoluuntur & cõcidunt,ostenditur ex nihilo accepisse principiũ. Nam verbi gratia,si deficiat in aliquo humor, nec aridum stabit,humore em pascitur aridum,sicut & frigus calido,in quibus,vt diximus,si alterum deficiat,penitus cuncta soluuntur,& in hoc originis suæ,quę ex nihilo facta sunt,produtur indicia.Quòd si materia ipsa probatur esse facta,quomodo partes eius & species, ex quibus mundus constat, videbuntur infectæ?Sed de materia & qualitatibus, non est nunc dicendi locus:hoc solùm docuisse sufficiat, Deum esse omnium cõditorem : quia neq; si solidũ & connexũ fuit corpus,ex quo mundus constat, dirimi & discerni

Philosophi etiam aliquot mundum esse creatum confitentur.

Atomos intelligit.

Materia.

A sine conditore,neq; si ex diuersis & discretis partibus in vnum collectũ est, congregari & misceri sine artifice potuit.Igitur si mundi conditor Deus esse à me euidenter ostenditur, quî erit Epicuro locus introducendi atomos, & adserendi quòd ex corpusculis insensibilibus,non solùm sensibilia corpora, sed & mentes intellectuales & rationales fiant?Sed dices, vt Epicuro visum est cõtinuationes atomorũ indefinenti cursu venientiũ,per immensa & sine fine tẽpora miscentiũ se,atq; in vnũ conglobantiũ corpora solida efficiũtur. Nõ venio ad hæc vt rem fabulosam,& ineptè cõpositã dicã: videamus magis si qualecunq; istud est,potest stare quod dicitur. Aiũt enim corpuscula ipsa quæ atomos appellant,diuersis esse qualitatibus,& alia quidem humida, & hoc grauia ac deorsum tendentia:alia verò arida & terrena, atq; ob hoc nihilominùs grauia:alia autem ignea, & ob hoc rursum semper nitentia: alia B verò frigida,& ob hoc pigra & semper media.Quomodo ergo cùm alia sem per sursum tendant,vtpote ignea,& alia semper deorsum, vtpote humida & arida, alia verò media,& non æquali cursu incedant, coire simul potuerunt, & vnum corpus efficere?Si quis enim de superioribus,verbi gratia, minutissimas paleas,& ad eandem magnitudinẽ minutissimi plumbi particulas deorsum iaciat,nunquid poterant,quantis æquales sint magnitudine,leues paleæ partes plumbi particulas consequi? longè enim velotiùs ad imum grauiora perueniunt.Ita ergo & atomi etiam,si magnitudine æquales sint,pondere tamen inæquales,nunquam poterunt, quæ leues sunt,cõsequi grauiores: quòd si consequi nõ possunt,sine dubio nec misceri,nec corpus efficere. Tum deinde si indefinenter ferũtur, & semper veniunt,& rebus quarũ iam mensura integra constat addũtur,quomodo stare vniuersitas potest,cum tam immen C
sis ponderibus noua semper pondera cumulentur?Sed & illud requiro:si paulatim coeuntibus corpusculis extruebatur hic quem videmus ambitus cœli, quomodo non in eo ilicò cùm cõsurgeret corruit?si quidem hians machinę ipsius summitas nullis suffulta repagulis stringeretur. Sicut enim hi qui ædificiorum tholos in circulũ instruunt nisi conclusionẽ medij verticis strinxerint,vniuersum pariter soluitur:Ita & mundi circulus quẽ tam decora specie collectũ videmus,si non subitò & sub vno diuinæ virtutis rotatu, potẽtia cõditoris effectus est,sed paulatim cõcurrentibus atomis & instruentibus,non vt ratio patebat,sed vt fortuitus incidisset euentus,quomodo nõ priùs,quàm colligi posset & concludi,dilapsus est & dissolutus?Ad hæc etiã illud requiro,quod sit munimen,super quod tam immensæ molis iacta sint fundamenta?Et rursus illud ipsum quod dixeris munimẽ,super quid iaceat? Et item il- D
lud aliud super quid?& eo vsq; interrogando progrediar, donec respõsio ad nihil & inane perueniat. Quòd si dicat aliquis, quia atomi igneæ qualitatis coniunctę,sibi corpus vnum fecerũt,& quia ignis qualitas non deorsum,sed sursum tendit,impositã mundi molem, ad superiora semper nitens ignis Natura subuectat.Ad hæc respondebimus: Quomodo potuerunt atomi igneæ qualitatis,quæ semper ad superiora cõtendunt, in inferiora descẽdere, & in profundo,ac sub omnia demerso inueniri loco?Cum itaq; grauiores quęq;, id est terrenæ vel humidæ qualitates pręueniant,vt diximus,leuiores,vnde & cœlum velut superiorem fabricã igneis atomis, quæ & leuiores sunt,& sursum semper fugiunt,adserunt structam:neq; ergo fundamenta ignis,aut alia vlla habere mũdus potest, neq; atomis grauoribus cum leuioribus,id est, his quæ deorsum semper præcipitãtur,& his quæ semper sursum fugiũt,societas

Rationes cõtra atomos Epicuri.

Universidad de Deusto Biblioteca

aut compaginatio vlla conueniat. Igitur quod impossibile sit ex atomorum E
coniunctione,corpora mundi solidari,sufficienter dictũ,& quod nõ potuerint insensibilia corpora,etiãsi vlla ratione coire & connecti potuissent,formas dare corporibus & mensuras,vel membra fingere, vel qualitates efficere vel exprimere quantitates,quę vtiq; omnia modulatione sui manum testantur artificis,& opus rationis ostendunt,quam rationẽ ego verbum & Deum appello.Sed dicet aliquis hæc à Natura fieri:iam in hoc de nomine cõtrouersia est.Cùm enim constet mentis esse & rationis opus,hoc quod tu Naturam vocas,ego Deum cõditorem voco,constat nec potuisse nec posse vel corporum species tam necessarijs distinctionibus institutas, vel animorum sensus irrationabili opere,& quod sensu careat effici. Quòd si idonei tibi testes videntur Philosophi,Plato de his testatur in Timæo,vbi de mũdi factura discutiens requirit,vtrum nam semper fuerit,an initium sumpserit: & pronunciat F
quia factus sit:Visibilis enim,inquit,est & palpabilis atq; corporeus: omnia autem quæ huiusmodi sunt,facta esse cõstat: Quod autem factum est,aliquẽ habet sine dubio auctorem,à quo factũ est:hunc ergo, inquit, factorẽ parentemq; omnium,& inuenire difficile est,& inuentum vulgo enarrare impossibile.Hæc quidem Plato dicit:sed & si ipse alijq; Græcorũ Philosophi,de factura mundi silere voluissent,nónne omnibus intellectum habẽtibus, palàm esset?Quis enim est exigui saltem sensus homo, qui cùm cernat domũ, omia quę ad vsus necessaria sunt habentem,cuius cameram in sphærę gyrum videat collectam,eamq; vario splendore,& diuersis imaginibus depictam, luminaribus præcipuis & maximis adornatam:quis:inquam, est, qui huiusmodi fabricam videns,non statim pronunciet,à sapientissimo & potentissimo artifice esse constructam?Et ita quis inuenietur insipiens,cùm cœli opus inspi- G
ciat,splendorem Solis cernat,ac Lunę,astrorum cursus,& species,& vias certis rationibus & temporibus videat definitas, nõ tam à sapiente hæc artifice, & rationabili, quàm ab ipsa sapientia & ratione clamet effecta? Quod & si secundum alios Græcorum Philosophos audire vis, & mechanicis imbutus es disciplinis,de excelsis quæ traduntur,non te sine dubio latent.Ponunt eũ sphærã æqualiter ex omni parte collectam,& ad omnia similiter respicientem,atq; à centro terræ æquis spatijs distinctam, ipsaq; sui æqualitate ita stabilem,vt eam in nullã partem declinare vndiq; æqualitas collecta permittat,& ita à nullo fulcimento subuecta sustentatur sphæra.Quòd si verè hanc habeat similitudinem mundi machina,euidens est opus in ea diuinum.Si verò,vt alijs visum est,super aquas posita sphęra,vel super ipsas fertur,vel in ipsis H
voluitur,etiam sic magni in ea artificis opus declaratur.Sed ne de his quę nõ omnibus palàm sunt,incerta videatur adsertio, ad ea veniamus quæ neminẽ latent.Quis astrorum cursus tanta ratione disposuit,ortusq; eorum & occasus instituit,certisq; & demensis temporibus vnicuiq; tenere cœli ambitum dedit?Quis ad occasum alijs etiam redire in ortum permisit? Quis imposuit modum cursibus Solis,vt horas,& dies, & menses,& temporum vicissitudines,diuersis motibus signet?& nunc hyemem, indè ver,æstatem, pòst & autumnum,certa cursus sui dimensione discernat,& semper eisdẽ vicibus anni orbem in confusa varietate constringat?Quis inquam tanti ordinis moderatricem,non ipsam Dei pronunciet sapientiam?Et hæc quidem secundum illa nobis dicta sint,quæ de excelsorum disciplinis traduntur à Gręcis.Quid aũt & de his quæ vel in terris, vel in mari videmus, nónne euidenter edocemur,

Naturam esse parentem rerũ, quomodo intelligendum.

Plato in Timæo mundũ testatur creatum.

A cursu astrorum probat Prouidẽtiam.

Dei

A Dei in his non solùm opus esse,sed & Prouidentiam?Nam quòd in terra mõtes excelsi,certis quibusq; habentur in locis,vt ex his velut compressus & coangustatus aër,ordinatione Dei cogatur & exprimatur in ventos,ex quibus & fructus germen concipiant,& æstiuus ardor temperiem sumat, cum pleiades ignitæ Solis,ardoribus incanduerint.Sed dices:Cur & ador Solis vt temperies requiratur? & quomodo fruges humanis vsibus necessariæ maturescerent?Sed & illud aduerte,quod ad axem meridianum,vbi plus est caloris, nõ multa datur nubium constipatio,nec abundans copia imbrium funditur, ne morbus habitantibus generetur: humidæ enim nubes, si calore rapido coquantur,aërem corruptum & pestiferum reddunt. Sed & terra calidum imbrem suscipiens, non nutrimenta segetibus, sed perniciem præbet, in quo quis dubitat opus esse diuinæ prouidentiæ? Denique Aegyptus, quia Ae-
B thiopicis è vicino flagrat ardoribus, ne insanabiles corruptelas aeris imbrium necessitate susciperet,campi eius non pluuiam nubibus ministratam, sed terrenũ quodammodo imbrem Nilo inundate suscipiunt. Quid de fontibus dicemus, & fluuijs? qui perenni in mare fluunt meatu, & per diuinam Prouidentiam,nec illis abundans deficit cursus, nec mare tantas aquarũ recipiens copias,vllum sentit augmentum,sed in eadem mensura,& ea quę cõferunt,& ea quæ ibi conferuntur elementa perdurant.Sed dicis mihi,salsa aqua naturaliter consumit fluentum dulce,quod ei fuerit infusum. Et in hoc ergo manifestum est Prouidentiæ opus,vt sasum faceret illud elementum,in quod cursus omnium aquarum,quas ad vsum hominibus præstiterat, declinauit,vti ne per tanta seculi spatia,repletus maris alueus, inundationem pernitiosam terris & hominibus redderet. Nec ita quisquam insipiens erit, vt
C hanc tantam ratione,tantamq; Prouidẽtiam ab irrationabili natura arbitretur esse dispositam.Quid autẽ de virgultis?quid de animalibus dicam?nónne per Propidentiam factum est,vt cùm senecta temporis resoluerentur,virgulta quidẽ vel plantis, vel seminibus quæ ipsa dederint,animalia verò per progeniẽ reparentur,& mira quadẽ dispensatione Prouidẽtiæ, nascituro pecori lac pręparatur in vberibus,ac statim vt natũ fuerit,nullo docente,scit vbi alimoniæ suæ horrea requirat?Gignuntur aũt nõ solùm mares,sed & fœminæ, vt ex vtroq; possit rursus constare posteritas.Sed ne,vt putant homines,viderentur hæc Naturæ quodam ordine, & non dispensatione fieri conditoris, pauca quædam ad indicium & documentum Prouidentiæ suæ, mutato ordine genus seruare iussit in terris,verbi gratia,vt per os conciperet Coruus,& per aurem Mustela generaret,vt aues nonnullæ,sicut Gallinæ, interdum oua
D vel vento,vel puluere concepta parerent, alia quædam animalia marem vicibus alternis in fœminam verterent & sexum per annos singulos commutarent,vt Lepores & Hyænæ, quas Belluas vocant.Alia etiam ex terra oriren-rur, atque inde sumerent carnem, vt Talpæ,alia ex cinere, vt Viperæ,alia ex putrefactis carnibus, vt Vespæ quidem equinis, Apes autem bubulis, alia ex fimo boum,vt Scarabæi,alia ex herbis, vt de ocimo Scorpius, & rursus herbæ ex animalibus, vt ex cornu cerui vel capræ apij & asparagi. Et quid opus est plura enumerare,in quibus diuina Prouidẽtia,mutato ordine eo,qui à natura datus putatur, multimodis differentijs natiuitatem animalium constare voluit,ex quibus non irrationabilis rerum cursus,sed ipsius dispensatus ratione doceretur? Aut non & in hoc plenissimum demonstratur opus diuinæ Prouidentiæ, vbi ex terra & aqua,ad vitam hominum semina iacta re-

Raræ pluuiæ ad axem meridianũ quare sint.

Calidi imbres pestilẽtes sunt.

Aqua marina inefabili prudentia salsa est.

Virgultaq;

Quædam mutato naturæ ordine gigunturur.

Terra humorẽ tanq; uberibus concipit.

parantur;

Universidad de Deusto
Biblioteca

parátur? Quæ cùm terræ fuerint mandata, voluntate Dei humorem, quem su E
sceperit gleba, velut vberibus suis seminibus immulget: aquis inest quædam
vis spiritus à Deo dati ex initio, cuius opere, habitus futuri corporis, in ipso
statim semine formari incipit, & per culmum spicamque restitui: turgefacto
etenim ex humore seminum grano, per angustos quosdam venarum meatus
vis illa spiritus, quæ inesse aquis data est, vtpote incorporea transcurrens, ad
incrementum, semina suscitat, & crescentium species format. Ministerio igi
tur humidi elementi, cui vitalis ille spiritus insitus semper & ingenitus est, ef-
ficitur, vt non solùm reparetur, sed vt per omnia similis species & forma his
quæ iacta fuerint seminibus, redeat. Quæ ratio, cui vel breuem sensum haben
ti, per irrationabilem naturam, & non per diuinam sapientiam constare vi-
debitur? Deniq; etiam hæc ad similitudinem humanæ natiuitatis formata
sunt: videtur enim terra vuluę locum tenere, cui semen iniectum per aquæ & B
spiritus vim, sicut suprà diximus, & formatur, & alitur. Sed & in hoc admi-
randa est diuina prouidentia, quod videre nos quidem & agnoscere fecit,
quæ fiunt: quomodo autem & qualiter fiant, in secreto posuit & in occulto,
vt non indignis ad agnitionem subiaceant, sed dignis & fidelibus, cùm merue
rint, patefiant. Vt autem rebus ipsis & exemplis probemus, nihil omnino ex
terrena substantia seminibus dari, sed totum ex elemento aquæ & spiritus
qui inest ei, virtute constare: pone mihi verbi gratia in cratere aliquo amplis
simæ magnitudinis, inijci terræ talenta centum, & seminentur in eo diuersæ
species seminum, vel olerum, vel etiam virgultorum, his præbeatur ad rigan-
dum aqua sufficientes, & per annos plures habeatur ista diligentia: congre-
gentur autem semina quæ collecta fuerint, verbi gratia frumenti, vel hor-
dei, aliarumque specierum per singulos annos seorsim, donec vnuscuius- C
que seminis aceruus, ad centum talentorum pondus ascendat, tum etiam
arbores auulsæ radicitus adpendantur, & his omnibus ex craturæ sum-
ptis, si adpendatur terra, centum sua nihilominus talenta salua restituet.
Vnde ergo dicemus omne illud pondus, omnemque quantitatem semi-
num diuersorum atque arborum surrexisse? nónne euidenter apparet quia
ex aquis? Terra enim quod suum est integrum tenet: aqua verò quæ per
singula iniecta est, nusquam prorsus est, ob potentem diuinæ conditionis
virtutem, quę per vnam aquæ speciem tantorum seminum virgultorumque
& substantias reparat, & species format, & genus fœnore multiplicato cu-
stodit. Ex quibus omnibus satis abundeque patere puto, artifici sensu, &
non irrationabili naturæ opere cuncta effici, & in vniuersa constare. Sed ve-
niamus adhuc, si videtur etiam ad nostram, id est ad hominis substantiam, H
qui est paruus in alio mundus, & consideremus quanta sit ratione compo-
situs: & ex hoc præcipuè sapientiam conditis intelliges, qui cùm ex diuer-
sis substantijs constet, id est, mortali & immortali, per artificem prouiden-
tiam conditoris, societatem diuersitas non refugit, & quidem longè à se sub
stantijs. Alia nanq; de terra sumitur, & à códitore formatur: alia verò ex im-
talibus substantijs datur, nec tamen ei per huiuscemodi coniunctionem ho-
nor immortalitatis infringitur, nec, vt quibusdam videtur, affectus quibus
ad hęc singula moueri posit. Nã corpus quod ex ossibus & carnibus cóstat,
initiũ sumit ex semine viri, quod è medullis calor eliciens, vuluæ, quasi terrę
cósignat: cui inhęrẽs ex fonte sanguinis, pulatim rigatum in carnem & ossa
producitur, atque in speciem auctoris iacti seminis reformatur. Et vide in
hoc

Terra uluæ habet speciem.

Experimẽtum, aqua & spiritu oia constare.

Semen ex medullis.

A hoc artificis opus, quomodo ossa velut columnas quasdam, quibus caro su
stentetur ac portetur, inseruit. Tum deinde æqualis ex vtraq; parte, id est dex
tera ac læua, mensura seruetur, vt congruat pes pedi, & manus manui, digiti
quoq; digitis, vt singuli ad singulos tota æqualitate concordent: sed & ocu-
lus oculo, & auris auri, quæ non solùm consona sibi & concordantia, sed &
vsibus necessarijs apta formantur. Manus quidem vt operi commodæ sint, pe
des vt gressibus, oculi vt visibus seruiant, superciliorum excubijs custoditi: au
res ad audiendum ita formatæ, vt cymbalo similes, suscepti verbi repercussũ
sonitum altiùs reddant, & vsque ad sensum cordis emittant. Lingua autem
ad loquendum illisa dentibus, plectri reddat officium: ipsi verò dentes, alij vt
incidant & diuidant cibos, & interioribus tradant: interiores verò vt in mo-
dum molæ conficiant & cõminuant, quo opportuniùs stomacho traditi co
B quantur, vnde & molares appellati sunt. Sed & nares cõmeandi flatus, & red-
dendi ac recipiendi gratia factę sunt, vt innouatione spiritus, calor naturalis
qui ex corde est, vel accendi vel refrigerari cùm res popescerit, queat pulmo-
nis officio, q pectori inhærere datus est, vt mollitie sui palpet & foueat cor-
dis vigorem, in quo videtur vita consistere: vita dico, non anima. Nam quid
dicã de substantia sanguinis, quam velut fluuius ex fonte procedens, & vno
prius alueo inuectus, tum deinde per innumeras venas, quasi per areas deri-
uatus, totam humani corporis terram, vitalibus rigat fluentis, iecoris opere
ministratus, quod ad efficaciam digestionis ciborũ, atq; in sanguinem mu-
tandorum in dextro latere iacet. In sinistro verò splenis est locus, qui trahere
ad se & purgare quodammodo sordes sanguinis possit. Intestinorũ quoq; ra
tio quanta est? quæ idcirco longis nexibus in circulorum ordinata sunt mo-
C dum, vt susceptas digestionis ciborũ paulatim egerant, quo neq; ad subitum
inanes efficiant lucos, & his qui superadditi fuerint non impediantur cibis.
Membranæ aũt in modũ idcirco facta sunt, vt ex ipsis ea quæ intrinsec' sunt,
humorẽ sensim suscipiant, quo neq; subito effusus exinanisset interna, neq;
densiore cute prohibitus, arida quæ intrinsecus habẽtur efficeret, & totã ho
minis fabricã sitis necessitate turbaret. Porrò verò fœminea positio, & vuluę
sinus ad recipiendũ germẽ, & confouendũ viuificandũq; cõmodissim', quẽ
non ratione & prudentia effecta esse quæ facta sunt, suadeat, quòd in ea solũ
parte membrorũ, à virili specie fœmina discrepat, qua posteritas sata suscipi-
tur, & fouetur? & rursus virilis habitus ea tantũmodo membrorũ parte im-
mutetur, qua ei vis serendi & generãdi hominis inest. Et in hoc magnũ quidẽ
testimoniũ Prouidentię datur, ex necessaria diuersitate mẽbrorũ, sed ibi ma-
D ius vbi in habitus similitudine, vsus diuersitas, & officij varietas inuenitur.
Nam mamillę viris æquè sunt ac fœminis, sed fœminarũ solæ sunt, quæ la-
ctis munere replentur, vt statim vbi genuerint, apta sibi paruulus inueniat nu
trimenta. Quòd si tanta ratione videmus in homine membra disposita, vt cũ
in cæteris oĩbus similis habitus videatur, in his tantũmodo discrepent, in q-
bus vsus diuersitatem requirit, & neq; in viro aliquid superfluum aut egens,
neq; in fœmina quod desit, videamus, vel quod abundet: quis ex his omnib.
non euidenter agnoscat rationis opus, & sapientiam conditoris? His adstipu
latur etiam cæterorum animalium rationabilis diuersitas, & suo quodque
vsui ministerioq; conueniens. Hæc testatur & arborum varietas herbarumq;
diuersitas, tã specie variata, q̃ succis. Hęc asserit & permutatio tẽporũ, in qua
tuor distincta vicissitudines, & certis horis, diebus, mẽsibus, annum circulus
claudens,

Ossa in corpore humano sunt pro columnis.

Proportio corporis humani.

Ideo præcidentes dicti.

Molares.

Iecur.

Splen.

Intestina quare humida.

Vulua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

claudens,& ne vnam quidem horam ſtatutæ rationis excedens, hinc deniq; B
etiã mundi ipſius ætas certa & ſtabili ratione,concepto annorũ numero cen-
ſetur.Sed dices,quando mundus factus eſt,& quare tam tardè?Hoc poſſis ob
tendere etiamſi antè factus fuiſſet : diceres enim, cur non & ante hoc & ita
immenſa ſecula tranſcendens, ſemper poſſis requirere, cur non & ante hoc?
Sed nobis nunc ſermo non de eo eſt, ſed ſi omnino factus eſt.Si enim factum
conſtat,neceſſariò potentis & ſummi artificis opus eſt:quod ſi conſtat, quã-
do eum facere voluerit,ſapientis artificis arbitrio iudicioq; relinquendum
eſt.Niſi videatur tibi omnis hæc ſapientia,quæ tam immanem mũdi machi-
nam ſtruxit,& ſingulis quibuſque rebus,formas & ſpecies dedit, quarum ha
bitum non decori ſolùm conuenientem,ſed & futuris vſibus aptiſſimum &
neceſſarium poneret,hoc eam ſolum fugerit,quo tam magnificæ conditio-
nis oportunum tempus adſumeret.Eſt apud illum profectò certa ratio,ſunt B
euidentes cauſæ,cur,& quando,& qualiter fecerit mundum,quas hominib.
quibus hæc quæ ante oculos poſita ſunt,& de eius Prouidentia cõteſtantur,
inquirere & intelligere pigrum fuit,aperiri vtiq; non oportuit:quæ enim in
occulto habentur,& intra ſapientiæ ſenſus,velut intra regios theſauros recõ
dita ſunt,nemini patẽt,niſi his qui ab illo didicerint,apud quem ſignata ſunt
hæc & repoſita.Deus ergo eſt qui fecit omnia,& ipſe à nemine factus eſt:qui
aũt Naturam pro Deo nominant,& per Naturã facta eſſe cuncta teſtantur,la
tet eos appellationis ſuæ error.Si enim Naturã irrationabilem putãt, ſtultiſſi-
mum eſt,rationabilẽ facturã ab irrationabili factore progredi. Si verò ratio
eſt,id eſt logos,per quã facta conſtat vniuerſa,ſuperfluò nomẽ immutãt, vbi
de conditoris ratione profitentur. Ad hæc ſi quid habes pater, proſequere.
Hæc cùm Niceta dixiſſet,Senex ita reſpondit:Tu quidem fili prudenter, & C
fortiter ſequutus es,in tantum vt meliùs dici poſſe de Prouidentia non pu-
tem.Sed quoniam hora iam multa eſt, craſtino,ad hæc quæ perſequutus es,
reſpondere aliqua volo,de quibus ſi mihi ſatisfeceris,gratiæ me fateor debi-
torẽ.Et his à Sene dictis,ſurrexit Petrus.Quidam verò ex adſtantium Laodi-
cenſium primas,rogabat Petrũ & nos,vt Senis indumenta quæ habebat ſor-
dida & ſciſſa mutaret:quẽ Petrus & nos amplexi,& collaudãtes pro honeſta
& optima voluntate ſua,dicebamus:Quia nec nos ita inſipientes ſumus ,&
impij,vt cui tam precioſa verba concredimus , non multò magis etiam hæc
quæ ad vſus corporeos ſunt neceſſaria præbeamus,quæ eum & libenter ſuſ-
cepturum credimus,tanq; à filijs patrem,ſed & tectum nobis &vitam cõmu-
nem fore credimus.Hæc cũ nos diceremus,& ille primarius ciuitatis,ſumma
vi,& blandimentis plurimis auellere à nobis cuperet Senem , nos verò eò ve- H
hementiùs retineremus,oĩs populus acclamauit vt illud magis fiat,quod ip-
ſi placet Seni:& còm ſilentium factum fuiſſet,Senex iuramento præuenit,di-
cens:Hodie apud nullum manebo,neq; ab aliquo quicquam ſuſcipiã, vti ne
alteriùs delectio alteriùs triſtitia fiat,hæc enim poſtmodũ ſi viſum fuerit, fie
ri poſſunt.Et cũ hæc dixiſſet Senex,Petrus ait ad primariũ ciuitatis: Quoni-
am noſtri præſentia,bonam voluntatem tuam oſtẽdiſti,triſtem te non opor
tet abſcedere, ſed accipiemus abs te gratiam pro gratia,domum tuam nobis
oſtende,& præpara eam vt craſtino diſputatio,quæ futura eſt habeatur,& ſi
qui volunt adeſſe ad audiendum permittantur. Quæ cùm audiſſet primas
ciuitatis, valde gauiſus eſt, ſed & omnis populus libenter audiuit . Cum-
que diſceſſiſſent turbæ,domũ ſuam oſtendit: diſcedere autẽ & Senex cœpit.

Quæſtiones inutiles & curioſæ omittantur.

Ignorãtur quædam ab hominibus cum laude.

Ego

A Ego tamen vni ex pediſſequis meis imperaui clàm ſubſequi veſtigium Senis, *Pediſequi Clemẽtis.*
& diſcere vbi maneret.Nos autem cùm rediſſemus ad hoſpitium, enarraui-
mus omnia fratribus , quæ nobis cum Sene habita ſunt:& ita,ex more cibo
ſumpto requieuimus.Die autẽ poſtera Petrus maturè ſurgens, ſuſcitauit nos
& perreximus pariter ad locum ſecretum , in quo & pridie orationis cauſa
fueramus,atque inde poſt orationem dum veniremus ad conſtitutam do-
mum,in itinere monebat nos,dicens.Audite me conſerui dilectiſsimi, bonũ
eſt vt vnuſquiſque veſtrũm ſecundum quod poteſt, proſit accedẽtibus ad fi-
dem religionis noſtræ,& ideo non vos pigeat ſecundũ ſapientiam, quæ vo-
bis per Dei prouidentiam collata eſt,differentes inſtruere ignaros & docere,
ita tamen vt his quæ à me audiſtis & tradita ſunt vobis,veſtri tantum ſermo-
nis eloquentiam ſocietis. Nec aliquid proprium,& quod vobis non eſt tra- *Petrus ſermoni ueritatis nihil uult addi niſi eloquẽtiam.*
B ditum proloquamini,etiam ſi vobis veriſimile videatur . Sed ea,vt dixi,quæ
ipſe à vero Propheta ſuſcepta vobis tradidi,proſequamini,etiam ſi minus ple
næ adſertionis eſſe videbuntur . Hinc enim ſæpe contingit declinare quoſ-
dam à veritate,dum ſpeciem ſibi verioris & validioris veritatis,proprijs cogi
tationibus reperiſſe ſe credunt.His à Petro dictis,libenter annuimus , dicen-
tes ei,nihil nos acturos,niſi quod ipſi videretur.Tum ille:Vt ergo,inquit, ſi-
ne periculo exerceamini,me coràm diſputate ſinguli , ita vt vnus alij ſucce-
dat ac ſuas vnuſquiſque explicet quæſtiones . Nunc ergo , quõ heſterno die
Niceta ſufficienter diſſeruit , hodie ſermonem faciat Aquila, & poſt Aqui-
lam,Clemens,inde ego,ſi tamen etiam me res popoſcerit aliquid addere . In-
tereà dum huiuſcemodi ſermones cedimus , ad domum ventum eſt, in qua
ſuſcipiens nos paterfamilias,introducit ad locum quendam,in ſimilitudinẽ
C theatri collectum,& pulchrè exædificatũ,in quo turbas plurimas ex tempo-
re noctis operientes nos reperimus,inter quos & Senex qui pridie nobiſcum
diſputauerat.Itaque medium habentes Petrum,ingredimur etiam nos,circũ
ſpicientes ſi cubi cerneremus Senem:quem prior Petrus videns in medio tur-
bæ latitantem,euocauit ad ſe,dicens : Clariorem multis animam poſſidens,
cur in occulto lates,& verecundia contegeris? accede huc magis , & quæ ti-
bi videntur exequere. Vbi hæc dixit Petrus,ſtatim turbæ locum dare cœpe-
runt Seni.Cumque acceſſiſſet,ita cœpit:Eorum quæ die heſterno proſequu-
tus eſt iuuenis,etiamſi verba non memini , ſenſum tamen & ordinem teneo,
& ideo neceſſarium puto propter eos qui heſterno non adfuerunt, Anace-
phalæoſin facere eorum quæ dicta ſunt,& breuiter cũcta repetere, vt etiam-
ſi me aliquid effugerit,ab eo qui proſequutus eſt præſente, commonear .Hic
D ergo fuit heſternæ diſputationis ſenſus, quòd omnia quæ videntur,quoni-
am certa menſura & arte,formaque ac ſpecie conſtant , ſine dubio à ſapien-
te virtute facta eſſe , vt rationis ipſius Prouidentia mundus regatur , etiamſi
uobis ea quæ geruntur in mundo,minus rectè geri videantur . Conſequitur
autem,vt ſi creator omnium Deus eſt ac mens,ſit etiam iuſtus: quòd ſi iuſtus
eſt, neceſſario iudicat : ſi iudicat, neceſſe eſt vt homines de ſuis actibus iu-
dicentur:& ſi de actibus ſuis vnuſquisque iudicatur,erit ergo inter iuſtos &
peccatores iuſtum quandoque diſcrimen . Hæc fuit,vt opinor , totius verbi
continentia . Si ergo oſtendi poteſt , quod mens ac ratio cuncta condide-
rit, conſequens eſt,& ea quæ ſequuntur ratione & Prouidentia geri. Si ve-
rò Natura imprudens & cæca gignit vniuerſa , perimitur ſine dubio iudicij
ratio,nec diſcuſſio peccatorũ,ac benefactorum remuneratio ſperabitur, vbi

iudex

Universidad de Deusto Biblioteca

iudex non est. Quia ergo omnia in hoc pendent, & huic capiti adhærent, nõ E
indignemini, si fortè paulò latiùs discuti hæc & pertractari voluero. In hoc
enim mihi ad omnia quæ proponuntur, velut prima ianua clauditur, & ideo
hanc mihi ante omnia aperiri volo. Nunc ergo audite quæ dico, & respondeat mihi si quis vestrûm volet: non enim erubescam discere, si audiero quod verum est, & rectè dicẽti acquiescere. Igitur hesterno à te habitus sermo, qui adserebat quòd arte, & mensura, & ratione cuncta constarent, non valde me suadet, mentem rationemq; esse quæ fecerit mũdum: multa enim habeo, quæ ostendam competenti mensura, ac forma, & specie constare, nec tamen per mentem condita ac rationem. Tum præter ea video multa inconditè, inconsequenter, iniustè geri in mundo, & sine Genesis cursu nihil fieri posse, quod post omnia etiam ex meipso manifestissimè adprobabo. Hæc cùm Senex diceret, Aquila respondit: Quoniam ipse proposuisti, vt ad ea quæ diceres ha- F
ret copiam respondendi qui velit, concedit mihi frater meus Niceta hodie facere sermonem. Et Senex: Prosequere, ait, fili, vt vis. Et Aquila respondit: Promisisti quòd ostenderes multa esse in mundo quæ formam ac specie æquali ratione collectam gerant, quæ tamen constet non effici per conditorẽ Deum. Nunc ergo quod promisisti ostende. Et Senex: Ecce arcum videmus in cœlo circulum tenere omni mensura collectum, & habere speciem veri, quam fortassis nec mens condere, nec describere ratio potuisset, nec tamen hic ab aliqua mẽte fit. Ecce in breui totum proposui, responde ad hæc. Tum Aquila: Non continuò, inquit, si quid ex typo & forma exprimitur, id intelligitur à ratione esse, ac sine mente non fieri posse, quoniam typus ipse qui exprimit figuras ac formas, non sine mente factus est. Verbi causa; cera si adfigatur sculpto annulo, imaginem quidẽ & figuram sumit ex annulo, qui sine G
dubio sensu caret, sed annul° qui exprimit effigiẽ, manu artificis sculptus est, & mẽs fuit ac ratio, quæ typum annulo dedit. Ita ergo & arcus exprimitur in aëre: Sol enim nubibus rarescentibus radios sos imprimens, & humori nubilo velut ceræ molli adfigens orbis sui typum, arcus speciem reddit, & efficit hoc ipsa, vt dixi, repercussio splendoris Solis in nubibus, atque ex illis fulgorem circuli eius reddens: fit autem hoc non semper, sed cum oportunitatem sui, humectæ nubes rarescendo prestiterint. Vnde & rursus cùm densantur nubes & coëunt, arcus forma resoluitur, & exolescit: denique nunquam sine Sole & nubibus arcus apparet, sicut nec sine typo & cera, & alia huiusmodi materia exprimitur imago. Non ergo mirum est, si conditor Deus ex initio fecit typos, ex quibus nunc formæ exprimãtur ac species. Simile autem hoc
& illi, quod ab initio Deus elementa insensibilia creauit, quibus ad reliqua H
omnia formanda, & explicanda vteretur. Sed & qui statuas formant, typum prius luci vel ceræ fingunt, & ex ipso redditur statuæ effigies: tum deinde & vmbra redditur ex statua, quæ vmbra per omnia formam ac similitudinem statuæ gerit. Quid ergo, dicemus insensibilem statuam formare vmbram, tam diligenti, quàm ipsa statua est, ratione collectam: an illi finedubio adscribetur vmbræ collectio, qui & statuã finxit? Si ergo tibi videtur hoc ita se habere, & sufficit quod de hoc dictum est, ad alia inquirenda veniamus, aut si aliquid adhuc deesse putas, repetamus. Et Senex ait: Volo vt repetas de hoc, sunt enim & alia multa quę similiter fieri video: nam & fructus arborum simili modo pulchrè formati, & in rotundum mirè collecti nascũtur: & foliorum species ingenti decore formatur, atque exquisita arte viridis mem-

Prima ianua ad agnitionem Dei.

Arcus in cœlo ex repercussione solis

A dismẽbrana contexitur. Tum præterea pulices, mures, lecertas, & his similia, nunquid & hæc dicemus à Deo fieri? Vnde ex his vilioribus, coniectura capitur meliorum, quòd nequaquam mentis arte formentur. Benè, inquit Aquila, de foliorum textura, & de paruis animalibus colligis, quod ex his fides etiam melioribus deroganda sit: sed non te ista decipiant, vt putes quasi duabus solis manibus operantem Deum, non posse vniuersa complere quæ fiunt, sed memento quomodo hesterno tibi frater meus Niceta respondit, & mysterium ante tempus aperuit, verè quasi cum patre loquens, & cur & quo modo fiãt, hæc, quæ inutilia videtur, exposuit. Et Senex: Cur ista inutilia voluntate illius summæ mentis fiant, velim à te audire. Si inquit, liquidò apud te constat, quòd mentis & rationis opus in ipsis est, tum demum tibi etiam cur facta sunt, dicere non pigebit, & quod iustè facta sint edocere. Ad hæc
B Senex respondit: Non possum fili, ea quæ videntur ex arte formata, dicere per mentem fieri, propter cætera quæ iniustè & inordinatè fieri videmus in mundo. Si te, inquit, Aquila, ea quæ inordinatè fiunt, dicere quòd per prouidentiã Dei facta sint, non sinunt, cur nõ ea quæ ordinatè fiũt, dicere te quòd à Deo facta sint, cogunt? & quia irrationabilis Natura, opus rationabile proferre non possit? Certum est enim, nec omnino negamus, quia in hoc mundo quædam ordinatè, quædam inordinatè fiant: ea ergo quæ rationabiliter fiunt, crede quòd per Prouidentiã fiant: quæ verò irrationabiliter & inordinatè, quia naturaliter eueniant & fortuitò accidant: Miror autem nõ aduertere homines, quia vbi sensus est, possunt res ordinatè fieri & inordinatè, vbi autem nullus est sensus, neutrum omnino effici: nam ratio ordinem facit: ordinis autem cursus, si contrarium quid acciderit, quod ordinem turbet,
C necessario inordinatum aliquid profert. Et Senex: Hoc ipsum mihi à te ostẽdi volo. Non, inquit, morabor Aquila. Duo visibilia signa monstrantur in cœlo, vnum Solis, aliud Lunæ: hæc sequuntur & aliæ quinque stellæ, diuersos & proprios singulæ explicantes cursus. Hæc ergo Deus posuit in cœlo, quibus aëris temperies pro ratione temporum dispensetur, & ordo vicissitudinum permutationumque seruetur. Horum autem ipsorum ministerio & si quando pro peccatis hominum plaga & correptio terris iniicitur, perturbatur aër, lues animantibus, corruptio frugibus, pestilens per omnia mortalibus annus inducitur: & ita fit, vt vno eodemque ministerio, & seruetur ordo & corrumpatur. Etenim palàm est incredulis & imperitis, quòd cursus Solis vtilis & necessarius mundo, per Prouidentiam datus semper ordinatus habeatur. Lunæ verò ad comparationem cursus
D Solis, in augmentis & detrimentis suis apud imperitos inordinati cursus videntur & incompositi. Nam Sol certis distinctionibus & ordinatis mouetur: ex ipso enim sunt horæ, ex ipso dies cùm ascenderit, ex ipso etiam nox cum occiderit, ex ipso menses & anni numerantur, ex ipso vicissitudines temporum fiunt, dum ad superiora conscendens ver temperat: vbi autem ad summum cœli venerit, æstiuos accendit calores: decidens rursus autumni temperiem reddit: vbi verò ad inferiorem redierit circulum, ex glaciali compage cœli, rigorem nobis hyberni frigoris derelinquit. Sed de his aliâs latiùs disseremus. Nunc interim, cum sit iste minister bonus, ad vicissitudines temporum moderandas, tamen vbi secundum voluntatem Dei correptio mortalibus datur, incandescit acrius, & vrit mundum vehementioribus flammis. Similiter autem & Lunæ cursus, atque hæc quæ imperitis vi-

Contemptissima quæq; animalia à Deo creantur.

Universidad de Deusto Biblioteca

dentur inordinata permutatio, incrementis frugum, & pecudum, omnium- E
que animantium commoda est: agmentis enim eius detrimentisque mira quadam prouidentiæ arte, omne quod gignitur, alitur & crescit: de quibus latiùs prosequi possemus, & aperire de singulis retionem, nisi nos propositæ quæstionis ordo reuocaret. His tamen ipsis eisdemque ministerijs, quibus gignuntur, alunturque, augentur vniuersa, cùm fuerit iusta aliqua ex causa ordinis instituti mutata temperies, corruptio oritur & intemperantia, vt in homines, sicut suprà diximus, castigatio Dei voluntate procedat. Sed fortasse dices: quid? quòd in ista communi castigatione similia impij patiuntur & pij? Verum est, etiam nos fatemur: sed pijs castigatio ad profectum cedit, vt in præsenti vita adflicti, purgatiores veniant ad futuram, in qua perpetua eis requies præparata est. Simul autem vt & impij aliquantulum ex ipsorum castigatione proficiant, aut iusta in eos feratur iudicij futuri sententia, cùm in eisdem castigationibus, iusti quidem gratias egerint Deo, iniusti autem blasphemauerint. Igitur cùm in duas partes rerum diuidatur opinio, quòd alia per ordinem, alia contra ordinem fiant: ex his quidem quæ secundum ordinem fiunt, oportuit credi esse prouidentiam: de his verò quæ contra ordinem geruntur, causas require ab his, qui eas per doctrinam prophetica didicêre: quibus enim innotescere potuit sermo propheticus, sciunt quando, & ob quam causam ærugo, grando, pestilentia, & horum similia per singulas quasque generationes exorta sint, & ex quibus peccatis hæc ad vindictam data sint: vnde humano generi causa tristitiæ, vnde gemitus ac dolores acciderint, vnde etiam tremoris languor aduenerit, & quòd hæc ab initio fuerit vindicta parricidij. Nam ab origine mundi nihil horum fuit, sed ex impietate hominum initium mala ista sumpsêre, & inde G
semper crescentibus iniquitatibus, & malorum numerus creuit. Sed idcirco diuina Prouidentia iudicium erga omnos statuit, quia præsens seculum non erat tale, in quo vnusquisque possit pro meritis dispensari. Non ergo ex his, quæ pro peccatis hominum mundo acciderunt, malis, illa contemplanda sunt, quæ ab initio cùm nullæ malæ causæ existerent, bene & ordinatè instituta sunt: denique ad inditium eorum quæ ab initio fuêre, inueniuntur nonnullæ gentes alienæ ab huiusmodi malis. Nam Seres, quia castè viuunt, expertes habentur horum omnium, quia neque post conceptum adiri vltrà apud eos fœminam fas est, neque cùm purgatur, carnibus ibi immundis nemo vescitur, sacrificia nemo nouit, secundum iustitiam omnes sibi ipsis iudices fiunt. Idcirco igitur neque castigantur istis plagis quas suprà diximus, & plurimum temporis in vita durantes, absque ægritudine finiunt H
vitam. Nos autem miseri velut cum serpentibus pessimis habitantantes, cum hominibus dico iniquis, preferimus necessariò cum ipsis afflictionum plagas in hoc mundo, sed spem gerimus, ex consolatione futurorum bonorũ. Si propter iniquitates, inquit, Senex, aliorum cruciãtur etiam iusti, oportuit Deum tanquam prouisorem iubere hominibus, vt non facerent ea, ex quibus necesse esset cũ iniustis affligi etiã iustos, aut facerent emendationem aliquã, aut purificationem mũdo adhiberẽt. Iussit, inquit, Aquila, Deus hæc, & dedit præcepta per Prophetas, quomodo homines viuere deberent: sed & hæc cuntempserunt, imò verò & eos, si qui fortè obseruare cupiebant, diuersis iniurijs afflixerunt, donec etiam ipsos à proposita obseruatiõe deijcerẽt, & ad incredulitatis nihilominus verterent turbam, sibiq; similes efficerent.

Quãobrẽ pij cũ im pijs aliquã do affligantur.

Calamitates nobis in uindictam datæ sunt.

Seres innocentes.

Propterea

A Propterea denique ab initio cũ fuisset omnis terra maculata peccatis, Deus diluuium mundo iuduxit, quod vos sub Deucalione factum dicitis, & tunc vnum quendam iustum cum filijs suis in Arca reseruauit, & cum eo omnium seminum, omniumq; animantium genus. Et tamen etiã qui ex ipsis nati sunt tempore intercedente, rursus similia prioribus agunt: obliuioni enim quæ acciderant data sunt, ita, vt posteri ne hoc ipsum quidem crederent, quod diluuium factum est: Vnde & statuit Deus in præsenti seculo vltra non fieri diluuium, alioqui secundum rationem peccatorum, necesse erat etiam per singulas generationes hoc fieri infidelitatis gratia, sed magis indulsit per singulas gentes, angelos quosdam agere principatum, qui malis gaudent, quibus tamen ea conditione potestas aduersum vnumquemq; mortalium data est, si priùs se ipse quis peccando eis fecisset obnoxium, donec aduenirẽt ille qui
B bonis gaudet, & compleretur per ipsum numerus iustorum, & per omnem mundum crescente multitudine piorum, aliqua ex parte reprimeretur impietas, & innotesceret omnibus, quia omne quod bonum est, à Deo fit. Ex arbitrij autem libertate vnusquisque hominum, dum incredulus est de futuris, per malos actus incurrit mala. Et hæc sunt quæ videntur in mundo contra ordinem geri, quibus causas, vt essent, infidelitas dedit. Miranda igitur per omnia est diuinæ Prouidentiæ dispensatio, quæ his qui initio fuerint, bonam quidem viam vitæ incedentibus, bonis incorruptibilibus dedit perfrui: vbi verò peccauerint, mali originem peccato pariente sumpserunt. Et vnicuique bono quasi quodam coniugij fœdere, ex parte peccati sociatum est malum: quoniam quidem humano sanguine terra polluta est, & aræ dæmonibus succensæ, aërem quoque ipsum incesto sacrificiorum fumo temerârunt, &
C ita demum corrupta priùs elementa, hominibus corruptelæ vitium, velut radices ramis ac fructibus tradiderunt. Vide ergo in hoc, vt dixi, quàm iustè vitiatis rebus Prouidentia diuina succurrit, vt quoniã bonis Dei, mala quæ ex peccato originem sumpserant, sociata sunt, duabus his partibus, duos principes poneret, & ei qui bonis gaudet, bonorum ordinem, qui ad fidem Prouidentiæ suæ, credentes adducere statuit: ei verò qui malis gaudet, ea quæ contra ordinem & inutiliter geruntur, ex quibus sine dubio etiam Prouidentiæ fides in dubium veniat, & habita est per hoc à iusto Deo iusta diuisio. Hinc ergo est quod cùm ordinatus astrorum cursus, fidem faciat manu artificis conditum mundum, rursum conturbatio aëris, aura pestilens, fulminum vagi ignes, Prouidentiæ opus refellant. Habent enim, vt diximus, singula quęque bona, contraria & coniuncta sibi mala, vt fœcundis imbribus, grando inimica est vt rori placido, rubiginis est sociata corruptio, vt ventis lenibus, procellarum turbines iuncti sunt, fructuosis arboribus, infructuosæ,
D herbis vtilibus, noxiæ, animalibus mitibus, fera & perniciosa connexa sunt: Hæc autem omnia posita sunt à Deo, pro eo quod hominibus voluntas arbitrij à bonorum proposito discessit, & declinauit ad mala. Igitur in omnibus mundi rebus habetur ista diuisio: & sicut sunt pij, ita & impij: vt sunt Prophetæ, ita & falsi Prophetæ. Sed & apud Gentiles sunt philosophi, sunt & falsi philosophi. Iudæorum quoq; circuncisionẽ Arabicæ gentes, aliæq; plurimę ad ministerium suæ impietatis imitati sunt: Sic & diuino cultui est contrarius dæmonum cultus, & baptismo baptismus, & legi leges, & Apostolis pseudapostoli, & doctoribus falsi doctores. Et inde est vnde apud philosophos, alij asserãt prouidentiam, alij negant, alij vnum Deum, alij plures defendunt.

Peccatũ diluuio ultus est Deus.

Omne bonũ à Deo.

Malũ bono tanquã ex fœdere adhæret.

Arabes circumcisionem Iudæorum sunt imitati.

Abusus multarum rerum.

 Vsque

Universidad de Deusto Biblioteca

Vsque ad hoc res deniq; accessit, vt cum verbo Dei fugentur dæmones, per
E quòd esse prouidentia declaratur, inuenerit ars magica ad infidelitatem con
firmandam, quō etiam hoc ex contrarijs imitetur. Sic serpentum venena mi-
tigare carminibus inuentum, & verbo ac potestati Dei contrarias inducero
sanitates. Angelis quoq; Dei contraria reperit ars magica ministeria, anima-
rum suscitationes contra hæc, & figmēta dæmonū ponens. Et ne multa enu-
merando, sermonem longiùs traham, nihil omninò est quod fidem prouid-
entiæ facit, & non habeat è contrario aliud ad infidelitatē paratum: & ideo
qui ignorant istam diuisionem rerū, pro his quæ a semetipsis discordant in
mundo, non putant esse Prouidentiam. Sed tu pater, quasi vir sapiens, ex ista
diuisione elige partem, quæ ordinē seruat, & fidem Prouidentiæ facit, & nō
solū sequaris illā partē quæ contra ordinē currit, & prouidentiæ derogat fi-
dē. Ad hæc Senex respondit: Da mihi viam fili qua possim ex duobus istis or
F dinibus, quorum alter asserit, alter refutat prouidentiam, vnum aliquē in me
is sensibus confirmare. Rectum, inquit, Aquila, habenti iudicium facile dis-
crimen est: nam & hoc ipsum, quod ais, ordo & inordinatio, ab artifice fieri
potest: nam verbi gratia ponamus de excelsa rupe abruptum saxū in præceps
ferri, idq; illisum solo in multa fragmenta comminui, nunquid euenire vllo
modo potest, vt in illa multitudine fragmentorū, inueniatur vnū saltem frag
mentum, in quo perfecta aliqua species per omnia habeatur ac forma? Et Se-
nex respondit: Non potest. Quod si adsit, inquit, Aquila signorum artifex,
excisum de monte saxum manu artifici & sensu rationabili formare in quā
velit speciem, potest. Et Senex. Verum, inquit, istud est. Ergo, ait Aquila,
vbi sensus nō est rationabilis, nulla species ex integro formari potest: vbi aūt
G sensus est artifex, ibi & forma, & informitas esse potest: verbi gratia, si exci-
dat è mōte saxum artifex, cui formam velit imponere, necesse est vt id primò
informe cædat & barbarum, tum deinde paulatim excudens, & ad libram
suæ artis exculpens, exprimat formam quam mente conceperit. Ita ergo ex
informitate vel deformitate, artificis manu peruenitur ad formā, & vtrunq;
ab artifice procedit: simili igitur modo, & ea quæ in mundo geruntur per ar
tificis prouidentiam fiunt, etiamsi minus ordinata videantur. Et ideo, quia
tibi duæ istæ innotuerunt viæ, earumq; accepisti diuisiones, fuge infidelita-
tis viā, ne fortè perducat te ad illum principem, qui malis gaudet: sequere fi-
dei viam, vt peruenire possis ad Regem illum qui bonis hominibus gaudet.
Ad hæc Senex respondit: Cur autem & princeps ille qui malis gaudet, factus
est, & vnde factus est, aut non est factus? Aquila ait: Alterius temporis est iste
tractatus: verùm ne expers abeas etiam huius responsionis, pauca tibi de hoc
H quoq; insinuabo. Præscius oīm Deus ante constitutionem mundi, sciens qa
futuri homines alij quidem ad bona, alij verò ad contraria declinabunt, eos
q bona elegerint suo principatui, & suæ curæ sociauit, atq; hæreditatem sibi
eos propriā nominauit: eos verò qui ad mala declinarēt, Angelis regendos p
misit, his qui non per substantiā, sed per propositū cū Deo permanere nolue-
runt, inuidiæ & superbiæ vitio corrupti: dignos ergo dignorum principes fe
cit. Ita tamen eos tradidit, vt non habeant potestatem in eos faciendi quod
volunt, nisi statutum sibi ab initio terminum transeant. Hic est autem statu-
tus terminus, vt nisi quis priùs fecerit dæmonum voluntatem, dæmones in
eo non habeant potestatem. Et Senex ait: Magnificè prosequutus es fili, super
est nunc vt dicas vnde est substantia mali: si enim à Deo facta est, fructus
malus ra-

A malus radicem culpabilem docet: videtur enim & ipsa malæ naturæ: si verò
coæterna fuit hæc substantia Deo, quomodo potest quod æqualiter ingeni-
tum & coæternum est, alteri esse subiectum? Non semper fuit, inquit Aqui-
la: sed neq; si ex Deo facta est, continuò necesse est, etiam conditorem eius
talem videri, quale est illud, quod ab eo factum est: nam substantias quidem
Deus fecit omnium. Sed si rationabilis mens quæ à Deo facta est, nequaquā
conditoris sui legibus acquiescit, & modum statutæ sibi temperantiæ exce-
dit? quid hoc ad cōditorem spectat? vel si aliqua est ratio hac superior, igno-
ramus: neque enim de singulis ad perfectum scire possumus, & de his præci-
puè pro quibus non sumus iudicandi cur ignoremus. Ea verò pro quibus iu- *Christiani quædā tutius ignorant, quàminus stigant.*
dicandi sumus, facillima sunt ad intelligendum, & penè vno sermone absol-
uuntur. Omnis enim propemodum actuum nostrorum in eo colligitur ob-
B seruantia, vt quod ipsi pati nolumus, ne hoc alijs inferamus: sicut enim ipse
occīdi non vis, caueas oportet, ne alium occīdas. Et sicut tuum non vis viola
ri matrimonium, nec tu alterius macules thorum: furtum pati non vis, nec
ipse facias: & intra hanc regulam humanorum gestorum singula quæque
cōcurrunt. Tum Senex: Næ ægrè, inquit, accipias fili, quod dicturus sum: ser
mones tui quanuis validi sint, non possunt tamen flectere me vt credam, fieri
aliquid posse extra Genesim. Scio enim oīa mihi necessitate Genesis accidis-
se, & ideo suaderi mihi non potest, quia vel bene, vel male agere in nostra po
testate sit: & si actus nostros in potestate nō habemus, non potest credi futu-
rum esse iudicium, per quod vel malis pœnæ, vel bonis præmia tribuantur.
Deniq; quoniam te imbutum video in huiuscemodi disciplinis, pauca tibi
ex ipsa arte proferā. Si, inquit Aquila, ex ipsa disciplina adstruere aliquid cu-
C pis, frater meus Clemens tibi diligentiùs respōdebit, qui pleniùs scientiā ma *Clemens mathesfos fuit doctus.*
thesis adtigit: ego eīm alijs vijs adserere possum, quod actus nostri in nostra
sint positi potestate: ista autem quæ non didici, præsumere nō debeo. Cùm
hæc Aquila dixisset, ego Clemens, crastino, inquā, dices pater vt voles, & au-
diemus libenter, nam & te puto gratè habiturum, quòd cum his tibi erit ser
mo, qui expertes non sunt eius quam protuleris disciplinæ. Cùm ergo placu-
isset inter me & Senem, vt sequenti die disputatio nobis de ratione Genesis
haberetur, vtrum omnia ex ea fierent, an esset aliquid in nobis, quod nō Ge-
nesis, sed animi iudicium gereret, Petrus surrexit, & sermonē facere hoc mo-
do cœpit: Mirum mihi admodum est, quòd res quæ facilè inueniri possunt,
homines exquisitis cogitationibus ac verbis difficiles faciunt, & hi maxi-
mè qui videntur sibi sapientes, quiq; volentes Dei voluntatem comprehen-
D dere, quasi homine vtuntur Deo, imò & si quid minùs: nam hominis consi-
lium vel sensum scire nemo potest, nisi ipse prodat quid cogitauerit: sed neq;
artē quis discere potest, nisi multo tempore à magistro fuerit imbutus: quan
tò magis inuisibilis & incomprehensibilis Dei, neque sensum neq; opus sci-
re quis potest, nisi ipse mittat Prophetam, qui enarret cōsilium suum, & vi-
am conditionis exponat, in quantū discere hominibus fas est. Vnde ridicu-
lum puto, cum naturalibus vijs de virtute Dei homines iudicant, & putant
hoc quidem ei esse possibile, illud verò impossibile, aut hoc maius, illud mi-
nus, ignari omnium, qui cùm sint homines iniusti, iudicant Deum iustum, ar
tificem imperiti, incorruptibilem corrupti, factura factorem. Et nolo pute-
tis, qa hęc dicens iudicādi de rebus perimo facultatē, sed consiliū do, ne per
diuina qs incedēs, sine fine incurrat errores. Et ideo nō solùm sapiētibus, sed

Universidad de Deusto Biblioteca

& omnibus hominibus,qui desiderium gerunt agnoscendi,quod sibi expedit,suadeo,vt requirant verum Prophetã,quia ipse solus est,qui nouit omnia, B
& scit quid,& quomodo vnusquisq; quærat. Inest enim intra vniuscuiusq; nostrũ mentem,sed in illis quidem,qui desideriũ Dei agnitionis, & iustitiæ eius nullum gerunt,ociatur. In his verò qui quod animæ suę expedit quęrũt, operatur & scientiæ lumen accendit. Propter quod primo omnem hunc requirite,quẽ si nõ inueneritis,ab alio vos agnituros aliquid non speretis. Inuenitur aũt citò ab his qui veritatis amore perquirunt,& quorũ anima præoccupata nõ tenetur in malitia. Adest enim his qui eum in innocentia spiritus sui desiderant,qui per patientiã sustinent,& suspiria de profundo cordis,veritatis amore producũt: fugitaũt maleuolas mẽtes,quia vt Propheta,cognoscit cogitationes vniuscuiusq;. Et ideo nemo putet eum per prudentiã suã inuenire posse,nisi,vt suprà diximus,mentem suã omni nequitia vacuã effecerit,atq; P
agnitionis eius desideriũ purũ & fidele cõceperit. Vbi em talem se quis præparauerit,ipse vt Propheta,videns præparatã mentẽ,spõte se adhibet ad agnoscendum. Si quis igitur vult omnia discere,nõ per singula discutiens, neq; em poterit,cùm sit mortalis, Dei inuestigare consiliũ,& ipsam immensitatẽ perscrutari: sed si discere,vt diximus,oia desiderat,verũ Prophetã requirat. Quẽ cum inuenerit,nõ quæstionibus & disputationibus,neq; argumẽtis cum eo agat,sed si quid respõderit,si quid pronũciauerit,hoc certum esse,nõ potest dubitari. Et ideo quæratur verus Propheta ante omnia, & eius verba teneãtur: in quibus illud tantũmodo discutiendũ vnicuiq; est, vt satisfaciat sibi,si verè Prophetica eius verba sunt,id est,si indubitatã fidem continent futurorũ, si tempora definita consignãt,si rerũ ordinem seruant,si nõ quæ prima sunt, nouissima,& quæ in nouissimis gesta sunt, prima narrãrunt,si nihil versutũ, C
nihil magica arte ad decipiendum cõpositum continent,aut si non quę alijs reuelata sunt,ad se transtulerit,admixtis mendacijs. Et cum his omnibus recto iudicio discussis,verba constiterit esse prophetica, ita demum credi eis de omnibus quibus dixerint,& responderint,debet. Etenim cõsideremus diligentiùs opus diuinæ Prouidentiæ. Nam quod Philosophi introduxerunt verba subutilia quædã & difficilia,ita vt ne ipsa quidẽ vocabula sermonum, nota esse omnibus possent & intelligibilia, Deus eos qui sibi artifices verborum videbantur, per omnia imperitos esse erga agnitionẽ veritatis ostendit. Simplex enim est,& manifesta,ac breuis rerũ scientia,quæ per verũ Prophetam traditur, quam isti per deuia incedentes, scrupeas verborũ dificultates, tota ignorauerunt via. Igitur verecundis & simplicibus mentibus,cùm viderint fieri quæ prædicta sunt,satis abundeq; sufficit,vt de certissima præscien H
tia,certissimam scientiã capiant,& de cætero requiescant,euidenti agnitiõe veritatis adsumpta: cætera omnia æstimatione tractãtur,in quibus firmũ nihil esse potest. Quis em sermo est,qui nõ recipiat contradictionẽ?& quę argumentatio est,quæ nõ possit alia argumẽtatione subuerti?& inde est quod ad nullum finem scientiæ & agnitionis per huiusmodi disputationem peruenire hoies possunt,priusq; finem vitæ inueniũt,q̃ quæstionũ. Et ideo cùm in his omnia habeantur incerta,ad verum Prophetam veniendum est: quẽ Deus pater volens ab omnibus diligi,hæc quæ homines induxerunt,in quibus nihil potest adprehendi,voluit penitus extinguere,vt eò magis iste quęreretur,& q̃ illi obcluserant,hic hominibus viã veritatis aperiret. Propter hunc enim Deus etiam mundum fecit,& ab ipso mundus repletur, vndè & quærentibus

Christus in nonnullis hominibus ocio sus est.

Prudentia humana cæcutit in rebus diuinis.

Habes albã, ut ita dixerim, lineam ad quã exigas prophetias.

Logodædalus & architectos uerborum appellat Cicero.

A rentibus se adest vbiq;,etiamsi in vltimis terræ finibus quæratur. Si verò non purè eum quis,nec sanctè,neq; fideliter quærat,intra ipsum quidem est,quia vbiq; est,& intra sensus omniũ inuenitur: sed,vt suprà diximus, infidelibus dormit,& absens habetur his,à quibus esse non creditur. Cumq; hæc & alia huiusmodi Petrus de vero Propheta prosequutus esset,turbas dimisit. Senem verò cùm rogãsset plurimum permanere nobiscum,obtinere non potuit,sed & ipse discessit,alia die,sicut placuerat,rediturus. Et post hæc nos vnà cum Petro ingressi hospitium cibo & quiete solito vtimur.

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER NONVS. RVfino Torano Aquileiense interprete.

B

SEQVENTI die Petrus vnà nobiscũ maturè ad locum,in quo pridie habita fuerat disputatio,properauit,atq; ibi cum plurimas iam ad audiendum conuenisse turbas,& Senem cùm eis videret,ait ad eum: Hesterno die ô Senex,cum Clemente placuerat vt hodie sermo fieret,& aut tu ostenderes nihil extra Genesim fieri,aut Clemens doceret Genesim non esse. Ad hæc Senex respondit: Et quid placuerit memini, & tua verba teneo, quæ post pactiones loquutus es, quibus C
docuisti impossibile esse homini scire aliquid, nisi à vero Propheta didicerit. Et Petrus: Nescis,inquit,quomodo dixerim, sed nunc te ego commonebo: de voluntate dixi,& consilio Dei, quam habuit priusquàm mũdus esset, & quo consilio fecerit mundũ,tempora statuerit, legẽ dederit,iustis bonorũ remunerationẽ futurum seculũ promiserit, iniustis pœnas ex iudicij sententia statuerit: hoc ego dixi consilium,& hanc voluntatem Dei, ab hoibus inueniri non posse,quia nemo hominũ potest sensum Dei cõiecturis & estimatione colligere,nisi Propheta ab eo missus enunciet. Non ergo de quibuscunq; disciplinis, aut studijs dixi, quia inueniri Propheta, aut sciri non possint: quippe qui sciam & artificia,& disciplinas sciri, & exerceri ab hominibus,quas non à vero Propheta, sed à magistris hominibus didicerint. D Quoniam ergo te professus es gnarũ esse positionis siderũ,& stellarũ cursus, ex quibus conuinceres Clementem, quòd Genesi omnia subiaceant, aut ab ipso disceres,quòd per Prouidentiam regũtur vniuersa, & est etiam aliquid in nobis,hoc expedire vos conuenit. Ad hæc Senex respondit: Iam quidem necessarium non erat huiusmodi mouere quæstiones, si possibile esset nobis à vero Propheta discere,& audire definita sentẽtia,quia sit aliquid in nobis & in arbitrij positum libertate: valde enim me sermo tuus mouit hesternus, in quo de virtute prophetica disputãsti: vnde & ego assentio,& cõfirmo sententiam tuam,quia nihil potest ab homine certũ indubitatumq; cognosci, cui & exiguũ vitæ tẽpus est,& breue ac tenue spiramen,quo retineri videtur in vita. Veruntamen qm priusquã de prophetica virtute aliquid audirẽ, pollicitus videor Cleméti,vt ostenderẽ, qa oia subiecta sunt Genesi,aut ab ipso discerem

Universidad de Deusto Biblioteca

discerem,quia est aliquid & in nobis, præstet mihi ipse in hoc gratiam, vt E
primus incipiat,& quæ obijci possunt, proponat & absoluat:ego enim, ex
quo paucis à te audiui de virtute prophetiæ,magnitudinem præscientiæ con
siderans, obstupui fateor, nec omnino recipiẽdum quicquam censeo,quod
coniecturis & æstimatione colligitur.Et cùm hæc Senex dixisset, ego Cle
mens dicere ita cœpi: Deus per filium suum creauit mundum,tanquam du
plicem domum,interiectu firmamenti huius,quod cœlum appellatur,distin
ctam,& in superiori quidem angelicas habitare virtutes,in isto autem visibi
bili mundo,nasci hominum multitudinem dedit, ex quibus eligeret ami
cos filio suo,cum quibus lætaretur,& qui ei tanquam sponso,dilecta sponsa
pararentur.Verùm vsque ad nuptiarum tempus, quod est præsentia seculi
venturi,statuit virtutem quandam,quæ ex his quæ in in mundo nascuntur,
eligat,&custodiat meliores,ac seruet filio suo,sequestratos in loco quodam F
mundi,qui extra peccatum est,in quo iam sunt aliquanti,qui ibi velut spon
sa,vt dixi,decora,ad sponsi præsentiam præparantur. Nam mundi huius &
præsentis temporis princeps,adultero similis est, qui mentes hominum cor
rumpit,ac violat,& à desiderio veri sponsi seducens, illicit ad aliena deside
ria.Sed dicit aliquis:Quid ergo necesse erat iustum principem fieri, qui à ve
ro principe mentes hominum declinaret? Quoniam Deus qui,vt dixi, filio
suo amicos voluit præparare,nõ eos tales esse voluit, qui necessitate naturæ,
aliud quid esse non possent,sed qui arbitrio suo,& voluntate,boni esse desi
derarent:quia nec laudabile est,quod non est desiderabile:nec bonum iudi
catur,quod nõ proposito expetitur:nihil enim laudis est id esse,à quo te mu
tari naturæ necessitas non sinat. Prouidentia ergo Dei, hominum multitu
dinem nasci in hoc mundo voluit,vt ex pluribus eligerentur qui iustam di- G
ligerent vitam.Et quia præsentem mundũ præuidit non aliter posse, nisi di
uersitate & inæqualitate constare:secũdum præsentium rerum diuersitates,
vnicuiq; menti libertatẽ motuũ dedit,& hunc principẽ posuit,quo ea quæ
contraria videntur agitante,electio meliorum virtutis opere cõstaret. Sed vt
planiùs fiat quod dicimus, per singula exponemus. Nunquid omnes,verbi
gratia,oportebat esse in hoc mundo Reges,aut Principes, aut Dominos, aut
pędagogos,aut legisperitos,aut geometras,aut aurifices, aut pistores, aut fa
bros,aut grammaticos,aut diuites,aut agricolas,aut olitores,aut piscatores,
aut pauperes?hæc certum est,quia oẽs esse non poterant. Omnia tamen hæc
officia,& multò plura,præsens vita hominũ requirit,& sine his transigi non
potest:est ergo necessaria in hoc mundo inæqualitas. Non enim potest esse
Rex,nisi habeat quos regat,& q̃bus imperet: neq; potest esse Dominus, nisi H
habeat cui dominetur:& cætera similiter. Sciens ergo cõditor à nullo spon
te veniri ad agonem,dum refugitur labor,hoc est,ad excerdendas artes istas
quas suprà diximus,per quas vel iustitia vniuscuiusq;,vel misericordia mani
festari potest,corpus homini fecit,quod famẽ,& sitim, & frigus reciperet,
vt reficiendi corporis causa compulsi homines,ad omnes, quas suprà expo-
suimus,artes,victus necessitate descenderent. Cibi enim & potus atq; indu-
menti gratia,singulas quasq; artes expetere edocemur. Et hic iam vniuscu-
iusq; mentis propositum declaratur,vtrum necessitatẽ famis & frigoris,per
furta & homicidia,ac periuria sarciat,perq; alia huiusmodi scelera: an iusti-
tiam,misericordiã, continentiamq; custodiens, artis studio & manuum la-
bore,imminẽtis necessitatis expleat ministeriũ.Si em̃ cum iustitia & pietate,
ac miseri-

Coniectu ris non relinquitur locus in re bus diuinis.

Venter ar tis magi ster est.

A ac misericordia, necessitatem corporis transigat, velut propositi agonis vi-
ctor,amicus filij Dei,& electus abscedit.Si verò per fraudes, per iniquitates,
& scelera,concupiscentijs deseruit corporalibus,principibus mundi, atque
omnium dæmonum amicus efficitur: à quibus etiam hoc edocetur, vt stel-
larum cursibus,malorum suorum adscribat errores,quod non nisi propositi-
to ac voluntate delegit.Etenim artes cogente,vt diximus, cibi ac potus volu-
ptate discuntur & exercentur:quæ voluptas, cùm accesserit vnicuiq; verita-
tis agnitio,infirmior efficitur,succedente parsimonia: quantus enim sum-
ptus est,aqua & pane vtentibus,& hunc à Deo sperantibus?Est ergo,vt dixi-
mus, necessaria quædam in dispensatione mundi inæqualitas, dum omnes
quidem homines,non omnia possunt scire,vel implere artificia,vsu tamẽ &
ministerio omnium penè omnes indigent:& ob hoc necesse est alium ope-
B rari,alium operanti præbere mercedem,alium seruire, alium dominari,aliũ
regi,alium regere:sed hanc inæqualitatem quæ mortalium vitam necessariò
subsequuta est,diuina prouidentia in occasionem iustitiæ,misericordiæ,hu
manitatisq; conuertit,vt dum hæc inter homines aguntur,fit vnicuiq; cau-
sa iustè agendi cum eo,cui merces operis exoluenda est,& faciẽdi misericor-
diam cum eo,qui debilitate fortassis,aut penuria intercedente,debitum sol-
uere non potest.Sed & humanæ agendi cum his qui cõditione videntur ob-
noxij:mansuetudinem quoq; conseruandi erga subiectos,& omnia prorsus
gerendi secũdum legem Dei:dedit em̃ legem,iuuans per hoc humanas men-
tes,vt faciliùs erga vnumquodq;,qualiter agi deberet, aduerterent, qua via
effugerent malum,& qua ad futura tenderent bona,& vt in aqua regenerati
per opara bona,ignem vetustæ natiuitatis extinguerent. Prima enim nostra
C natiuitas, per ignem concupiscentiæ descendit, & ideo dispensatione diui-
na.Secũda hæc per aquam introducitur,quæ restinguat ignis naturã,& cœ-
lesti spiritu anima illuminata,metum primæ natiuitatis abijciat:si tamen ita
de reliquo viuat,vt nullas omnino mundi huius voluptates requirat, sed sit
tanquam peregrinus & aduena,atque alterius ciuitatis ciuis.Sed fortasse di-
cas,quia in his quidẽ, in quibus naturalis necessitas, exigit artiũ operumq;
ministerium,potest vnusquisq; habere in potestate,seruare iustitiam,& mo-
dum,vel desiderijs,vel actibus quem velit imponere: quid de ægritudinibus
dicemus,& infirmitatibus,quæ accidunt hominibus, & quod dæmonibus
nonnulli vrgentur,& febribus,& frigoribus, nonnulli etiam furore agũtur,
& mente excidunt,& omnia illa,quæ innumeris casibus premunt mortaliũ
genus?Ad hæc dicemus, si consideret quis totius ministerij rationem, hæc
D illis,quę suprà exposuimus,iustiora esse pronũciabit:Deus enim hominibus
naturam dedit,per quam & doceri possint de bono & obsistere malo,id est,
vt & artes possint discere,& obsistere voluptatibus,ac præferre in omnibus
legem Dei,& ob hoc virtutes quasdam contrarias,oberrare mundum hunc,
& obluctari nobiscũ permisit, propter causas quæ iam superiùs dictæ sunt,
vt ex earum certamine,oriatur iustis palma victoriæ,& meritum præmiorũ.
Ex istis ergo accidit interdum,vt si qui incontinenter egerint, & non tantũ
obsistere,quam cedere atq; in semetipsis dare eis voluerint locum, noxia ea-
rum adspiratione generetur intemperata,& vitiosa progenies.Dum enim to
tum libidini indulgetur,& obseruatio nulla coëundi est, illorũ sine dubio
dæ monum,quibus hæc perurgentibus fiunt,vitia & fragilitates suscipit im-
por tuna generatio. Et ideo pro huiusmodi vitijs natorum, obnoxij erunt
parentes,

Parsimonia Christianis magnum uectigal est,

Duæ natiuitates hominum.

Mundus nobis pro hospitio est,nõ domo.

Natura hominum capax boni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

parentes, qui legem seruare concubitus noluerunt: licet sint & aliæ causæ E
secretiores, quibus his malis obnoxiæ efficimur animæ, quas nunc proferre temporis non est. Tamen oportet vnumquenq; agnoscere legem Dei, vt ex ea generandi obseruantiam sumat, & immũdicitię causas declinet, vt possit mundũ esse quod gignitur. Neque enim fas est, vt non in plantandis quidẽ virgultis, vel in seminandis frugibus, oportunum tempus quæratur, terra purgetur, atque omnia quæ conuenit, præparẽtur, ne fortè semen iactum lædatur & pereat, & in solo homine, qui est super hæc omnia, serendi obseruatio nulla habeatur, nulla cautela. Sed quid? quod nonnulli, inquit, cùm in prima ætate absque vitio fuerint corporali, processu temporis incurrunt hæc mala, ita vt aliquanti etiam violenter præcipitentur in mortem? Etiam de his vicina, & penè eadem ratio est: illæ enim, quas diximus contrarias humano generi potestates, ad vniuscuiusque cor, per multas diuersas concupiscentias F
inuitantur quodammodo, & ingrediendi accipiunt locum: estq; hæc in illis vis & potestas, quæ hortetur & incitet tantũ, non quæ cogat, & perficiat. Si ergo quis adquiescat eis, vt etiam agat ea quæ male desiderat, consensus sui & actus, mercedem perditionis & pessimæ mortis inueniet. Si verò futurum iudicium cogitans, metu ipso fuerit repressus, & reuocauerit se, ne actu impleat, quod mala cogitatione concepit, effugiet non solùm perniciem præsentem, sed & futura supplicia. Omnis enim causa peccati, similis videtur esse stuppæ pice oblitæ, quę vbi calorem ignis acceperit statim inflammatur: huius verò ignis incendium opera esse dæmonum intelligantur. Si ergo inueniatur quis peccatis & concupiscentijs tanquam pice oblitus, ignis ei facillimè dominatur. Si verò non peccati pice, sed aqua purificationis & regenerationis infusa sit stuppa, ignis in ea dæmonum non valebit accendi. Sed dicet aliquis: Et quid faciemus iam nos, quos contigit peccatis sicut pice oblitos? respondebo, nihil aliud nisi vt festinetis ablui, quo expurgetur à vobis ignis materia, per inuocationem sancti nominis, & de reliquo futuri iudicij metu, concupiscentias refrenetis, atque aduersarias potestates, cùm fortè ad sensus vestros accesserint, tota obstinatiõe pellatis. Sed dicis: si in amorem quis inciderit, quomodo se poterit continere, etiamsi ante oculos suos, ipsum ignis fluuiũ, quẽ pyriphlegetonta nominãt, videat? Hæc excusatio est eorum qui conuerti ad pœnitentiam nolunt. Deniq; nunc nolo pyriphlegetonta adducas in medium: hominum tibi propone pœnas, & vide quantum valeat metus: potéstne quisquam, cum pro amoris crimine ad supplicium ducitur, & ad stipem colligatur vrendus, in illo tempore eius quam amauit, vel desiderium capere, vel speciẽ ante oculos proponere? Nequaquã, H
inquies. Vides ergo, quia pręsens metus, resecat iniqua desideria. Quod si credentes Deo, & futurum iudicium, pœnamq; ignis æterni confitentes, non se continent à peccato, certum est, quòd non plena fide credũt: si enim certa sit fides, certus sit & timor: si verò minus aliquid est in fide, relaxatur & metus, & tunc locum inueniunt introeũdi contrariæ potestates, quarum persuasionibus cùm acquieuerint, necesse est, vt & potestati earum obnoxij fiant, & ipsis persuadentibus agantur ad præcipitia peccati. Igitur Astrologi ignorantes huiusmodi mysteria, putant stellarum cursibus ista contingere: vnde & his qui accedunt ad eos, vt de futuris aliquid consulant, respondentes falluntur in plurimis: nec mirum, non enim sunt Prophetæ, sed vsu multi temporis auctores eorum perfugium quoddã, in his quibus decipiebãtur, inueniunt,

Hæreditaria sunt liberis multa uitia corporis à parẽtibus.

Causa peccati similis est stuppæ oblitæ pice.

Metus fidei cõiunctus.

niunt, & climateras quasdam introducunt, vt de rebus incertis scientiam fin
A gant. Climateras enim dicunt, quasi periculi tempus, in quo interdum perimatur quis, interdum non perimatur, ignorantes quòd non stellarum cursus hæc, sed dęmonum gerit operatio, qui ad astrologiæ errorem confirmandũ, deseruientes, calculis mathesis decipiunt homines ad peccandum, vt cùm vel Deo permittente, vel legibus exigentibus, peccati dederint pœnas, verum dixisse videatur astrologus: & tamen falluntur etiam in hoc: si enim cito conuersi fuerint ad pœnitentiã, & futuræ pœnæ recordationem conceperint ac metum, conuersis ad Deum per gratiam baptismi, resoluitur pœna mortis. Sed dicet quis: Multi & homicidium, & adulteriũ, & alia scelera commiserunt, & nihil mali passi sunt. Hoc quidem raro accidit hominibus, tamen nescientibus consiliũ Dei, frequenter videtur accidere: Deus aũt qui nouit
B vniuersa, scit quomodo, & quare peccet, q peccat, & quæ vnumquenq; causa ducat ad peccatũ. Hoc tamen generaliter agnoscendũ est: quòd si qui non ita mente, vt actibus mali sunt, proposito incitato ad peccandum deuoluuntur, his velocior & magis in præsenti vita redditur pœna, vbiq; enim & semper Deus prout competere iudicat, vnicuiq; pro actibus suis reddit. Eorum verò, qui proposito exercent malitiã, ita vt interdũ etiã in eos sæuiant, à quibus bona consequuti sunt, & nullã recordationẽ capiũt ad pœnitentiã, differt pœnas in futurũ: nõ eũ merentur isti, sicut illi, de quibus suprà diximus, in præsenti vita scelerum suorũ finire vindictam, sed permittitur eis præsens tempus implere, vt volunt, quia emendatio eorũ nõ est iam talis, quæ temporalibus indigeat castigationibus, sed quæ æterni ignis in inferno exigat pœnas, quorum animæ ibi pœnitentiã quærent, vbi inuenire nõ poterũt. Quod
C si in hac vita positi, illas quas ibi patientur pœnas, ante oculos posuissent, refrenàssent vtiq; desideria, & nullo pacto decidissent in peccatum. Multum enim potest sensus in anima, ad resecãdas omẽs eius cupiditates, maximè cũ cœlestium scientiam cœperit, per quam lumine veritatis accepto, ab omni obscuritate malorum actuum declinauit. Sicut enim Sol omnes stellas splẽdore sui fulgoris obtundit, & contegit: ita & mens per scientiæ lucem, omnes concupiscentias animæ inefficaces reddit & ociosas, futuri iudicij memoriam super eas tanquam radios suos emittens, ita vt ne apparere quidem vltra in anima queant. Quòd autem timor Dei multum valeat ad deprimendas cõcupiscentias, cape humani timoris exemplũ. Quotusquisq; est, qui nõ inter homines concupiscat aliena, & tamen metu pœnæ quæ legibus statuta est, refrenatur, & continentiùs agit? Regi propter metum gentes subiacẽt, &
D armatus paret exercitus. Serui cùm sint validiores Dominis suis, propter metum tamen imperia perferunt Dominorũ. Bestiæ ipsæ feræ metu mitescunt. Tauri validissimi iugo colla submittunt, & immanes elephãti magistris obtemperant per timorem. Sed cur humanis vtamur exemplis, cùm etiã diuina non desint? nónne terra ipsa sub præcepti metu permanet, quod etiam motu sui & tremore testatur? Mare statutum terminum seruat, Angeli pacem custodiunt, stellæ ordinem tenent, & fluuij meatus, dæmones quoq; certum est timore in fugam verti. Et ne per singula sermonem longiùs producamus, intuere quomodo vnumquenque timor Dei continens, cuncta in harmonia propria, & ordinis sui compage custodiat. Quantò magis ergo certi esse debetis, quia & dæmonum concupiscentiæ, quæ in cordibus vestris oriuntur, admonitione timoris Dei extingui possunt, & penitus aboleri, cùm etiam

Climactericí anni Astrologorum.

Deus solus nouit quẽadmodum fiant peccata: nõ ergo in his quicquam temerè ab homine definiendum est.

Cognitio ueritatis ut Sol, mẽtem illuminat.

Universidad de Deusto Biblioteca

ipsi incentores concupiscentiæ, metu sibi dominante diffugiant. Hæc ita se E
habere sciens, si quid tibi respondendum videtur, incipe. Tum Senex: Sapien
ter, inquit, filius meus Clemens aptauit prosequutionem suam, ita vt nihil
nobis ad hæc dicendum reliquerit: verùm omnis eius sermo, quem de natu-
ra hominis disseruit, hanc habet continentiam: quia cum eo quod inest li-
bertas arbitrij, est extrinsecus & aliqua causa mali, ex qua per diuersas con-
cupiscentias incitantur quidem homines, non tamen coguntur ad peccatũ,
pro eo, inquit, quòd multò his validior est timor qui obsistat, & impetus
desideriorum refrenet, vt cùm naturales motus deciderint, effugatis his, qui
eos incitant & inflammant dæmonibus, peccatum non possit admitti. Sed
me hæc non adducunt ad fidem: conscius enim mihi sum quorundã, ex qui-
bus bene noui, quia compaginatione stellarum, homines aut homicidæ, aut
adulteri fiunt, cæteraq; perpetrant mala. Similiter autem & honestæ ac pu- F
dicæ fœminæ, vt bene agant inde coguntur. Deniq; cùm Mars centrum te-
nens, in domo sua ex tetragono respexerit Saturnum cum Mercurio ad cen-
trum, Luna veniente super eum plena, in Genesi diurna, effiict homicidas, &
gladio casuros, sangninarios, ebriosos, libidinosos, dęmoniosos, secretorum
perscrutatores, maleficos, sacrilegos, & si qua sunt his similia, præcipuè cùm
bonarum stellarum nulla respexerit. Sed & ipse rursus Mars ad Venerẽ schę-
ma tetragonum habens, ex parte ad centrum non respiciente aliquo bono-
rum, adulteros efficit, & sorores & filias & matres in coniugium adducit.
Venus cum Luna in finibus & domibus Saturni cum Saturno, si fuerit adte-
stante Marte, efficit mulieres viragines, ad agriculturam, ad structuram, & ad
omne opus virile promptas, misceri quibuscunq; voluerint, & non argui à
viris pro adulterio, nulla vti mollitie, nõ vnguentis, non vestibus, nõ calcia- G
mentis mulieribus, sed virorum sorte agentes: viros autem esse vt fœminas,
nec quicquam virile gerere. Cacodæmon Venus cum Marte si sit in ariete,
efficit è cõtrario mulieres, si sit in Capræcorno aut Aquario. Cumq; multa
de his Senex prosequutus esset, & vnumquodq; schema mathesis, stellarum
quoque positiones enumerâsset, volens per hæc ostendere, quia timor non
sufficiat refrenare cõcupiscentias, ego rursus respondi: Verè pater doctissi-
mè & eruditissimè prosequutus es, & ipsa me ratio inuitat, aliquid ad ea quę
à te disserta sunt, respondere, quoniamquidem scientia mihi mathesis nota
est, & libenter cum erudito viro habeo sermonem. Accipe ergo ad ea quæ
dixisti, & euidẽter agnoscas Genesim ex stellis omninò nõ esse, & quia pos-
sibile sit obsisti aduersum impugnationẽ dæmonũ, ab his qui cõfugiunt ad
Deũ, ac sicut prędixi, non solùm per timorem Dei naturales cohiberi cõcu- H
piscentias posse, sed & per timorẽ hominũ, sicut iam nũc edocebimus, leges
sunt in vnaquaq; regione vel regno ab hominibus positæ, siue scriptura, siue
etiam vsu durantes, quas nemo facilè transgreditur. Deniq; primi Seres, qui
initio orbis terræ habitant, neque homicidium, neque adulterium, neque
scortum nosse, neque furtum committere, neque idola venerari, & in illa o-
mni regione quæ est maxima, neq; templum inuenitur, neque simulacrum,
neque meretrix, neq; adultera, neq; fur ad iudicium deducitur, sed neq; oc-
cisus ibi homo fertur aliquando, & tamen nullius libertas arbitrij secũdum
vos à stella Martis ignita, vt ferro vteretur ad hominis necẽ, nec Venus cum
Marte posita, alienum matrimonium compulit vitiari, cum vtiq; apud eos,
per singulos dies Mars medium cœli circulum teneat. Sed est apud Seres legũ

Genethliacorum de aspectibus uanitas.

Timent peccare mali formidine pœnæ.

Seres.

metus

A metus vehementior, quàm Genesis constellatio. Sunt similiter & apud Bact-
ras in regionibus Indorum immensæ multitudines Bragmanorum, qui & ip-
si ex traditione maiorum, moribus, legibusq; concordibus, neq; homicidiũ
neque adulterium committunt, neque simulacra colũnt, neq; animantia e-
dere in vsu habent, nunquã inebriantur, nunquã malitiosè aliquid gerũt, sed
Deũ semper timẽt: & quidem cùm cæteri Indorũ & homicidia, & adulteria
committant, & simulacra colant, & inebrientur, atque alia huiusmodi flagi
tia exerceant. Sed & in ipsius Indiæ nihilominus occiduis partib. regio quæ-
dam est, vbi hospites cum inciderint, capti immolantur & comeduntur, &
neque bonæ stellæ vetuerunt eos ab huiusmodi flagitijs, & ab execrandis ci-
bis: neque malignæ stellæ compulerunt Bragmanas, vt aliquid agerent mali.
Et rursus mos apud Persas, matres accipere in coniugiũ, & sorores & filias, et
B sub illo omni axe incesta Persæ ineunt matrimonia. Ac ne fortè liceat his q
mathesim sequuntur, vti illo perfugio quo dicunt, certas quasdam esse pla-
gas cœli, quibus propria quædam habere conceditur, ex ipsa Persarum gen-
te aliquanti ad peregrina profecti sunt, qui Magusæi appellantur, ex quibus
vsque in hodiernum sunt alij in Media, alij in Parthia, sed & in Aegypto nõ-
nulli, plures autem in Galatia, & Phrygia, qui omnes incestæ huius traditio-
nis formam indeclinabilem seruant, ac posteris custodiendam transmittunt,
etiam cùm plagam cœli mutauerint, nec tamen eos Venus cum Luna in fini-
bus & domibus Saturni, cum Saturno adtestante etiam Marte, compulit ha-
bere inter cæteros Gensim. Apud Gelos quoq; mos est, vt mulieres agricolẽ-
tur, ædificent, & omne opus virile perficiant, sed & misceri quibus volunt li-
cet, nec incusantur à viris, aut adulteræ appellantur: passim enim concubitus
C miscent, & præcipuè cum hospitibus, vnguẽta nesciunt, non induuntur veste
fucata, non calceis: è contra viri Gelonum ornantur, pectuntur, indumentis
mollibus & varijs induuntur, auro compositi, vnguentisq; delibuti, & hæc
nõ pro dissolutione virium: sunt enim bellicosissimi, & venatores acerrimi,
nec tamen vniuersæ Gelonũ mulieres, in Capræcornu aut Aquario cacodæ-
monem Venerem nascentes habuêre, neq; viri eorũ in ariete cum Marte Ve-
nerẽ positam, per quod schema, effœminatos & dissolutos nasci asserit viros
Chaldaica disciplina. Porrò verò in Susis, mulieres vnguentis, & quidem op-
timis vtũtur ornamentis, comptæ ex lapidibus preciosis, ministerijs quoque
ancillarum fultę procedunt, multò maiore ambitione quàm viri, nec tamẽ
pudicitiam colunt, sed indifferens eis cum quibuscunque voluerint, vsus est,
& seruis & hospitibus, tali licentia à viris permissa: & non solum nõ culpan-
D tur pro hoc, sed & dominantur in viros. Nec tamen omnium Genesis mulie
rũ Susidarium in medietate cœli, cum Ioue & Marte Venerẽ in Iouis domib.
habent. In vlterioribus oriẽte partibus, si puer muliebri se substernat iniuriæ,
cùm agnitum fuerit, à fratribus, aut parentibus, vel quibuslibet proximis, in-
terficitur, nec sepultura donatur. Et rursus apud Gallos lex prisca constituit,
nuptum tradi publicè pueros, nec obprobrium ex hoc aliquod duci: & nũ-
qd possibile est, vt omnes qui tam turpiter succumbunt apud Gallos, Lucife
rum cum Mercurio in domib. Saturni & finibus Martis habuerint? In Britan
niæ partib. plures viri vnã habẽt vxorem: in Parthia multæ mulieres vnũ ha-
bent virum, & vtraq; orbis pars, moribus suis atq; institutis obseqtur. Ama-
zones oẽs non habẽt viros, sed sicut animalia, semel in anno circa vernale æ-
quinoctiũ proprios egressæ terminos, finitimæ gẽtis viris miscẽtur, solenni-

Bactræ. Bragmani

Schythotauros eos esse ex libro quinto Plinij adparet.

Persæ.

Magusæi.

Gelonum gens talis, qualis est apud Soli.

Pandea.

Susidæmulieres.

Britanni multi unã uxorẽ habent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem quandam per hoc obseruantes, ex quibus cùm conceperint, redeunt, E
& si marem pepererint, abijciunt, fœminas nutriunt. Cumq; vnius temporis
sit omnium partus, absurdum est, vt in maribus quidem putetur Mars cùm
Saturno in tẽpore æquis esse portionibus, in fœminarũ verò Genesi nunquã.
Sed neque Mercurium cum Venere habuisse in domibus proprijs positũ, vt
vel pictores sibi, vel sculptores, vel trapezitas efficiat: aut in domibus Vene-
ris, vt vnguentarios, vel vocales, vel poëtas producat. Apud Saracenos & supe-
riores Libes & Mauros, & circa ora maris Oceani habitantes, sed & in extre-
mis Germaniæ partibus, & apud Sarmatas, & Schythas, atque omnes quæ
sub axe Septentrionis iacent, Pontici littoris gentes, & in Chrysea insula, nũ-
quam inuenitur trapezita, nec sculptor, aut pictor, aut architectus, aut geo-
metres, aut tragœdus, aut poëta: ergo deficit apud eos Mercurij, Venerisq; cõ
stellatio. Ex omni orbe terrarum Medi tantummodo summa obseruantia, F
adhuc spirantes homines, canibus deuorandos abijciunt, & nõ ob hoc Mar-
tem cum Luna per diurnam Genesim in Cancro positos habent. Indi mortu-
os suos incendunt, cum quibus & vxores defunctorum, sponte se offerentes
exuruntur. Sed non ideo omnes quæ viuæ incenduntur Indorũ mulieres, in
nocturna Genesi sub terra habent Solem cum Marte in partibus Martis. Ger-
manorum plurimi laqueo vitam finiunt, nec idcirco omnes Lunam cum ho
ra, Saturno & Marte circuncinctas habent: sed non in omni gente, & in om-
ni die per omnem diuersitatem Genesis nascuntur homines. Ex quibus om-
nib. apparet, quia metus legum in vnaquaq; regione dominatur, & arbitrij li-
bertas, quæ est hominibus insita per spiritum, obtemperat legibus, nec coge-
re potest Genesis aut Seres homicidium committere, aut Bragmanos carnib.
vesci, aut Persas incesta vitare, vel Indos non exuri, aut Medos non à canibus G
deuorari, Parthos non habere plures vxores, aut mulieres Mesopotamiæ non
seruare pudicitiam, Græcos non exerceri palæstris, Gallorum pueros nõ pati
muliebria, vel gentes barbaras Græcorum studijs institui, sed, vt diximus, vna
quæq; gens suis legibus vtitur pro libertatis arbitrio, & decreta Genisis le-
gũ seueritate depellit. Sed dicet aliquis eorũ qui in disciplina mathesis erudi
ti sunt, Genesim in septem partes dirimi, quæ illi climata appellant, domina-
ri verò vnicuique climati, vnam ex septem stellis, & istas quas exposuimus di
uersas leges, non ab hominibus positas, sed ab istis principibus secundum v-
niuscuiusque voluntatem, & hoc quod stellę visum est, legem ab hominibus
obseruatã. Ad hæc ergo respondebimus, quòd primò quidem non est, in sep
tem partes orbis terræ diuisus: tum deinde, & si ita esset, in vna parte & in vna
regione inuenimus multas differentias legum, & ideo neque septẽ sunt secũ- H
dum numerum stellarum, neque duodecim secundum numerum signorum,
neq; XXX. & VI. secundum numerum decanorum, sed sunt innumeræ. Me-
minisse autem debemus eorum quæ suprà enumerata sunt, quod in vna Indię
regione sunt, & qui hominum carnibus vescantur:* & sunt qui etiam à pecu
dibus vel auibus, omnibusq; animantibus abstineant. Et quia Magusæi non
solum in Perside matres ac filias accipiunt in matrimonium, sed & in omni
gente, vbicunque habitauerint, malorũ suorum incesta instituta custodiunt.
Tum præterea & innumeras gentes memorauimus, quæ penitus studia nesci-
unt literarum, sed & aliquanti sapientes viri, ipsas leges in nonnullis cõmuta-
uerunt locis, aliæ verò etiã sponte pro sui vel impossibilitate, vel inhonestate
derelictæ sunt, certe quod in prõptu est noscere, quanti Imperatores gẽtium,
quas vi-

Mauri. Germani. Sarmatæ.

Canes Medis sunt p sepultura. Indi exuruntur mortuos.

Septẽ climata.

Schitothauri.

** Bragmanes eos esse constat ex Euseb. præ. euãg lib. 6. in quẽ ex Clemente ad uerbum multa trãstulit.*

A quas vicerant leges & instituta mutârunt, & suis eas legibus subiecerunt: I
quod euidenter a Romanis factũ docetur, qui omnem penè orbem, omnes-
q; nationes propriis primò & variis legibus institutisq; viuentes, in Roma-
norum ius & ciuilia scita verterunt. Superest ergo vt & stellæ gentium, quæ à
Romanis victæ sunt, climata sua partesq; perdiderint. Addam adhuc rem,
quæ possit etiam valde incredulis satisfacere. Iudæi omnes qui sub lege Mo-
ysi viuunt, filios suos octaua die absque vlla dilatione circuncidunt, & infã-
tis teneri sanguinem fundunt: à seculo aũt nullus ex gentibus hoc die octa-
ua perpessus est, & è contra Iudæorum nullus omisit. Quomodo ergo in hoc
ratio Genesis stabit, cũ per cunctas orbis terræ partes, omnes Iudæi admixti
gentibus viuant, & octaua ferrum preferant die, vnius in membri loco, & ne
mo gentilium, sed ipsi soli, vt dixi, hoc faciunt, non stella cogente, nec per-
B fusione sanguinis perurgente, sed lege religionis adducti, & in quocunque
orbis loco fuerint, hoc est eis insigne vernaculum? Sed & quòd vnum nomẽ
oibus inest vbicunque fuerint, nunquid & hoc per Genesim venit? & quòd
nunquã apud eos infans natus exponitur, & quod septimo quoq; die omnes
vbicunq; fuerint, ocium gerunt, nec iter incedũt, nec igni vtuntur. Quid est
ergo, quod nullũ Iudæorum in illa die cogit Genesis, aut iter agere, aut ædi-
ficare, aut vendere aliquid, aut emere? Quinimò & maiorẽ fidẽ rerũ præsen-
tium dabo: ecce enim ex aduẽtu iusti & veri Prophetæ, vixdum septem anni
sunt, in quibus ex omnibus gentibus cõuenientes homines ad Iudæam, &
signis ac virtutibus quæ viderant, sed & doctrinæ maiestate permoti, vbi rece
perunt fidem eius, abeuntes ad regiones suas, illicitos quosq; gentiliũ ritus,
& incesta spreuêre coniugia. Deniq; apud Parthos, sicut nobis Thomas, qui
C apud illos euangelium prędicat, scripsit, non multi iam erga plurima matri-
monia diffunduntur, nec multi apud Medos canibus obijciunt mortuos,
suos, neq; Persæ matrum cõiugiis, aut filiarum incestis matrimonijs delectã-
tur, nec mulieres Susides illicita ducũt adulteria, nec potuit ad crimina Gene
sis compellere, quos religionis doctrina prohibebat. Ecce ex hoc ipso conij
ce, & de quibus sumus locis, coniecturam cape, quomodo fama tantum per
ferente ad aures hominũ, quod Propheta in Iudæa apparuit, qui signis & vir
tutibus doceret homines vnum colere Deum, omnes paratis intentisq; ani-
mis expectabant, etiam ante aduentum Domini mei Petri, vt sibi aliquis quę
docuisset ille qui apparuit, nunciaret. Sed ne multa enumerare videamur, di-
cam quo debeant cuncta concludi, cùm Deus iustus sit, & ipse fecerit homi
nũ Naturam, quomodo poterat fieri, vt ipse poneret Genesim contrariã no-
D bis, quæ nos cogeret ad peccatũ, & rursus vlciscereturipse peccantes? Vnde
certum est, quòd non aliã ob causam Deus siue in præsenti, siue in futuro se-
culo peccatorem punit, nisi quia scit eum potuisse vincere, sed neglexisse vi
ctoriam: infert enim & in præsenti seculo vindictam in hõines, sicut in eos
fecit, qui diluuio perierunt, qui vtiq; omnes vna die, imò vna hora extincti
sunt, cũ certũ sit non eos esse secundũ Genesis ordinem, vna hora natos: ab-
surdissimum est autem dicere, quia ex Natura nobis accidat pati mala, si nõ
priùs peccata præcesserint. Et ideo si salutis curam gerimus, ante omnia sci-
entiæ debemus operã dare, certi quòd si mens nostra in ignorantia perseue-
ret, non solũ Genesis mala, sed & alia extrinsecus quæcunq; dæmonib. visa
fuerint, præferemus, nisi metus legum & futuri iudicij, obsistat omnibus
desiderijs, & impetum peccandi refrenet. Nam & humanis timor multa
bona,

Vernaculum insigne Iudæis est circuncisio.

Sabbatum Iudæorũ.

Thomas apud Parthos euangelizauit.

Quare Deus punit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tres erorum fontes sunt.

bona, multa etiam mala agit, quæ Genesis nescit, sicut suprà ostendimus. Tri E
plici igitur modo mens nostra erroribus subiacet, ex his quæ per malam cõ
suetudinem veniunt, vel ex his quæ corpus naturaliter suggerit desiderijs, vel
ex his quæ contrariæ potestates perurgent: sed his singulis obsistere & repu-
gnare habet in Natura sua mens, cùm ei obfulserit veritatis agntio, per quam
scientiam timor futuri iudicij datur, qui sit idoneus animæ gubernator, &
qui eã possit à concupiscentiarum præcipitijs reuocare. Quia ergo sint hæc
in nostra potestate, sufficienter dictum est. Nunc & tu Senex, si quid habes
quod ad hęc respondeas, incipe. Plenissimè, ait, ostẽdisti fili: sed ego, sicut di-
xi ex initio, omni huic incomparabili assertioni tuæ, à propria conscientia
prohibeor accommodare consensum. Noui enim & meam Genesim, & con
iugis meæ, & scio ea quæ vnicuiq; nostrũ dictabat Genesis, accidisse, & ab
his quæ rebus & operibus cõperta sunt mihi: nunc verbis transferri nõ pos- F
sum. Deniq; quoniam te adprimè imbutum video in huiusmodi disciplinis,
audi coniugis meæ thæma, & inuenies schema, cuius exitus accidit: habuit
enim Martem cum Venere super centrum, Lunam verò in occasum in domi-
bus Martis, & finibus Saturni, quod schema adulteras facit, & seruos propri
os amare, in peregrinatione, & in aquis defungi, quod & ita factũ est: incidit
nanque in amorem serui, & periculum simul atque obprobrium metuens,
fugit cum ipso, & peregrè profecta, vbi amori suo satisfecit, perijt in mari. Et
ego respondi: Vnde scis quia peregrè seruo suo sociata est, & in eius consor
tio posita defungitur? Et Senex: Certissimè, inquit, scio reuera non quia nup
serit seruo, quippe qui neq; hoc quidem quòd eum amaret, agnoueram, sed
postquam profecta est, frater meus mihi enarrauit, dicens, quòd primò qui-
dem ipsum adamâsset, sed ille quia erat honestus vtpote frater, noluit thorũ G
fratris incesti macula polluere. Sed illa me verens, & obprobrium non ferẽs
infœlix (neque enim imputandum ei est, quòd eam Genesis facere compul-
lit) finxit somnium, & ait ad me: Adstitit mihi quidam per visum, qui iussit
me cum duobus geminis meis sine mora ex vrbe proficisci. Hæc ergo cùm
audissem, pro salute eius filiorumq; sollicitus, confestim ipsam & liberos ex
ire feci: vnum qui erat iunior, mihi retinui: hoc enim qui responsa in somnis

Senex ille qui Faustianus dibatur, inuenitur pater Clemẽtis.

dederat, permisisse dicebat. Tum ego Clemens intelligens quòd ipse fortas-
sis est & pater meus, lacrymis oppletus sum: fratres quoque meos volentes
prosilire & aperire rem, prohibuit Petrus dicens: Quiescite quoadusq; mihi
placuerit. Respondens ergo Petrus, ait ad Senem: Quod nomen erat iuniori
filio tuo? At ille ait: Clemens. Et Petrus: Si tibi, inquit, hodie coniugem tuam
castissimam consignauero, cum tribus filijs tuis, credis quia potest pudica H
mens motus irrationabiles superare, & quòd omnia quæ à nobis dicta sunt,
vera sint, & Genesis nihil sit? Et Senex: Sicut impossibilè est, inquit, te exhibe
re quod promisisti, ita impossibile est extra Genesim fieri aliquid. Tum Pe-
trus: Testes, inquit, habere volo oẽs hos, qui præsentes sunt, me tibi hodie cõ
iugem tuam, cum tribus vestris liberis viuentem pudicissimè traditurum: &
iam nunc accipe fidem rerum ex eo, quòd omnem causam multò diligenti-
us scio, quàm tu, cunctaque tibi per ordinem quæ gesta sunt, enarrabo, vt &
tu cognoscas, & qui præsentes sunt, discant. Et cùm hæc dixisset, conuersus
ad turbas, ita cœpit: Hic quem videtis ô viri in hac veste pauperrima, Ro-
manæ vrbis est ciuis, ex genere ipsius Cæsaris descẽdens, nomen ei Faustinian⁹,
vxorem quoque nobilissimam Mathidiam nomine sortitus est, ex qua tres
filios su-

A filios suscepit, quorum duo gemini, vnus autem qui erat iunior, cui nomen
Clemens, hic est. Et cùm hoc dixisset, digito me ostendit: gemini autem filij
eius, sunt isti, Niceta & Aquila, quorum alius Faustinus vocabatur prius, &
alius Faustus. Simul autem vt nomina nostra enunciauit Petrus, Senex reso-
lutis membris omnibus, quasi interceptus concidit: Nos autem filij irruentes
super eum, complectebamur & osculabamur, verentes simul ne spiritum re-
uocare non possit. Et cùm hæc fierent, populus quidem admiretione ipsa
obstupefactus est. Petrus autem surgere nos à complexibus patris, ne eum ne-
caremus iubet, & ipse adprehensa manu eius, quasi de somno quodam pro-
fundo eleuans eum, & paululum recreans, omnia quę gesta fuerant, secundũ
veritatem cœpit exponere, quomodo frater eius in amorem inciderit Ma-
thidiæ, & illa cùm esset pudicissima, illicitum fratris amorem viro indicare
B noluerit, ne vel bellum fratribus, vel obprobrium generi indiceret, sed sapi-
enter somnium finxerit, quo ex vrbe iubetur excedere cum geminis filijs, iu-
niore apud patrem relicto. Vtq; nauigantes naufragium vi tempestatis incur
rerint, & ad insulam Antharadum nomine expulsi, Mathidia quidem supra
saxum quoddam fluctu iactante proiecta sit: gemini verò liberi rapti à pira-
tis & Cæsaream perducti, religiosæ cuidam fœminæ venundati sunt, quæ eos
in filiorum loco habens, liberaliter edocuerit & erudiri fecerit, eorumq; no
mina piratæ immutauerint, & Nicetam alium, aliũ Aquilã vocitauerint. Vt-
q; post hæc studiorum & consuetudiuis causa Simoni adhæserint, atque ab
eo vbi magum & deceptorem viderunt, auersi accesserint ad Zachæum, &
vt post hæc sociati sunt sibi. Sed & Clemens quomodo ex vrbe agnoscendæ
veritatis causa profectus, per Barnabæ notitiam Cæsaream venerit, sibiq; in-
C notuerit & adhæserit, vtq; ab eo sit de fide religionis edoctus. Sed & quali-
ter apud Antharadum mendicantem repererit & recognouerit matrem, vtq;
omnis insula in eius recognitione gauisa sit, & de pudicissimæ hospitæ con-
tubernio, atq; eius per semetipsum collata sanitate, & de liberalitate Clemẽ-
tis in eos qui erga matrem benefici extiterant. Vtq; post hæc Niceta & Aqla
requirentes quænam esset peregrina mulier, cùm audissent à Clemente omne
negotium, se esse geminos eius filios Faustinum exclamauerunt & Faustum
omnemque historiam quæ eos egerit, patefecerint: vtq; post hæc matri cau-
tiùs, ne subito gaudio interciperetur, ipso insinuante oblati sint Petro. Sed cũ
hæc in auditu Senis, narratione gratissima turbis exponeret Petrus, ita vt au-
dientes gestorum miraculis, & humanitatis miseratione lacrymarent, ne-
scio vnde audiens mater de recognitione patris, cursu concito irruit in me-
D dium nostri cum clamore, dicens? Vbi est meus vir, meus Dominus Faustini-
anus, qui tam multis temporibus affligitur, ambulans per vrbes singulas, &
me quærens? Hæc cùm illa quasi amens clamaret, & circumspiceret. Senex ac
currens cum maltis lacrymis, amplecti & constringere eam cœpit. Et cum
hæc gererentur, Petrus rogauit turbas vt discederent, dicens inuerecundum

Quædam enim in matrimonio licet rectè, parum tamẽ uerecũde, & decorè in publico fiunt,

esse vltra persistere, sed dandum eis locum familiarius inuicem se videndi,
crastino autem hic, inquit si qui vestrũm volunt, conueniant ad audiendum
verbum. His à Petro dictis, secesserunt turbæ, & cum vellemus nos quoque
ire ad hospitium, Dominus domus ait ad nos: Turpe est & impium tales ac
tantos viros manere in stabulo, cùm ego omnem pene domum vacantem ha
beam, lectosque stratos quamplurimos, & quæ necessaria sunt parata. Sed Pe
tro contradicente, vxor patris familias vna cum liberis suis prostrabat se an-
R te eum,

Universidad de Deusto Biblioteca

Puella à dæmonio liberatur ex Petri ingressu.

te eum,& exorabat dicens:Obsecro te mane apud nos. Sed ne sicquidem ac- E
quiescebat Petrus,donec filia eorum qui rogabant ab immundo spiritu tem-
poribus multis vexata,&catenis vincta,quæ fuerat intra conclaue clausa,ef-
fugato à se dęmone, &ostijs patefactis cum catenis suis veniens,procidit ad
pedes Petri,dicens: Rectum est mi Domine, vt agas hodie hic salutaria mea,
& non contristes neq; me,neque parentes meos.Petro autem requirente ca-
tenarum sermonumq;eius causam,parentes præter spem læti effecti de filiæ
sanitate,& velut stupore quodam attoniti,ipsi quidem dicere nequeunt:ad-
stantes autem famuli aiunt.Hæc à septimo ætatis anno dæmone occupata,
omnes qui accedere tentâssent ad eam,scindere,dilaniare morsibus, etiam di
srumpere, & hoc per viginti annos vsque ad præsens facere nunquam desti-
tit,nec ab aliquo potuit curari,sed ne accedere ad eam quisquã valebat:mul-
tos enim inutiles reddidit, alios & peremit, omnibus enim viris validior e- F
rat,sine dubio viribus dæmonis nisa. Nunc autem vt vides, ex præsentia tui
dæmon quidem fugit,ostia verò quæ summo cum munimento clausa fuerãt
aperta sunt,& ipsa sana stat ante te rogans,vt diem salutarium suorum lætum
& ipsi,& parentibus facias,& maneas apud eos.Hæc cùm ita vnus ex famu-
lis enarrâsset,& ipsæ catenæ de manibus eius ac pedibus fuissent sponte reso-
lutæ,Petrus certus quod per ipsum sanitas hæc reddita sit puellæ, acquieuit
manere apud eos.Sed &illos qui remanserant in hospitio,vnà cum vxore sua
transire iussit,& vnusquisq; acceptis seorsum cubiculis mansimus, atque ex
more cibo sumpto,redditisq; laudibus Deo,suis singuli requienimus locis.

RECOGNITIONVM G
DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER DECIMVS, RVfino Torano Aquileiense interprete.

MANE autem exorto Sole,ego Clemens & Niceta atque Aquila vnà cumPetro,venimus ad locum in quo pater simul cum matre requiescebat:& cum adhuc eos dormientes reperissemus, pro foribus consedimus, vbi Petrus talibus apud nos sermonibus vtitur:Audite me dilectissimi cõserui ,scio quia grandem habetis H
affectum erga patrem vestrum,vereor ergo ,ne ante tẽpus eum perurgeatis iugum religionis suscipere,nondum ad id paratum,ad quod fortè pro vestri gratia videatur adquiescere:sed hoc non est firmum:quod enim propter homines fit, probabile nõ est,& cito dilabitur.Ideoque videtur mihi,vt concedatis ei anno vno viuere pro arbitrio,in quo potest iter agens nobiscum,dum nos alios docemus,etiam ipse simpliciter audire:& audiens,si quidem agnoscendæ veritatis rectum propositum gerit,ipse rogabit vt suscipiat religionis iugum,aut si non placet ei recipere,permaneat amicus.Hi enim qui non id ex corde suscipiunt,cùm cœperint ferre non posse,non solum abijciunt quod susceperant, sed quasi pro excusatione infirmitatis suæ,incipiũt viã religionis blasphemare,& male loqui de

Homines non sunt urgendi ad fidem,

A qui de his quos nequaquam sequi aut imitari potuerunt. Ad hæc Niceta respondit:Non contradico Domine mi Petre rectis & bonis consilijs tuis,sed dicere aliquid volo,vt per hoc discam quod nescio.Quid si intra annũ hunc quo differri eum iubes,moriatur pater noster:descendet in infernum vacuus, & cruciandus in ærernum.Tum Petrus: Amplector, inquit, benignum erga patrem propositum tuum,& ignosco tibi de his qui ignoras. Quid enim cẽses,quia si quis putatur iustè vixisse,iste continuò saluabitur?Non putas eum discutiendum ab eo qui occulta hominum nouit,quomodo iustè vixerit,ne forte ritu gentilium institutis eorum & legibus parens,vel pro amicitijs hominum,aut pro sola consuetudine,aut qualibet alia ex causa,vel necessitate, & non propter ipsam iustitiam,neque propter Deum? Qui enim propter solum Deum,& iustitiam eius iustè vixerint,ipsi ad æternam requiem venient, *Qui propter solum, Deum iustè uixerũt saluabuntur.*
B & perpetuitatem regni cœlestis accipient.Salus enim non vi acquiritur, sed libertate,nec per hominum gratiam,sud per Dei fidem.Tum præterea cogitare debet,quia Deus præscius est,& nouit si hic suus est: quod si nouit eum non esse,quid faciemus ad ea quæ ex initio statuta sunt ab eo?In quo autem possum,cõsilium do,cum euigilauerit,& sederimus nos,quos quasi aliquid discere volẽtes,proponite ex his duntaxat quæ illi expedit discere,& dũ nos loquimur inter nos,ille instruitur.Sed tamen primò quiescite,vt si fortè ipse videatur aliquid interrogare:quod si fecerit,aptior erit sermonis occasio: si verò ipse nihil querit,nos ab alterutro,sicut dixi, discere aliquid volentes, rogemus vicissim:mihi ita videtur,etiã vobis quid placeat dicite.Cumq; collaudassemus eius rectum consilium,ego Clemens aio:In omnibus rebus plurima ex parte ad initium respicit finis,similisq;principijs rerum exitus datur:
C spero ergo etiã circa patrẽ nostrũ,quoniam per teDeus bona initia dedit,his congruũ seq; dignũ largiatur & finẽ.Veruntamen etiã illud suggero,si vt dixisti,cœperimus prẹsente patre quasi inter nos aliquid tactandi,vel discendi gratia loqui,tu mi Domine Petre non debes eum locũ agere,quasi qui discere aliquid debeas,hoc enim si videat,fortasse magis offendetur , certus est enim,te oĩa scire diligenter,sicut & verè est:quale ergo erit,si te videat ignorãtiã simulantẽ?hoc eũ,vt dixi, magis lædere poterit,nescientẽ consilium tuũ. Sed nos quidem fratres inter nos habentes,si in aliquo dubitemus,à te quæstioni nostræ finis congruus detur:nã & si te cunctantem videat,aut dubitantem,tunc verè putabit,quòd apud nullum erit scientia veritatis.Et Petrus ad bæc respondit:Omittamus hæc,& si quidem dignum est, vt ingrediatur ianuam vitæ,Deus occasionem compotẽtem dabit,eritq; initiũ ex Deo,& nõ *Aduertãt theologi.*
D ex homine.Et ideo sicut priùs dixi , permittite eum iter agentem nobiscum, audire nos aliquid disputantes:sed quoniam festinãtes vos vidi , idcirco dixi oportunitatem quærendam,quam cùm dederit Deus,vos quoque ad ea quæ dixero obtemperate mihi.Hæc nobis sermocinantibus,venit puer dicens, vigilare iam patrem,& cùm vellemus ingredi ad eum,ipse venit ad nos, & osculo nos salutans,cùm resedissemus,ait : Licẽt ne percunctari , si quid volet quis,an secundum Pythagoricos tacendum semper est?Et Petrus : Nos ne filere semper neque percunctari cogimus accedentes ad nos , sed relinquimus ipsorum libertati,facere vt volunt,scientes quòd qui curam gerit salutis suę si in parte aliqua sentit animæ suæ dolorem,tacere non patitur. Qui verò negligit salutem suam,si interrogare cogatur,nihil ex hoc vtilitati eius confertur,nisi hoc solum,vt studiosus esse videatur & diligens. Quamobrem tu si

Universidad de Deusto Biblioteca

Hi erant qui indifferentiam inuexerũt quorum præter alios Cic. sæpe meminit.

quid discere vis, require. Et Senex ait: Est quidam sermo apud Græcorum B
Philosophos vehemens valde, qui dicit, in vita hominum, re ipsa neq; bonũ
esse aliquid, neq; malum, sed quæ videntur hominibus, vsu & consuetudine
præsentis vitæ, hæc aut mala dicunt, aut bona. Nam neque homicidium reue
ra malum est, quia animam vinculis carnis absoluit, deniq;, aiũt, & iusti qui-
que iudices, peccantes perimunt. Quòd si homicidium scirent malum esse,
non vtique id iusti homines facerent. Neque adulterium malum esse dicunt,
si enim ignoret vir, aut non curet, nihil aiunt mali est. Sed neque furtum ma-

Furtum inter Christianos appellari nõ decebat.

lum esse, quod enim deest alicui, aufert ab alio qui habet, quod quidẽ opor-
tebat liberè sumi & publicè: sed quia occultè fit, in hoc magis illius à quo clã
aufertur inhumanitas redarguitur. Communis enim vsus omnium quæ sunt
in hoc mũdo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius hoc
decebat. suum dicit esse, & alius illud, & sic inter mortales diuisio facta est. Denique E
Græcorum quidam sapientissimus hæc ita sciens esse, ait: Communia debere

Amicorũ omnia cõmunia Platonis vox est.

esse amicorum omnia: in omnibus autem sunt sine dubio & coniuges, & si-
cut non potest, inquit, diuidi aër, neque splendor Solis, ita nec reliqua quæ
cõmuniter in hoc mundo data sunt, omnibus ad habendum diuidi debere,
sed habenda esse communia. Hæc autem dicere volui, quoniã quidem cupio
me inclinare ad bene agendum, & non possum bene agere, nisi priùs didice-
ro quid sit bonũ: quod si intelligere potuero, ex ipso etiam quid sit malum,
hoc est, huic contrarium, aduertam. Verùm ad hæc quæ dixi, vnum è vobis
respondere volo, non Petrum: non enim dignũ est, ab illo verba & doctrinã
cum quæstionibus capere, sed ille si quid pronunciauerit, hoc absque aliqua
retractatione teneatur. Et ideo ipse nobis seruetur quasi arbiter, vt si cubi di-
sputatio nostra exitum nõ inuenerit, ipse quod sibi visum fuerit pronunciãs G
indubitatum finem rebus dubijs imponat. Et nunc ergo possem sola eius sen
tentia contentus credere, si quid ei videretur, quod & ad vltimũ faciam, vo-
lo tamen priùs videre, si est possibile disputãdo inuenire quod quæritur. Pla-
cet ergo vt Clemẽs primus incipiat, & ostendat si est aliquid in substantia &
actibus bonũ vel malũ. Ad hæc ego respondi. Quoniã quidẽ à me vis disce-
re si est aliquid Natura, aut actu bonũ vel malum, an potius vsu præuẽtis homi-
nibus, bona quædã, & alia videntur mala, pro eo quod diuisionem inter se re
rum fecere cõmunium, quæ deberẽt, vt ais, ita esse cõmunia, vt aër & splẽdor
Solis, puto quod non debeã tibi aliunde assertiones adhibere, nisi ex his disci-
plinis quibus ipse vteris, & quas ipse confirmas, vt indubitata tibi sint quæ
dicuntur. Omnium elementorum & stellarum certos ponitis fines, quasque
stellas dicitis in quibusdam absque noxia coire, sicut in coniugijs, in alijs H
verò noxiè misceri, sicut in adulterijs. Et dicitis quædam generalia esse om-
nium, quædam verò nõ omnium, neque generalia. Sed ne prolixa disputatio
fiat, breuiter & de re dicam. Terra quæ arida est, coniugio & admixtione in-

Inter aquã & terram coniugium est.

diget aquæ, vt possit generare fructus, qui sine vita hominibus non est: est er-
go hæc legitima coniunctio. Econtrà si aut pruinæ frigus terræ misceatur,
aut calor aquis, huiusmodi coniunctio corruptelam facit: & hoc in talibus

Adulteria in elementis.

adulterium est. Et Pater respondit. Sed sicut elementorum vel stellarum in-
consonæ coniunctionis statim proditur noxa, ita deberet & adulterium sta
tim ostendi quàm malum est. Et ego aio: hoc mihi primò confirma, si, vt eti-
am ipse confessus es, ex incongrua & inconsona admixtiõe efficiuntur mala,
& istud in consequentibus requiretur. Et pater ait: vt se habet rei Natura, ita
ais fili.

A ais fili. Tum ego respondi: quia ergo discere cupis de his, vide quãta sint quæ
mala esse apud neminem dubitantur. Non tibi videtur malum esse febris, in-
cendium, seditio, ruina, cædes, vincula, supplicia, dolores, luctus, & his simi-
lia? Et Pater: verum est, inquit, fili hæc mala esse, & valde mala: aut certè qui
negat hæc esse mala, patiatur ea. Et ego respondi: quia ergo cum eo mihi ser-
mo est, qui in astrologica disciplina eruditus est, secundum ipsam tecum a-
gam, vt de his quæ tibi in vsu sunt, accipiens rationem, citiùs acquiescas. Au
di nunc ergo. Confessus es mala esse ea quæ suprà diximus, id est, febres, incen
dia, & his similia: hæc secundum vos à malitiosis stellis fieri dicuntur, id est,
ab humido Saturno, & calido Marte: horum verò contraria, à benignis fie-

Saturnus qui hic humidus dicitur uno omniũ & astrologorum & medicorũ nostratiũ ore siccus putatur.

ri stellis, id est, à temperato Ioue & humida Venere, aut non ita est? Et Pater
respõdit: Ita est fili, nec aliter fieri potest. Tum ego: quia ergo à bonis stellis,
B Ioue dico & Venere, bona fieri dicitis, videamus vnaquæq; malarum stella-
rum cùm admixta fuerit bonis, quid est quod efficit: & illud esse intelliga-
mus malum. Etenim nuptias facere Venerem ponitis: quæ si Iouem habeat
in schemate suo, pudicas efficiat, Ioue autem nõ respiciẽte, si adfuerit Mars,
corrumpi nuptias per adulterium pronunciatis. Et Pater: Ita se, inquit, ha-
bet. Ego respondi: Ergo malum est adulterium, quandoquidem ex malarum
stellarum admixtiõe committitur: & vt compendiosiùs explicemus omnia,
quæ dicitis ex malarũ admixtione stellarũ bonas perpeti stellas, mala esse si-
ne dubio pronuncianda sunt. Istæ ergo stellæ quarum admixtione diximus
febres, incendia, & cætera his similia effici mala, ipsæ secundum vos etiã ho-
micidia, adulteria, & furta operantur, propter vos etiam & stolidos ipse effi
ciunt. Et Pater: Verè inquit, breuiter & incõparabiliter ostendisti, quia sint
C mala in actibus: sed hoc adhuc velim, quomodo iustè iudicat Deus eos qui
peccãt, sicut vos dicitis, si peccare eos Genesis cogit? Tum ego respõdi: Ve-

Præfatiõe honoris utitur Clemens, eo quod docenti quædam sint asperiùs dicenda quàm ut possint boni consuli sine eiusmodi lenocinio.

reor dicere tibi aliquid pater, quia in omni te honore haberi à me decet,
alioquin erat quod possim dicere si deceret. Et pater ait: Dic quod tibi oc-
currit fili, etiamsi iniũriosum videtur: non enim tu, sed quæstionis ratio in-
iuriam facit, sicut pudica mulier intemperanti viro, si pro salute indigne-
tur & honestate. Et ego respõdi: Si prima quæq; inter nos confirmata & cõ-
fessa non bene retineamus, sed semper quæ definita sunt resoluantur, per ob-
liuionem videbimur telam texere Penelopes, ea quæ texuimus resoluentes:
& ideo debemus aut non facilè acquiescere, prius quàm diligenter exami-
netur sermo propositus: aut si iam adquieuimus, & confirmata sententia
est, seruare semper quod semel definitum est, vt possimus & de alijs quære-
D re. Et pater ait: Bene dicis fili, & scio quam ob causam dicis, quia hesterno
die de naturalibus disputans causis, ostendisti quia virtus quædam maligna,
transformans se in ordinem stellarum, humanas concupiscentias exagitat,
diuersis modis prouocans ad peccatum, non tamen cogens, aut efficiens pec
catum. Cui ego respondi: Bene, quia & meministi, & cùm memineris erra-
sti. Et Pater: Ignosce, inquit, fili, nondum em̃ vsum multũ in his habeo: nam
& hesterni sermones tui veritate ipsa concluserunt me, vt tibi adquiescerẽ:
in conscientia tamen mea sunt, quasi quædam reliquiæ febrium, quę paulu-
lum me à fide quasi à sanitate retrahunt: discrutior enim, quia scio multa mi
hi, imò penè omnia accidisse secundum Genesim. Et ego respondi: Audi er-
go pater quæ sit mathesis natura, & facito secundum ea quæ dico tibi. Vide
mathematicũ & dic ei primò, quia talia quædã mihi acciderunt mala in illo

Universidad de Deusto Biblioteca

tempore, vnde ergo, aut quomodo, aut per quas mihi acciderint stellas, E
discere volo. Respondebit tibi sine dubio, quia tempora tua malitiosus susscepit Mars aut Sarurnus, aut aliquis eorum apostaticus fuit, aut aliquis annum tuum aspexit ex diametro, aut coniunctus, aut in centro, vel alia his similia respondebit: addens, quia in his omnibus aliquis aut asyndetus fuit cum malo, aut inuisibilis, aut in schemate, aut extra hæresim, aut deficiens, aut non contingens, aut in obscuris stellis, & multa alia his similia, secundũ rationes proprias respondebit, & de singulis adsignabit. Post hunc alium adito mathematicum, & dicito contraria, quia illud mihi boni contigit in illo tempore, tempus autem hoc idem dicito, & require ex quibus partibus Genesis hoc tibi euenerit boni, & tempora, vt dixi, eadem quæ de malis interrogaueras, custodito. Cumq; tu fefelleris de temporibus, vide quanta tibi inueniet schemata, per quæ ostendat quod tibi in illisipsis tẽporibus, euenire debuerint bona: impossibile enim est hominum Genesim tractantibus P
non in omni quam dicunt regione stellarum semper inuenire quasdam bene positas stellas, & quasdam male: circulus enim est æqualiter ex omni parte collectus secundum mathesim, diuersas & varias accipiens causas, ex quibus occasionem capiant dicendi quod volunt. Sicut enim fieri solet vbi somnia aliqua viderint homines, & nihil certi intelligunt, cùm aliquis occurrerit exitus rerum, tunc ad ea quæ acciderint, aptant etiam somnij visum. Ita est & mathesis: antequam aliquid fiat, certi nihil pronunciatur: postea verò quàm aliquid acciderit, rei iam gestæ colligunt causas. Denique frequenter cum enarrauerint, & aliter res acciderit, semetipsos increpant, dicentes, quia illa fuit stella quæ impediuit, quæ occurit & non videmus igno
rantes, quia error eorum non ex artis imprudentia, sed ex totius causæ incõ- G
uenientia descendit: ignorant enim quæ sint, que facere quidem cõcupiscamus, non tamen indulgeamus concupiscentijs. Nos autem qui mysterij huius didicimus rationem, scimus & causam: quia libertatem habentes arbitrij interdum cocupiscentijs obsistimus, interdum cedimus: & ideo humanorũ gestorũ incertus est exitus, quia in libertate pẽdet arbitrij. Nam cõcupiscentiam quidem, quã operatur maligna virtus, potest indicare mathematicus: sed si concupiscentiæ huius actus vel exitus impleri possit, nec ne, quia in arbitrij libertate est, sciri ante effectũ rei à nullo potest: & hoc est quod ignorantes astrologi inuenerunt sibi vt climacteras dicerent, rei scilicet incertæ perfugia, sicut hesterno plenissimè ostendimus. Ad hæc si quid tibi dicendum videtur, dicito. Et pater: Nihil verius, inquit, fili his quæ, psequutus es. Cumq; hæc loqueremur inter nos, nunciauit quidam plurimũ stare popu- H
lum foris, qui audiendi gratia cõuenerint, & Petrus iussit his ingrediendi copiam dari, erat enim locus opportunus & amplus. Cumq; ingressi fuissent, ait ad nos Petrus: Si quis vult vestrũm, faciat ad populum sermonem, & de idololatria disserat. Cui ego Clemens respondi: multa benignitas tua, & erga omnes lenitas, ac patientia indulget nobis, vt audemus loqui coram te, & rogare quæ volumus: & ideo, vt dixi, morum tuorum mansuetudo inuitat oẽs, & adhortatur salutaris doctrinæ præcepta suscipere: hoc ego vsque ad præsens apud nullum aliũ vidi, nisi apud te solum, apud quem inuidia nulla est, neque indignatio: aut quid tibi videtur? Et Petrus: Non solùm hæc ex inuidia aut indignatione veniunt, sed interdum inest aliquibus verecundia, ne fortè de his quæ proponuntur, plene respondere non possint, & refugiunt

imperitiæ

A imperitiæ notam. Sed non debet pro hoc quis verecundiam pati, quia nec est aliquis hominum, qui profiteri debeat omnia se scire: vnus em est qui scit Luc. 21
omnia, ipse qui & fecit omnia. Si enim magister noster diem & horam, cuius etiam signa prædixit, nescire se professus est, vt totum reuocaret ad patrem: quomodo nos turpe ducemus, si aliqua nos ignorare fateamur? cum magistri in hoc habeamus exemplum. Hoc tamen vnum profitemur scire, quæ *Quæ sunt tradita à Christo sufficiunt ad uitam æternam.*
à vero Propheta didicimus: ea autem à vero Propheta nobis esse tradita, quę sufficere humanæ scientiæ indicauit. Tum ego Clemens dicere ita cœpi: Apud Tripolim cùm contra Gentiles disputares, Domine mi Petre, valde miratus sum te, qui à patribus Hebræo ritu, & obseruantiis propriæ legis imbutus, Græcæ eruditionis studijs in nullo inquinatus es, quomodo tam magnificè, & tam incomparabiliter prosequutus sis, ita vt etiam quædam de
B historijs Deorum, quę in theatris decantari solent, contingeres: verùm quoniam sensi tibi ipsas fabulas, & blasphemias eorũ minus esse notas, de his si placet, aliqua in auditu tuo repetens, ab ipsa origine disseram. Et Petrus: Dic, inquit, bene facis iuuare prædicationem nostram. Tum ego: dicã igitur quia iubes, non vt docens, sed quam stultas de Dijs suis opiniones habeãt Gentiles, in medium proferens. Cumque vellem dicere, Niceta labrum mordicus stringens, innuebat mihi vt tacerem: quem cùm vidisset Petrus, ait: Cur ingenium liberale, & generosam lædere vis naturam, vt in honorem mei, qui nullus est, tacere eum velis? Aut nescis quia si omnes gentes postquam audierint à me prædicationem veritatis, & crediderint, velint se ad docendum cõferre, mihi maiorem pariunt gloriam, si quidem gloriæ me cupidum putas? Quid enim tam gloriosum, quàm Christo discipulos præparâsse, non qui
C taceant & soli salui fiant, sed qui loquantur quæ didicerunt, & multis prosint: vtinam quidem & tu Niceta, sed & tu dulcissime Aquila iuuaretis me ad prædicandum verbum Dei, eò magis quo ea in quibus errant Gentiles, bene vobis comperta sunt: & non solùm vos, sed & omnes qui audiunt me, opto, ita audire & discere, vt & docere possint: multis nanq; adiutoribus indiget mundus, quibus homines ab errore reuocentur. Cumque hæc dixisset, ait ad me: Tu ergo Clemens exequere quæ cœpisti. Et ego continuò subiunxi: Quoniam, vt dixi, apud Tripolim disputans, multa de Dijs gentium vtiliter, & necessariò disseruisti: cupio de origine eorum ridicula te coram exponere, vt neque te lateat vanæ huius superstitionis commentum, & auditores qui adsistunt erroris sui probra cognoscant. Aiunt ergo qui sapientiores *Clementis oratio de genealogia Deorum gentilium.*
sunt inter Gentiles, primò omnium Chaos fuisse, hoc per multũ tempus ex
D teriores sui solidans partes, fines sibi & fundum quendam fecisse, tanquam in oui immanis modum formamque collectum, intra quod multo nihilominùs tempore, quasi intra oui testam, fotum viuificatumque esse animal quoddam, disruptoque post hæc immani illo globo, processisse speciẽ quandam hominis duplicis formæ, quam illi Masculofœminam vocant: hunc etiam Phanetam nominârunt, ab apparendo, quia cùm apparuisset, inquiunt, tunc etiãm lux effulsit, & ex hoc dicunt progenitam esse Substantiam, Prudentiam, Motum, Coitum: ex his factum Cœlum & Terram. Ex Cœlo sex progenitos mares, quos & Titanas appellant: similiter & de Terra sex fœminas, quas Titanidas vocitârunt: & sunt nomina eorum quidem qui ex cœlo orti sunt, hæc, Oceanus, Coëus, Crios, Hyperion, Iapetos, Chronos, qui apud nos Saturnus nominatur. Similiter & earũ quæ è Terra *Chaos poëticum ouẽ speciem habuit.* *Masculofœmina.* *Φανέντων enim apparere est.* *Titanes.*

ortæ

Universidad de Deusto Biblioteca

dat maribus, Oceanus, Cœus, Chrius, Hyperion, Iapetus, Chronus, qui & Sa- E
turnus. Item fœminas, Thya, Rhea, Themis, Mnemosyne, Thetis: quę nomi-
mina per allegoriam hoc modo interpretãtur. Numerum quidem vndecim
vel duodecim, ipsam dicunt primam naturam, quam & Rheam à fluendo di
ctam volunt: reliquos autem decem accidentia eius dicunt, quas & qualita-
tes appellant: duodecimum tamen addunt & Chronum, quem apud nos Sa-
turnũ dicunt, hunc pro tempore accipiunt. Saturnũ ergo & Rheam tempus
ponunt, & materiam, quæ vbi cum humido & arido, & calido, & frigido
tempore fuerint admixta, omnia generat. Hæc ergo, inquit, primò omnium
tempore multo concretam genuit quandam quasi bullam, quæ ex spiritu
qui in aquis erat, paulatim collecta intumuit, & aliquanto tempore circum-
acta per superficiem materiæ, ex qua quasi ex vulua processerat, rigore frigo-
ris obdurata, & glacialibus augmentis semper increscens, abrupta tandem F
demergitur in profundum, ac pondere ipso pertracta, in infernum descen-
dit. Et qa inuisibilis facta est, Aides appellata est, qui & Orcus, vel Pluto no-
minatur. Cumq; de superioribus mergeretur in inferna, locum confluendi
humido præbuit elemento, & pars crassior, quæ est terra, aquis cedẽtibus pa
tefacta est. Hanc ergo aquarum libertatem, quæ prius bulla obtegente pre-
mebatur, postquam illa inferni sortita est locum, Neptunum esse appellatũ.
Post hoc cùm elemẽtum frigidum per concretionem glacialis bullæ, ad in-
feriora fuisset absorptum, & aridum fuisset humidumq; discretũ, nullo iam
impediente elementum calidum ignis, vtpote vigore & leuitate ad superiora
conuolauit aëris, spiritu & procella subuectum. Hanc ergo procellam, quæ
καταιγὶς Græcè appellatur, ægam, id est capram dixerunt: & ignem qui ad su-
perna conscendit, Iouem: & ideo eum capra subuectum cõscendisse Olym- G
pum dicunt Ipsum verò Iouem Græci quidem à viuendo, vel vitam dando:
nostri à iuuando nominatum volunt. Hanc ergo esse viuentem substantiam
ferunt, quæ in superioribus posita, vi caloris velut cerebri ambitu, ad se tra-
hens cuncta, & cuiusdam temperamenti moderatone cõpõnens, de capite di
citur genuisse sapientiam, quam Mineruã vocant, quæ à Græcis ἀθήνη, ppter
immortalitatem nominata est: quæ quia pater omnium per sapientiam suã
cuncta cõdidit, & ex ipso capite eius, & principali oĩm genita dicitur loco,
& temperata admixtione elementorũ, vniuersum formãsse mundũ, & ador
nasse perhibetur. Igitur species quæ materiæ inditæ sunt, vt fieret mundus,
quia vi caloris constringuntur, Iouis viribus contineri dicuntur. Quæ quo-
niam sufficienter se habent, nec vltra addi sibi indigent aliquid noui, sed
vnumquodq; seminis sui posteritate reparatur, vinctæ esse à Ioue Saturni ma H
nus dicũtur: quia nihil noui iam, vt dixi, ex materia tempus producit, sed ca-
lor seminum, secundum sui speciem cuncta restituit: nec vltra Rheæ partus,
hoc est, propago materię fluentis ascẽdit, & ideo ipsam primam elementorũ
diuisionem, abscisionem Saturni nominant, quasi qui vltra mundum gene-
rare non possit. Nam de Venere hoc modo allegoriam tradunt, vbi aiunt, æ-
theri subiectum est pelagus, cum repercussus aquis splendor, cœli gratior re-
fulsisset, venustas rerum quæ ex aquis pulchrior apparuerat. Venus nomina-
ta est, quæ Aetheri tanquam fratri suo sociata, quod concupiscibile decus
effecerit, Cupidinem genuisse memorata est. Hoc ergo modo per allegoriam
Chronum quidem, qui est Saturnus, tempus esse diximus, tradunt: Rheam
materiam: Aiden, id est, Orcum, inferni profundum, Neptunum aquam, Io-
uem

Iupiter unde dictus sit.

Minerua ἀθήνη propter immortalitatem dicta est.

Saturni manus à Ioue uinctæ.

Venus.

Cupido.

Saturnus.

Neptunus

A dionis, ex qua nascitur Musæus. Eurynomẽ Asopi, ex qua nascitur Ogygias.
Hermionem Oceani, ex qua nascuntur Charites, Thalia, Euphrosyne, Agla-
Ia. Themin sororem suam, ex qua nascuntur Horæ, Eurinomia, Dice, Irene.
Themisto Inaci, ex qua nascitur Archas. Idean Minois, ex qua nascitur Aste
rion. Phænissam Alphionis, ex qua nascitur Endymion. Io Inachi, ex qua
nascitur Epaphus. Hippodamiam & Isionem Danai filias, quarũ vnam Hip-
podomiam Olenus, Isionem verò Orchomenus siue Chryses habuit. Cari-
nean Phœnicis, ex qua nascitur Critomaris, quæ fuit sodalis Dianæ. Callisto
Lycaonis, ex qua nascitur Orcas. Lybeen Munanti, ex qua nascitur Belus. La
tonam, ex qua nascitur Apollo, & Diana. Leanidam Eurymedontis, ex qua
nascitur Coron. Lysithean Eueni, ex qua nascitur Helenus. Hippodamiam
Bellorophontis, ex qua nascitur Sarpedon. Megacliten Magaclei, ex qua na-
B scitur Thebe, & Locrus. Nioben Phoronei, ex qua nascitur Argus, & Pelas-
gus. Olympiadam Neoptolemi, ex qua nascitur Alexander. Pyrrham Pro-
methei, ex qua nascitur Helmetheus, Protogeniam & Pandoram Deucalio-
nis filias, ex quibus genuit Aethelium, & Dorum, & Meleram, & Pandorum.
Thaicruciam Prothei, ex qua nascitur Nympheus. Salaminã Asopi, ex qua
nascitur Saracõ. Taygetem, Electran, Maian, Plutiden Atlantis filias, ex qui-
bus genuit ex Taygete quidem Lacedæmonem, ex electra Dardanum, ex Ma
ia Mercurium, ex Plutide Tantalum. Pthian Phoronei, ex qua genuit Achę-
um. Chalceam nympham, ex qua nascitur Olympus. Charidiam nym-
pham, ex qua nascitur Alchanus. Cloridam, quæ fuit Ampegi, ex qua
nascitur Mopsus. Cotoniam Lesbi, ex qua nascitur Polimedes. Hip-
podamiam Aniceti, Chrysogeniam Penei, ex qua nascitur Thissæus. Sed
C & alia sunt plurima eius adulteria, ex quibus nec progeniem suscepit, quæ e-
numerare satis longum est. Verum ex his omnibus quas enumerauimus, no-
nullas transformatus, vtpote Magus, vitiauit. Deniq; Antiopem Myctei ver-
sus in Satyrum corrupit, ex qua nascuntur Amphion & Zethus. Alcmenam
mutatus in virum eius Amphitrionem, ex qua nascitur Hercules. Aeginam
Asopi mutatus in aquilam, ex qua nascitur Aeacus. Sed & Ganimeden Dar-
dani, mutatus nihilominùs in aquilã, stuprat. Manthean Phoci, mutatus in
vrsum, ex qua nascitur Arctos. Danaën Achrysij, mutatus in aurum, ex qua
nascitur Perseus. Europen Phœnicis, mutatus in taurum, ex qua nascitur Mi
nos & Rhadamantus, Sarpedonq;. Eurymedusam Achelai, mutatus in for-
micam, ex qua nascitur Myrmidon. Thalian Aetnam nympham mutatus
in vulturem, ex qua nascuntur apud Siciliam Palisci. Imandram Geneani a-
D pud Rhodum, mutatus in imbrem. Cassiepiam, ex qua nascitur Anchinos.
Lædam Thesi, mutatus in cycnum, ex qua nascitur Helena: & iterum eandẽ
mutatus in stellam, ex qua nascuntur Castor & Pollux. Lamiam mutatus in
vpupã. Mnemosynen mutatus in pastorem, ex qua nascuntur Musæ nouem. *Ex Mnemosyne Musæ.*
Nemesin mutatus in anserem. Semelen Cadmian mutatus in ignem, ex qua
nascitur Dionysius. Ex filia autem sua Cerere, genuit Persephonen, quam
& ipsam corrupit mutatus in draconem: sed & Europam Patrui sui Oceani
vxorem, & sororem eius Eurynomen adulterat, & patrem punit: & Pluten
Atlantis filij sui adulterat filiam, ex qua natũ sibi filium Tantalum damnat.
Ex Larisse etiam Orchomenij genuit Tityonem, quem & ipsum suplicijs tra
didit. Dianam Ixionis filij sui diripiens vxorem, ipsum perennibus subijcit
pœnis? & penè omnes quos ex adulterijs genuit filios, violentæ mortis con-

Universidad de Deusto Biblioteca

ortæ ſunt,nomina ſunt hæc,Thya,Rhea, Themis, Mnemoſine,Thetis, He E
be.Ex his omnibus qui primus fuerat è Cœlo natus, primam Terræ filiã accepit vxorem,ſecundus ſecundam,& cæteri ſimiliter per ordinem. Primus ergo primam duxerat,propter eam deductus eſt deorſum:ſecunda verò propter eum cui nupſerat,aſcendit ſurſum:& ita ſinguli per ordinem facientes, manſerunt in his qui eis nuptiali ſorte obuenerant locis.Ex iſtorum cõiunctionibus,alios quoq; innumeros adſerunt progenitos.Sed de illis ſex maribus,vnus qui dicitur Saturnus, qui in coniugium acceperat Rheam, & cùm
Saturnus Rhea. reſponſo quodam cõmonitus eſſet, quod qui ex eo naſceretur fortior ipſo futurus eſſet,regnoq; eum depelleret,omnes qui ei naſcerentur filios, deuorare inſtituit.Huic ergo primus naſcitur filius,quem Aiden appellârunt,qui
Orcus. Neptunus Iupiter. apud nos Orcus nominatur,quem pro cauſis,quibus ſuprà diximus,adſumptum deuorat pater.Poſt hunc ſecundum genuit, quem Neptunum dicunt, F
quemq; ſimili modo deuorauit. Nouiſſimum genuit eum,quem Iouem appellãt,ſed hunc mater miſerans Rhea, per artem deuoratori ſubtrahit patri, & primo quidem ne vagitus pueri innoteſceret,Corybantas quoſdam,cym bala fecit ac tympana percutere, vt obſtrepente ſonitu,vagitus nõ audiretur infantis. Sed cum ex vteri imminutione intellexiſſet pater editum partum, expetebat ad deuorandum : tunc Rhea lapidem ei offerens magnum : Hunc genui,inquit.At ille accipiens abſorbuit,& lapis deuoratus,eos quos primò abſorbuerat filios, truſit & coegit exire. Primus ergo procedens deſcendit Orcus,& inferiora,hoc eſt,inferna occupat loca.Secundus vtpote illo ſuperior,ſuper aquas detruditur,is quem Neptunum vocant.Tertius qui arte matris Rheæ ſuperfuit, ab ipſa,capræ ſuperpoſitus,in cœlum emiſſus eſt. Hactenus anilis gentilium fabula & genealogia proceſſerit,ſine fine enim eſt,ſi ve- G
lim omnes generationes eorum quos Deos appellant,& impia geſta proferre.Sed exempli gratia,omiſſis cæteris, vnius quem maximum & præcipuum
Flagitia Iouis. Iuno: habent,quemq; Iouem nominant,flagitioſa geſta replicabo.Hunc enim cœlum dicunt tenere,tanquam cæteris meliorem, qui ſtatim vt adoleuit, ſororem propriam,quam Iunonem dicunt,duxit vxorem, in quo vtiq; ſtatim fit ſimilis pecudi. Iuno Vulcanum parit,ſed,vt tradunt, non ex Ioue conceptũ. Ex ipſo autem Ioue Medeam genuit, quam reſponſo accepto , quòd qui ex ea naſceretur fortior ipſo eſſet,& regno eum depelleret, aſſumens etiam ipſe
Minerua. deuorat,& rurſum genuit de cerebro quidem Mineruam,de femore verò Liberum.Poſt hæc Thetidem cùm adamâſſet,aiunt Prometheum pronunciâſſe ei, quòd ſi concubuiſſet cum ea, qui ex ea naſceretur, fortior eſſet patre & ob hoc veritus Peleo cuidam dat eam in matrimonium:dehinc Perſepho H
ne, quæ ei ex Cerere fuerat ſuſcepta miſcetur, ex qua Dionyſium genuit, qui à Titanis diſcerptus eſt:ſed recordatus,inquit,ne fortè pater ſuus Saturnus alium filium generaret, qui etiam ſe fortior naſceretur,regnoq; depelleret,oppugnare adgreditur patrem vnà cum fratribus eius Titanis:quibus oppreſſis,ad vltimum etiam patrem in vincula cõiecit, deſectaq; eius genitalia in mare proijcit,ſed cruor qui defluxit ex vulnere ſuſceptus, fluctibus & frequenti colliſione in ſpumam verſus,procreauit eam quam dicunt Aphroditen,quamq; apud nos Venerem appellant : ex cuius concubitu quæ erat vti-
Iouis adulteria. que ſoror, hunc ipſum Iouem ferunt genuiſſe Cyprin,ex qua aiunt & Cupidinem natum.Hæc quidem de inceſtis eius:audi nunc & de adulterijs.Europam Oceani coniugem vitiat, ex qua naſcitur Dodonæus. Helenam Pandionis,

A catam,Cereri ſemina,Libero vinum,Oſiri aquam,Hammoni arietem, Dianæ ceruum, Syrorum dæmoni piſcem & columbam , Vulcano ignem : & vnicuique, vt dixi, eſt aliquid propriè dicatum, à quo oportebat abſtinere ſe cultores,ad honorem eorum quibus dicatr ſunt. Nunc autem ſinguli ab vno aliquo ſe obſeruantes,pro vnius honore cæteros omnes iratos habent, quos vtique ſi placare velint,pro honore omnium, abſtinere ſe ab omnibus oportebat,vt ante diem iudicij iuſta à ſemetipſis ſentẽtia condẽnati, morte miſerrima per inediã deperirent. Verùm ad propoſitũ reuertamur.Quę,malum, ratio eſt, imò quæ amentia mortalium poſſidet mentes, vt hominem quem impium,ſceleſtum,profanum, Iouem dico inceſtum,patricidam, paricidam, non ſolùm ſciunt eſſe, ſed & publicè in theatris cantant, hunc vt Deum colant & adorent? Aut ſi pro his geſtis Deus eſſe meruit, ergo,& ſi
B quos audiunt homicidas adulteros,parricidas, inceſtos, etiam nunc debent vt Deos adorare. Sed quod in alijs execrantur, ſcire omninò non poſſum, cur in illo venerentur. Et Petrus reſpondit:Quoniam te neſcire dicis, diſce à me cur in illo facinoroſa geſta venerentur: primò quidem, vt cùm ipſi ſimilia egerint,acceptos ſe ei futuros ſciant, vtpote quem imitantur in flagitijs. Secundò,quod hæc literis ſcitè recondita, & verſibus eleganter inſerta veteres reliquerunt. Et nunc puerilis eruditionis obtentu, cùm eorum notitia teneris & ſimplicibus adhæſerit mentibus,reuelli ex eis atque abijci difficulter poteſt. Hæc cùm dixiſſet Petrus, Niceta reſpondit:Non putes Domine mi Petre, non habere eruditos quoſque gentilium veriſimilitudines quaſdam,quibus adſtruant hæc quæ culpabilia videntur & probroſa, quæ quidem ego nõ vt cõfirmans errores eorũ dico:abſit enim à me,vt hoc vel ad
C cogitationẽ meam veniat:ſed tamen ſcio eſſe apud prudentiores ipſorũ defenſiones quaſdam, quibus adſtruere & colorare ſolent hæc, quæ videntur abſurda.Et ſi tibi placet,vt aliqua ex his proferam, quæ ex parte aliqua retineo:vt iubes faciam. Cumque Petrus permiſiſſet, Niceta hoc modo cœpit: Omnis ſermo apud Græcos, qui de antiquitatis origine conſcribitur, cùm alios multos,tum duos præcipuos auctores habet, Orpheũ & Heſiodũ.Horum ergo ſcripta in duas partes intelligentiæ diuiduntur, id eſt, ſecundum literam,& ſecundum allegoriam : & ad ea quidem quæ ſecundum literam ſunt, ignobilis vulgi turba confluxit. Ea verò quæ ſecundum allegoriam conſtat, omnis Philoſophorum & eruditorum loquacitas admirata eſt. Orpheus igitur eſt,qui dicit primò fuiſſe Chaos ſempiternũ, immẽſum, ingenitum,ex quo omnia facta ſunt: hoc ſanè ipſum Chaos non tenebras di-
D xit eſſe,nõ lucem, non humidum,non aridum,non calidum,non frigidum, ſed omnia ſimul mixta,& ſemper vnum fuiſſe, informe aliquando, tamen quaſi ad oui immanis modum, per immenſa tempora effectam peperiſſe, ac protuliſſe ex ſe duplicem quandam ſpeciem, quam illi Maſculo fœminam vocant,ex contraria admixtione huiuſmodi diuerſitatis ſpeciem concretã: & hoc eſſe principium omnium,quod primum ex materia puriore proceſſerit,quodq; procedẽs diſcretionẽ quatuor elementorũ dederit, & ex duobus quæ prima ſunt elementis,fecerit cœlum, ex alijs autem terrã,ex quibus iam oĩa participatione ſui inuicẽ naſci dicit & gigni. Hæc quidem Orpheus.Subiungit autem his & Heſiodus,poſt Chaos ſtatim Cœlum dicens factũ eſſe,& Terram: ex quibus ait progenitos illos vndecim, quos interdum & duodecim dicit:ex quibus ſex mares,quinq; fœminas ponit:nomina autem

Vel unus Terentianus Chea ſatis locuples erit teſtis hoc ita eſſe:is enim quod in uirginem ſibi permiſit,Iouis ſe exemplo feciſſe excuſat.

Orpheus. Heſiodus.

Cœli & Terræ filij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque dicat animæ suæ,habes multa bona reposita in annos multos,epulare E
lætare:nam dicetur ei: Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ
præparásti,cuius erunt? Itaque festinet ad pœnitentiã omnis ætas omnis sex-
us,omnisq; conditio,vt vitam consequatur æternam. Iuuenes quidem in eo
grati sint, quod in ipso impetu desideriorum ceruices suas iugo subijciunt
disciplinæ:Senes & ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem in
qua male præuenti sunt, pro Dei timore commutant. Nemo ergo differat,
nemo cunctetur:quæ enim causa cunctandi est ad benè agendum? aut times,
ne cùm benefeceris,ibi remunerationem non inuenias vt putasti? Et quid sen
ties detrimenti,si bene feceris gratis, nónne etiam sola in his sufficeret con-
scientia? Quòd si inueneris,vt præsumis,nónne pro paruis,magna, & pro tẽ-
poralibus,æterna recipies? verùm ego hæc propter incredulos dixi. Nos aũt
quæ prædicamus,ita se habent: quia nec aliter esse possunt, quæ Prophetica F
voce promissa sunt. Si quis verò cupit examussim veritatem nostræ prædica-
tionis agnoscere, conueniat ad audiendum, & quid sit verus Propheta co-
gnoscat,& tunc demũ omnis in eo cessabit ambiguitas:si tamen non obsti-
natis aĩs resistat his,quæ vera esse cõpererit. Sunt enim quidã qui quolibet
modo,ad hoc tantum respiciunt,vt vincant,& laudem pro hoc magis quàm
salutem quærant,quibus non eueniat vel dici aliquid,ne & sermo nobilis pa
tiatur iniuriam,& iniuriæ suæ reum æterna morte cõdemnet. Quid enim est
in quo aduersari præditioni nostrę quis debeat? aut in quo contra veri hone
stique fidem sermo prædicationis nostræ deprehenditur? qui dicit honoran-
dum esse Deum,& patrem omnium cõditorem,eiusq; filium, qui solus eum
& voluntatem eius nouit,cuique soli de omnibus credendum est, quæ præ-
cepit:solus enim est lex,& legis lator,& iudex iustus, cuius lex discernit,ho- G
norandum esse Deum,Dominum omnium,per vitam sobriam,castam iustã,
misericordem,& in ipso solo omnem collocandam spem. Sed dicet aliquis,
etiam à philosophis huiusmodi præcepta dari. Nihil est simile: nam de iusti-
tia quidem ab eis,& sobrietate mandatur:sed remuneratorem Deum,gesto-
rum bonorum malorumque non nôrunt,& eò leges & præcepta eorum ac-
cusatorem tantummodo publicum vitant,conscientiam verò purificare nõ
possunt. Quid enim timeat in occulto peccare, qui occultorum esse arbitrũ
& iudicem nescit? Addũt præterea philosophi in pręceptis suis,etiam Deos,
qui sunt dæmones,honorandos:quod solum, etiamsi in alijs probabiles vi-
derentur,grauissimæ eos potest impietatis arguere, & proprijs condemnare
sententijs:qui vnum quidem esse pronunciant Deum,pro assentatione tamẽ
erroris humani,plures mandent colendos. Aiunt autem & illud Philosophi, H
Deum non irasci,nescientes quid dicant. Ira enim mala est, vbi mentem tur-
bat,vt rectum consilium perdat:illa verò quæ malos punit, perturbationem
menti non infert:sed vnus,vt ita dixerim, idemque affectus est,qui & bonis
præmia,& malis retribuit pœnam:nam si bonis & malis bona restituat,& si
mili remuneratione erga pios vtatur, & impios, iniustus potiùs quàm bo-
nus videbitur. Sed ais:nec Deus debuit facere malum. Verum dicis: neque fa-
cit:sed qui ab eo creati sunt,dum iudicandos se esse non credunt,indulgentes
voluptatibus suis,à pietate & iustitia deuoluti sunt. Sed dices,si iustum est pu
nire malos,statim vt male agunt,puniri debent. Tu quidem bene festinas,sed
ille quia æternus est & quẽ nihil latet,& quantò nullus ei finis, tantò & pro
lixa patientia est,& nõ ad velocitatem vindictæ,sed ad salutis respicit causas:
delectatur

Nonnullis non sunt committẽda uerba uitæ,ne in iuriam patiatur prophetia.

Inter salubria philosophorum & Christi præcepta, quid interjit.

Deum nõ irasci quorsum pertineat.

Ira nõ sem per mala.

Prolixa patientia Dei.

A uem ætherẽ,id est,caloris elementum. Venerem venustatem rerum, Cupidi- *Iuno.*
nem concupiscẽtiam,quæ inest rebus omnibus,per quã posteritas reparatur,
vel etiam rerum ratio,quæ sapienter inspecta delectat. Hera, id est Iuno, aër *Diana.*
iste medius qui de cœlo vsque ad terram descendit,ponitur. Diana,quam ip- *Mercurius.*
sam Proserpinam dicunt,aërem inferne tradunt. Apollinem ipsum etiam So
lem dicunt,circumeuntem polum. Mercurium verbum,quo ratio de singulis
quibusque reddatur. Martem intemperatum ignem, qui cuncta consumat.
Sed ne singula enumerando immoremur,ad hanc allegoriæ speciem, de vno
quoq; eorũ quos colũt,in quibus secretior de talibus inest peritia,honestas
sibi videntur,& iustas reddere rationes. Hæc cùm Niceta dixisset, Aquila re
spondit: Valde mihi videtur quisquis est auctor & inuentor horum, impius
extitisse,si hæc quæ grata et honesta videtur abscondit,& superstitionis suæ
B ritũ in dedecorosis & turpibus obseruantijs collocauit, cùm ea quæ secũdũ
literãm scripta sunt,manifesta inhonesta sint,& turpia,& tota religionis eo
rum obseruantia,in ipsis constet,vt per huiusmodi scelera & impietates, De
os suos quos colunt,doceant imitari. Nam in istis allegorijs quęeis vtilitas e-
rit? quæ quamuis honesta finguntur, nullus tamen ex eis aut vsus ad cultum
peruenit,aut ad mores emendatio. Vnde magis constat,quòd prudentes viri
cùm viderent communem superstitionem tam probrosam esse,tam turpem, *Allegoriæ de Dijs gentilium ad uelãdã dedecora eorum inuẽtæ sunt.*
nec tamẽ corrigendi modum aliquem,vel scientiam didicissent,quibus po-
tuerunt argumentis,& interpretationibus,conati sunt res inhonestas hone-
sto sermone velare,& non,vt dicunt,honestas rationes,inhonestis fabulis oc
cultare:quod si esset, nunquam vtique ipsa eorum simulacra, atque ipsæ de
eis picturæ,cum suis vitijs & criminibus formarentur. Nõ cygnus adulter Le
C dæ,nec taurus formaretur Europæ,& in mille mõstra eum,quem putant me-
liorem omnibus,verterent. Quod vtique si magni & sapientes,qui sunt apud
eos viri,fictum scirent esse,non verum, nónne impietatis arguerent & sacri-
legij eos,qui ad iniuriam Deorum huiusmodi aut picturam ponerent, aut
sculperent simulacra? denique Regem temporis sui,depingãt in bonis forma
vel anseris,vel formicæ,vel vulturis,& scribant super Regis sui nomen,atque
huiusmodi vel statuam,vel imaginem collocent, & iniuriam facti sentient,
& vindictæ magnitudinem? Sed quoniam vera hæc magis sunt quæ publica
turpitudo testatur,& ad ex excusationem à viris prudentibus, sermonibus
honestis quæsita sunt,& concinata velamina,idcirco non solum non prohi
bentur,sed & ipsis mysterijs Saturni filios deuorantis,& occultati pueri, per
Corybantum & cymbala,& tympanorũ sonitus,exprimuntur imagines. De
D abscisione verò Saturni,quæ maior erit probatio veritatis,quàm vt in hono
rem Dei sui,simili infœlicitatis sorte abscidantur etiam cultores? Cum ergo
hæc manifestè cernantur,quis tam exigui sensus, imò tã stolidi inuenietur,
cui non palàm sit,hæc magis vera esse de infœlicibus Dijs,quæ infœliciores
cultores etiam corporum suorum vulneribus,& abscisione testantur? Quod
si,vt dicunt,hæc ita honestè & piè gesta tam inhonesto ritu ministrantur &
impio,sacrilegus profecto est,quisquis ille,vel ex initio hęc tradidit,vel nũc
male tradita persistit implere. Quid autem & de libris dicimus poëtarum,
nónne oportuerat eos,si honesta,& pia Deorum gesta turpibus fabulis infa-
marunt,abijci protinus,atque in ignem dari,ne persuaderẽt teneræ adhuc æ-
tati puerorum,Iouem ipsum Deorum principem,parricidam erga parẽtes,in
cestum erga sorores & filias,impurũ etiã in pueros extitisse? Venerẽ cũ Marte

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditione damnauit, quorum & ſepulchra penè omnium manifeſta ſunt. Ipſi- E
us denique parricidæ, qui & patruos peremit, & vxores eorum vitiauit, ſoro
ribus ſtuprum intulit, multiformis Magi ſepulchrum euidens eſt apud Cre-
tenſes, qui tamen ſcientes & confitentes infanda eius atque inceſta opera, &
omnibus enarrantes, ipſi eum confiteri Deum non erubeſcunt: Vnde mi-
rum mihi & valde mirũ videtur, quomodo is qui ſuper omnes mortales ſce-
lere & flagitijs eminet, ſanctum, & quod eſt ſuper omne bonum, nomen ac-
ceperit, vt pater Deorum atque hoim vocaretur: niſi fortè ille qui malis ho
minum gaudet, eum quem ſceleribus eminere ſuprà cæteros vidit, ſupra cæ-
teros ei honorem conferre infœlices animas ſuaſit, vt ad imitationem ma-
lorum inuitaret vniuerſos. Sed & filiorum eius, qui apud eos Dij putantur,
ſepulchra ſingulis quibuſque in locis manifeſtiſſimè demonſtrantur: Mer-
curij apud Hermopolim, Cypriæ Veneris apud Cyprum, Martis in Thracia,
Liberi apud Thebas, vbi decerptus traditur: Herculis apud Tyrum, vbi igni
crematus eſt. In Epidauro Aeſculapij quique omnes non ſolùm vt homines
defuncti, ſed vt nequam homines puniti pro ſceleribus docentur, & tamen
ab ſtultis hominibus vt Dij adorantur. Quòd ſi argumentari volunt, & ma-
gis hæc loca ortus eorum quàm ſepulturæ vel mortis adfirmant, ex vicinis
& adhuc recentibus geſtis, priora & vetera conuincentur, cùm docuerimus
adorari ab eis eos, quos etiam ipſi homines & defunctos, vel potius punitos
eſſe profitentur, verbi gratia, vt Syri Adonem, Aegyptij Oſirin, Ilienſes He-
ctorem, apud Leuconeſſum Achillem, apud Pontum Patroclum, apud Rho
dum Alexandrum Macedonem, multosque alios per diuerſa loca, ſinguli vt
Deos colunt & adorant, quos homins mortuos fuiſſe non dubitant. Vnde
conſequens eſt etiam priores ſimili errore prolapſos, mortuis hominibus, G
qui fortè vel potentiæ aliquid, vel artis habuerunt, maximeque ſi phanta-
ſijs magicis in ſtuporem ſtolidos homines adduxerant, honorem contu-
liſſe diuinum. Iam hinc additum eſt, vt & poëtæ elegantia verborum, com-
menta erroris ornarent, & ſuauitate dicendi immortales effectos eſſe ex
mortalibus perſuaderent: imò & ampliùs aliquid, ex hominibus aiunt ſtel-
las fieri, & arbores, & animalia, & flores, & aues, fontésque ac fluuios: &
ni verboſitas videretur, omnes penè ſtellas, quas ex hominibus effectas ad-
ferunt, enumerare, vel arbores, vel fontes, ac fluuios poſſem: exempli tamen
cauſa ſingula ſaltem ex ſingulis memorabo. Andromedam Cephæi, in ſtel-
lam dicunt eſſe conuerſam, Danaen Ladonis fluuij filiam, in arborem com-
mutatam, Hiacynthum Apollonis dilectũ in florem, Calliſto in ſidus quod
Arcton vocant, Prognen, & Philomelam cum Tereo in aues, Thysben apud H
Ciliciam in fontem, & Piramum inibi in fluuium reſolutos, omnesque pe-
nè, vt dixi, vel ſtellas, vel arbores, fontesque ac fluuios, floresque & animalia,
vel aues, aliquando homines fuiſſe confirmãt. At Petrus hæc audiens, ait: Er
go ſecundum ipſos, antequam homines mutarentur in ſtellas, vel cætera quę
enumeras, & cœlum ſine ſtellis erat, & terra ſine arboribus & animalibus,
nec fontes, nec flumina, nec aues erant: & quomodo ipſi homines vixe-
runt ſine his, qui in hæc poſtmodum mutati ſunt, cùm conſtet nec potuiſſe
prorſus ſine his vitam ducere homines in terris? Et ego reſpondi: Sed ne ip-
ſum quidem cultum Deorum ſuorum obſeruare conſequenter norunt: v-
nuſquiſque enim eorum quos colunt, habet aliquid ſibi dicatum, à quo de-
bent ſe continere cultores, vt puta Mineruæ oliuam, Ioui capram ferunt di-
catam,

Habet hoc idem Lactantius, ex hocopinor quædam mutuatus, nã ſeries argumẽtiq; ratio hoc omnino clamat.

Ita factũ eſt ut Deorum numerus fermè ultra hominum increuerit: Hæc Plin. Trãſformationes hominũ.

A ad mutuum Græcos & Barbaros armauit exitium. Et Petrus collaudans pro-
ſequutionem eius, ait: Multas vt video, ingenioſi homines, ex his quæ legũt,
veriſimilitudines capiunt, & ideo diligenter obſeruandum eſt, vt lex Dei cũ
legitur, non ſecundum proprij ingenij iutelligentiã legatur. Sunt enim mul-
ta verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad ſuum ſenſum, quem ſibi
vnuſquiſque ſponte præſumpſit: quod fieri non oportet. Non enim ſenſum
quem extrinſecus attuleris alienum, & extraneum debes quærere, quem ex
ſcripturarum actoritate confirmes, ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veri-
tatis: & ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam à
maioribus, ſecundum veritatem ſibi traditam, ſeruat, vt & ipſe poſſit ea quæ
rectè ſuſcepit, competenter aſſerere. Cùm enim ex diuinis ſcripturis integrã
quis ſuſceperit, & firmam regulam veritatis, abſurdum non erit, ſi aliquid e-
B tiam ex eruditione communi ac de liberalibus ſtudijs, quæ fortè in pueritia
attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat: ita tamen vt vbi vera didicit,
falſa & ſimulata declinet. Et cùm hæc diximſſet, ad patrem noſtrum reſpici-
ens, ait: Tu ergo ſenex ſi quidem ſaluti animæ tuæ conſulis, vt cum corpore
fuerit reſoluta, pro breui hac conuerſione, requiem inueniat ſempiternam,
require de quibus vis, & conſule vt poſſis ſi quid in te eſt dubitationis abij-
cere: incertum enim eſt etiam iuuenibus vitæ tempus, ſenibus autem iam nec
incertum eſt: non enim dubitatur, quin quantumcunque eſt quod putatur
ſupereſſe, breue ſit. Et ideo tam iuuenes quàm ſenes oportet de conuerſione,
& pœnitentia valde eſſe ſolicitos, & ſatagere vt de reliquo ornent animam
ſuam ornamentis digniſſimis, id eſt, dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ,
ſplendore iuſtitiæ, candore pietatis, alijsq; omnibus quibus comptam decet
C eſſe rationabilem mentem. Tum præterea declinare à conſortijs inhoneſtis
& infidelibus, & ſocietates habere fideliũ, atque illos frequentare conuent°,
in quibus de pudicitia, de iuſtitia, de pietate tractatur. Orare ſemper Deum ex
corde, & ab ipſo petere quæ decet à Deo poſci, ipſi gratias agere, veram pœ-
nitudinem gerere præteritorum geſtorum. Aliquantulum etiam, ſi poſſibile
eſt, per miſericordias pauperum iuuare pœnitentiam, per hæc enim facilior
venia dabitur, & indulgenti citius indulgebitur. Quod ſi prouectioris ætatis
ſit is, qui ad pœnitentiam venit, nõ magis gratias agere debet Deo, quòd poſt
quam fractus eſt omnis impetus concupiſcentiæ carnalis, ſcientia veritatis
accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam inſurgentes aduerſum
animam, reprimat corporis voluptates. Supereſt ergo in agnitione veritatis,
& miſericordiæ operibus exerceri, vt afferat fructus dignos pœnitentiæ, nec
D putet quia in temporis longitudine documentum conuerſionis oſtenditur,
& non in deuotionis ac propoſiti firmitate. Deo enim manifeſtæ ſunt men-
tes, qui non temporum rationem colligit, ſed animorum: ipſe enim probat
ſi quis agnita veritatis prædicatione non diſtulit, neque tempus negligen-
do conſumpſit, ſed ſtatim, & ſi dici poteſt eodem momento, præterita
perhorreſcens, futurorum deſiderium cœpit, & in amorem regni cœleſtis
exarſit. Propter quod nemo veſtrũm vltra diſſimilet, nec retro reſpiciat, ſed
ad euangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, quia cum diues
factus fuero, tunc conuertar: non requirit à te Deus pecuniam, ſed animum
miſericordem, & piam mentem. Neque diues conuerſionem ſuam differat,
pro ſolicitudine ſeculari, dum cogitat quomodo diſpenſet abundantiam fru
gum: neq; dicat intra ſemetipſum, quid faciam, vbi recondam fructus meos?
neque

Petrus nẽ quidem cognitionẽ fabularũ damnat, ſed uetat id fieri in ſcripturis quod in dulgemus noſtris etiam cũ gratia in fabulis.

Retro reſpicere, eſt moras texere, aut cauſari aliud quod prius te agere expediat.

Universidad de Deusto Biblioteca

Prouidentia Dei omnia sunt in firma & palàm inhonesta, quæ ueritati repugnant.

adulteros, & omnia illa quæ iam superiùs dicta sunt. Aut quid tibi videtur E
Domine mi Petre? Tunc ille respondit: Certus esto dulcissime Aquila, quia
omnia per bonam Dei prouidentiam gesta sunt, vt non solùm infirma, & fra
gilis, verum & turpis esset causa quæ futura erat contraria veritati. Si enim va
lidior & verisimilior fuisset erroris assertio, haud facile quisquam qui in eo
deceptus esset, ad iter veritatis rediret. Si enim nunc cùm tam multa probra et
dedecora de dijs gentium proferuntur, vix aliquis turpem derelinquit error-
rem, quantò magis si esset ibi aliquid honestum & verisimile? Difficulter nã-
q; transfertur anima ab his, in quibus à prima ætate præuentus est: & ob hoc
vt dixi, diuina prouidentia factum est, vt erroris, substantia, & infirma esset
& turpis. Sed & cætera omnia simili modo, competenter & commodè dispẽ
sat diuina prouidentia, licet nobis ignorantibus rerum causas, bonæ & opti-
mæ dispẽsationis diuinæ non liqueat ratio. Cũ hæc Petrus dixisset, ego Cle- F
mens Nicetam rogabam, vt aliqua de allegorijs gentilium, quas diligenter at-
tigerat, agnoscendi gratia exponeret: vtile enim est, vt cum gentilibus disputamus, etiam ista nos minimè lateant. Et Niceta: Si, inquit, permitti Dominus
meus Petrus, possum dicere. Tum Petrus. Hodie, inquit, permisi vobis dicere
aduersum gentiles vt nostis. Et Niceta ait: Dic ergo Clemens, de quibus audi-
re velis. Cui ego aio: Quomodo tradunt de Deorum cœna gentiles, quam in
Pelei nuptijs habuerunt, & Thetidis, quem dicunt esse Paridem pastorem, &
quas ponunt in Iunone, Minerua & Venere, quæ apud eum iudicãtur, quem-
ũe Mercurium, vel quod malum, & cætera quæ per ordinem consequuntur?
enarra nobis. Tum Niceta: Cœnæ Deorum causa hoc modo se habet. Conui
uiũ mundũ tradunt: discumbendi ordinem Deorum, stellarũ positionẽ, quos G
Hesiodus cœli & terræ primos filios nominat, in quibus sex mares, & sex
fœminas, ad duodecim signorum numerum referunt, quæ vniuersum circu-
meunt mundum: dapes autem conuiuij, rationes esse & causas rerum tradũt,
dulces & concupiscibiles, quæ qualiter regatur & gubernetur hic mundus,
ex signorum positione, & astrorum cursibus colliguntur. Ad libertatis tamẽ
conuiuij modum, dicunt ista constare, pro eo quod potestatem habeat vniuf
cuiusq; sensus, si velit degustare aliquid ex huiusmodi scientia, aut si nolit: &
sicut in conuiuio nemo cogitur, sed vescendi libertas penes vnumquemq; est
ita & philosophandi ratio, pendet in voluntatis arbitrio. Discordiam, con-
cupiscentiam carnis dicunt, quæ insurgit aduersum propositum mentis, &
philosophandi impedit studium: ideo denique & tempus illud esse aiunt, in
quo de nuptijs agitur. Peleum verò & Thetidem nympham, aridum & hu-
midũ ponunt elementũ, ex quorum admixitione substantia corporũ cõstat. H
Mercurium verbum esse tradunt, per quod sensui doctrina confertur. Iuno-
nem pudicitiam. Mineruam fortitudinem. Venerẽ libidinem dicunt. Paridẽ
sensum. Si ergo aiunt, accidat in homine barbarum esse & imperitum sensum
& rectum iudicium nescientem, spreta pudicitia, & virtute, libidini palmã,
quod est malum, dabit, per quod non solum sibi, sed & ciuibus & vniuersæ
genti subuersio & pernicies aderit. Hæc ergo licet illis componere ex quali-
bet materia visum sit, tamẽ aptari ad oẽm hominẽ possunt, quia si quis pasto
ralem & rusticum atq; imperitum habeat sensum, nec velit erudiri, vbi cor-
poris calor de libidinis suauitate suggesserit, continuò spretis studiorũ virtu
tibus, & scientiæ bonis, ad voluptates corporũ aĩm confert. Et hinc est vnde
impacata bella cõsurgũt, vrbes ruũt, patriẽ cõcidũt, sicut & Paris rapta Helena
ad mu-

Allegoria elegantissima cœnæ deorũ quæ apud poẽtas describitur.

Selecti sũt hi teste Ang. de ciui. Dei.

Inde etiã nomẽ qui dã Mercuriũ inuenisse testantur.

A delectatur enim non tam morte, quàm conuersione peccantis. Ideo deni-
que & sanctum baptisma largitus est hominibus, ad quod si quis venire fe- Ioan. 12.
stinet, & de reliquo maneat emendatus, delentur ex eo omnia peccata, quę p
ignorantiam commissa sunt. Nam philosophi quid contulerunt vitæ mor-
talium, dicendo hominibus non irasci Deum? nempe vt docerent eos nul-
lum habere vindictæ alicuius, vel iudicij metum, & per hoc tota peccanti-
bus frena laxarent. Aut quid illi humanum genus iuuarunt, qui dixerunt
non esse Deum, sed casu omnia, & fortuitò agi? nónne vt hæc audientes ho-
mines, & arbitrantes nullum esse iudicem, nullum prouisorem rerum, ad o-
mne facinus, quod vel furor, vel auaritia, vel libido dictãsset, neminem, ve-
rendo præcipites agerentur? Nam illi multum reuera iuuerunt mortalium *Vitia cultata p Dijs.*
vitam, qui dixerunt nihil posse sine Genesi fieri, scilicet vt vnusquisque pec-
B cati sui causam Genesi ascribens: semetipsum in sceleribus suis pronuncia-
ret innoxium, dum crimen suum non pœnitendo diluit, sed factum cul-
pando congeminat. Nam de illis quid dicam philosophis, qui Deos colen-
dos esse introduxerunt, & tales Deos, quales paulò antè audistis? Quid fuit a-
liud decernere, nisi vt vitia, nisi vt crimina, nisi vt flagitia colerentur? Pudet,
miseretq; me vestri, si creditis quod indigna hæc esse & impia, atque execra
bilia, aut non deprehendistis hactenus, aut deprensa & intellecta, mala pro
bonis & optimis coluistis. Tum ptæterea & illud quale est, quod præsump- *De rebus diuinis loquiqui humanis coniecturis, quã friuolum.*
serunt nonnulli philosophorum, vel de Deo loqui, cum sint mortales, & opi
nione sola de inuisibilibus dicere, vel de mundi origine, vbi non aderant cũ
fieret, vel de fine eius, vel de animarum in infernis dispensatione & iudicio,
nesciẽtes, quia præsentia quidem & visibilia nosse, hominis est rationabilis?
C Præterea verò, & futura, & inuisibilia scire, solius propheticæ præsciẽtię est.
Non ergo hæc coniecturis, & & opinionibus colligenda sunt in quibus val-
de falluntur homines, sed fide propheticæ veritatis, sicut se habet hęc nostra
doctrina. Nos enim nihil ex nobis loquimur, nec humana æstimatione col-
lecta adnunciamus, hoc decipere est auditores: sed veri Prophetæ auctoritate
nobis tradita, & manifesta prædicamus. De cuius præsciẽtia & virtute pro-
phetica, si quis, vt dixi, ad liquidũ vult documenta suscipere, solicitus conue
niat, & impiger sit ad audiendũ, & euidentes dabimus probationes, quibus
vim propheticæ præscientiæ, non solũ auribus audire, sed & oculis etiam vi-
dere, ac manu contrectare se credat. De quo cum certam fidẽ conceperit, iu-
gũ iustitiæ & pietatis absq; vllo labore suscipiet, tantamq; in eo seutiet suaui
tatẽ, vt non solũ nihil ei laboris inesse causetur, verũ & amplius aliquid addi
D sibi desideret, & imponi, Cumq; hæc & alia his similia dixisset, & nonnul
los ex his qui aderant infirmos, & dæmonibus obsessos curãsset, gratulantes,
& Deum collaudantes turbas dimisit, præcipiens eis vt ad eundẽ locum, etiã
consequentibus diebus audiendi gratia conuenirent. Cumq; domi iam inter
nos essemus, ac præpararemus ad edendum, ingressus quidam nunciat Appi-
onem Plistonicensem, cum Anubione nuper venisse ab Antiochia, & hospi-
tari cũ Simone. Tum pater audiens, gauisus est, & ait Petro: Si permittis, volo
& salutare Appionem, & Anubionem, quia valde amici mihi sunt. Fortassis *Appion. Anubion.*
aũt Anubionem etiam suadere potero, disputare cum Clemente de Genesi.
Et Petrus: Permitto, inquit, & laudo quòd amicos colis: veruntamen conside
ra, quõ per prouidentiam Dei omnia tibi ex sententia concurrunt: ecce
enim nõ solũ affectio tibi propria Deo præstãte reparata est, sed & amicorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsentia procuratur. Et pater: Verè, inquit, aduerto ita esse, vt dicis. Et cùm E
hæc dixisset, abiit ad Anubionem. Nos autem cum Petro positi per totã noctem interrogando de diuersis, & discendo ab eo, delectatiõe ipsa doctrinæ, & suauitate verborum peruigiles mansimus. Et cùm iam aurorescceret, Petrus intuens me ac fratres meos, ait: Miror quid visum sit patri vestro. Cumq; hęc diceret superuenit pater, & inuenit Petrum nobis de se loquentem. Cumq; salutasset, satisfacere cœpit, & causam exponere, ob quã foris mansisset. Nos autem respicientes ad eum, expauimus, vultum in eo Simonis videntes, vocẽ tamen patris nostri audiebamus. Cumq; refugeremus eum, & execraremur, stupebat pater quòd tam austerè cum eo ageremus & barbarè. Solus tamen Petrus erat, qui vultum eius naturalem videbat, qui & ait ad nos. Cur execramini patrem vestrum? Cui nos vnà cum matre respondimus: Hic nobis Si F
mon videtur, vocem habens patris nostri. Et Petrus: Vobis quidem vox eius quæ maleficijs mutata non est, sola nota est: mihi antẽ etiam vultus eius, qui alijs arte Simonis mutatus apparet, Faustiniani patris vestri notus est: & intuens patrem ait: Causa quæ coniugem tuam conturbat, ac filios, hæc est: species vultus in te non videtur illa quæ fuit, sed facies execrandi Simonis in te apparet. Et cùm hæc diceret, ingressus quidam ex his qui Anthiochiam præcesserunt, dicebat ad Petrum: Scire te volo Domine mi Petre, quia Simon apud Antiochiam publicè multa faciens signa, & prodigia, nihil aliud populo persuasit, nisi quæ ad tui odium pertinent, Magum te nominans, maleficum, homicidam, & in tantum eos aduersum te odium concitauit, vt magnopere desiderent, si te vsquam inuenire queant, etiam carnes tuas deuorare: & ob hoc nos qui prẹmissi sumus, videntes valde cõmotã contra te ciuitatẽ, occultè in vnũ conuenientes, considerabamus quid fieri oporteret. Cumq; nullum G
videremus exitum rei, superuenit Cornelius Centurio, missus à Cæsare ad prẹsidem Cæsareæ, publici negotij gratia: hunc accersimus ad nos solum, causamq; ei qua mœsti essemus exponimus, ac si quid posset, vt iuuaret, hortamur. Tũ ille promptissimè repromittit, se eum protinus fugaturum, si tamen consilio eius etiam nos adniteremur: cumq; nos polliceremur impigrè cũcta gesturos, ait: Cæsar in vrbe Roma, & per prouincias maleficos inquiri iussit ac perimi, ex quibus plurimi iam perempti sunt. Ego igitur diuulgabo per amicos, me vt istum Magum caperem, venisse, & ob hoc missum à Cæsare, quo etiam hic cum cæteris suis socijs puniatur. Vestri ergo qui cum ipso sunt, occultè quasi vndecunque audierint, dicent ei quod ego ad ipsum capiendum missus sim, & certum est, quod cũ audierit, fugiat: aut si vos aliquid melius videtis, dicite. Quid plura? ita factum est à nostris, qui cum ipso erant, ex- H
plorandi gratia simulati. Vbi didicit Simon ventum esse ad se, tanquam ingens sibi beneficium collatum ab eis accipiens, in fugam versus est. Discedẽs igitur ex Anthiochia, cũ Athenodoro huc venit, sicut audiuimus, hoc ergo visum est nobis omnibus qui præcessimus, vt interim nunc ascendas Antiochiam, vsquequo videamus si illo discedente, odium quod de te populo seminauit, aliqua ex parte vacuetur. Cùm hæc insinuasset is qui de Antiochia venerat, Petrus respiciens ad patrem nostrum, ait: Faustiniane, à Simone Mago trãformatus est vultus tuus, sicut apparet: putans enim quod à Cæsare quæreretur ad pœnam, tertius fugit, & suum vultum tibi imposuit, si fortè tu pro ipso capereris, & ad mortem duci possis, vt filijs tuis tristitiam moueret. Pater verò vbi hæc audiuit, cũ lacrymis exclamans: Rectè, inquit, æstimasti Petre, nam &

Transformatio Simonis in Faustinianum in altera editione quam Rufinus ut meliorem sequutus est non continetur, & quæ nec mihi satis probetur. Sed quia uetustissimus codex qui Basilæ est in bibliotheca, Canonicorum, id habebat, libuit præmonere lectorem.

Cornelius centurio is qui Act. X iustus & timens Deum dicitur.

A nam & Anubion, quia mihi valde amicus erat, sub mysterio quodã mihi indicare cœperat de insidijs eius, sed infœlix non credebam, quia nihil in eum commiseram mali. Cumq; omnes vnà cum parte tristitia & lacrymis ageremur, interea & Anubion venit ad nos, indicãs nobis Simonẽ fugisse per noctem, Iudæam petentem. Videns aũt patrẽ nostrum plangentem & lamentantem se, ac dicẽtem: Infœlicem me, qui eum Magum audiens non credebam: quid mihi misero accidit, vt vna die recognitus ab vxore, & filijs, lætari non potuerim cum eis, sed ad priores miserias quas in errore pertuli, reuolutus sum? Mater autem multo grauius sparsis & laceratis crinibus plãgebat: nos quoque in permutatione vultus patris stupentes, nec quid rei esset intelligere poteramus. Sed & Anubion omnes nos ita videns affligi, velut mutus stabat. Tunc Petrus nos intuens filios eius, ait: Mihi credite, quòd hic ipse est B pater vester: propter quod & moneo vos, vt quasi patrem seruetis eum. Dabit enim Deus occasionem aliquam, qua deposito Simonis vultu, euidentem patris vestri, id est suam recuperare possit effigiem. Et ad patrem conuersus ait: Ego tibi permiseram salutare Appionem, & Anubionem, quos tibi amicos à puero fuisse dixeras, non tamen vt cum Simone loquereris. Et pater: Peccaui, inquit, fateor. Tum Anubion: Et ego, inquit, cum ipso rogo & deprecor te, vt ignoscas seni, viro bono, & generoso: seductus est, infœlix, & ludibrio factus, à nominato Mago: dicã enim quomodo res gesta est. Vbi venit ad salutãdos nos, contigit vt in ipsa hora circunstaremus Simonem, audientes eum dicentem quod fugere velit, in ipsa nocte audisse enim se, quod venerint quidam etiam ad hanc Laodiciæ ciuitatem, qui eum ex præcepto imperatoris comprehenderent: velle autem se in hunc qui nuper ingressus est Fausti- C nianum, omnem conuertere furorem. Et ait ad nos: tantum, inquit, vos facite eum cœnare nobiscum, & ego vngentum quoddam componam, quo cœnatus perungat faciem suam, vt ex eo meum vultum omnibus habere videatur: vos autem herbæ cuiusdam succo facies perungemini priùs, vt non fallimini de immutatione vultus eius, ita vt exceptis vobis, alijs omnibus Simon esse videatur. Et cùm ille hæc diceret, aio ad eum: Et quid tibi ex hoc facto confertur lucri? Tum Simon: Primò, inquit, vt ipsum comprehendãt qui me quærunt, & me desinant quærere. Si verò punitus fuerit à Cæsare, vt luctum maximum habeant filii sui, qui me derelicto, confugerunt ad Petrum, & sũt modo adiutores ipsius. Ego autem cõfiteor tibi Petre quod verum est: timui tunc Faustiniano indicare hæc: sed neque spatium nobis ipse Simon dedit, vt possemus secretius loqui, & plenius ei consiliũ Simonis aperire. Interea cir D ca mediam noctem, Simon in Iudæam petens cõfugere, deduxit autem eum Athenodorus & Appion, ego autem simulaui inæqualitatem corporis vt dormire manens, facerem hunc velocius ad vos redire, si fortè possit aliquo modo occultari apud vos, ne ab his qui Simonem quærũt comprehensus, ad Cæsarem perducatur, & pereat gratis, & nunc solicitus pro ipso, veni videre eum, & redire antequam superueniant illi qui deduxêre Simonem. Et conuersus ad nos Anubion ait: Ego Anubion patris vestri verum vultum video reuera, quia perunctus sum priùs ab ipso Simone, sicut narrauit nobis, vt oculis meis vera Faustiniani facies appareret, vnde satis stupeo & admiror artem Simonis Magi, quod vos stantes modo non agnoscitis patrem vestrum. Flentibus autem patre & matre, ac nobis omnibus pro his quæ acciderant, motus miseratiõe etiã Anubiõ flebat. Tũ Petrus misericordia permotus, restituturũ

Simon in Iudæam fugit.

Universidad de Deusto Biblioteca

se promittit faciem patris nostri, dicens ad eum: Audi Faustiniane, cùm no- E
bis prius vtilitatis aliquid contulerit error iste transformati vultus tui, & mi
nistrauerit ad ea quæ volumus, tunc ego veram tibi vultus tui imaginem red
dam, si tamen priùs quæ à me tibi fuerint imparata, profligaueris. Cũq; pater
meus impleturum se cuncta quæ iuberet, omni promitteret pacto, tantum vt
propriã recuperaret effigiem, Petrus ita cœpit: Ipse auribus tuis audisti quòd
vnus ex his qui præmissi fuerant, regressus ex Antiochia, nunciauerit quõ Si-
mon ibi positus, turbas aduersum me concitauerit, atque in odium mei totã
inflammauerit ciuitatem, magum me & homicidam ac deceptorem confir-
mans, in tantum vt desiderent, si me videant, etiam carnes meas deuorare. Fac
ergo quod ego dico tibi, relinquens apud me Clementem, præcede nos Anti
ochiam cum coniuge tua, & Fausto ac Faustino filijs tuis. Sed & alios mittã
tecum, quos mihi videbitur, qui obtẽperent his quæ præcepero. Cu ergo vnà F
cum ipsis Anthiochiam veneris, quandoquidem Simon videris, publicè stãs
prædica pœnitentiam tuam, & dic: Ego Simon denuncio vobis & confiteor
me omnia fefellisse de Petro: ille enim neque seductor est, neque magus, ne-
que homicida, neque horum aliquid quæcunque cõtra eum loquutus sum,
sed dixi illa omnia furore commotus. Obsecro ergo vos ipse ego qui dudum
causas odij vobis contra eum dederam, vt nihil tale de eo sentiatis: sed depo-
nite odium, cessate ab indignatione, quia verè à Deo ad salutem mundi, mis-
sus est discipulus veri Prophetæ, & Apostolus. Propter quod suadeo, hortor,
& moneo, vt ipsum audiatis, ipsi credatis, prædicanti vobis veritatem, ne for-
tè si spreueritis eum, ipsa etiam subitò ciuitas vestra pereat, Quã verò ob cau
sam hæc nunc vobis confitear, indicabo. Hac nocte Angelus Dei corripuit
me impiũ, & cur inimicus essem veritatis præconi, vehementissimè flagella- G
uit. Deprecor ergo vos, vt etiam si ego ipse post hæc veniens ad vos, aliquid tẽ
tauero aduersum Petrum dicere, ne suscipiatis nec credatis. Confiteor enim
vobis, ego magus, ego seductor, ego deceptor fui, sed pœnitentiam ago, licet
enim per pœnitentiam priora male gesta delere. Cùm hæc Petrus intimaret
patri, ille respondit: Scio quid velis, ne labores vltra: intellexi enim & noui,
quid oporteat, cùm ad locum venero, prosequi. Et Petrus iterum suggerebat
ei, dicens: Cùm ergo veneris ad locum, & videris populum ex sermone tuo
conuerti, & depositis odijs recipere desiderium nostri, mitte & manda mihi
& statim veniam. Cùm autem venero, sine mora alienum hunc à te vultum ef
fugabo, & tuum proprium qui tuis omnibus notus est reddam. Et his dictis
fratres meos proficisci cum ipso iubet, ac Mathidiam matrẽ nostrã, & quos-
dam ex familiaribus simul. Sed mater recusabat proficisci simul, & aiebat: H
Quasi adultera mihi futura videor, si vultui Simonis cõiuncta sim: quod etsi
cogar simul ire, impossibile tamen est vt in eodem lectulo cum ipso iaceam,
sed nescio si proficisci simul acquiescam. Et cum valde renueret, Anubion
hortari eam cœpit, dicens: Crede mihi & Petro, sed & ipsa vox non tibi Fau-
stinianum esse persuadet coniugem tuum, quem verè non minus ego diligo
quã tu? Deniq; etiam ego ipse vobiscum veniã. Et cùm hæc dixisset Anubiõ,
promisit mater simul se profecturam. Tum ego, competenter, aio, Deus nego
tia nostra componit: habentes enim nobiscum & Anubionem astrologum,
cum quo si Antiochiam venerimus, de Genesi attentius disputabimus. Cũq;
post medium noctis pater noster, cum his quos iusserat Petrus, & Anubione
profectus esset, manè priusquam procederet ad disputandum Petrus, regres-
si sunt

Nec illa habentur in nonnullis codicibus, nec mihi arrident.

A si sunt illi qui deduxerunt Simonẽ, id est, Appion & Athenodorus, & vene-
runt ad nos requirentes patrem meum. Petrus verò vbi cognouit, iussit eos
introire. Et cùm consedissent, vbi est, aiunt, Faustinianus? Petrus respondit,
nescimus: vespere enim postquam ad vos venit, vltra nulli suorum visus est:
hesterno tamen die manè Simon venit, quærens eum, & quia nihil illi respõ-
dimus, nescio quid ei visum sit, Faustinianũ se esse dicebat: quod cùm ei ne-
mo crederet flens & dolens comminabatur perempturum semetipsum, &
post hæc abijt ad mare versus. Hæc cùm audisset Appion & qui cum ipso
erant, vlulatum dederunt grandem, dicentes: Quid hoc fecistis, cur non re-
cepistis eum? Et cùm velit Athenodorus dicere mihi, quia ipse erat Faustinia
nus pater tuus, Appion præueniens eum: Comperimus, inquit, à quodã qui
cum Simone profectus est, ipso Faustiniano deprecante eum, pro eo quòd
B nollet filios suos videre, quia Iudæi erant. Nos ergo cùm audissemus hæc, ve-
nimus eum hic requirere: sed quia hic nõ est, apparet quia verè dixit, qui nũ-
ciauit eum cum Simone profectũ: hoc ergo nũciamus vobis. Ego aũt Clemẽs
vbi intellexi consilium Petri, quia voluerit eis suspitionem dare, quod ab
ipsis quærendus esset senex, vt timerent & fugerent, cœpi iuuare consiliũ e-
ius, & aio ad Appionem: Audi charissime Appion, nos quod bonũ credimus,
etiam patri tradere volumus: quod si noluerit recipere, sed magis, vt dicis,
exhorrescens nos fugit, asperum sit forttasse quod dico, nec nos de eo cura-
mus. Et cùm hęc dixisset, quasi execrantes crudelitatem meam discedut, ve-
stigia Simonis, vt sequenti die comperimus, insequentes. Interea cùm Petrus *Faustinianus subdititius simõ Antiochiæ plebem recãciliat.*
ex more quotidie populum doceret, & virtutes multas ac sanitates efficeret,
post dies decem venit quidàm nostrorũ ab Antiochia, missus à patre, ad nun-
C cians nobis quomodo publicè staret pater, Simonem quidem qui in vultu
videbatur accusans, Petrũ verò immensis laudibus pręferens, & omni popu-
lo cõmendans, ac desiderabilem faciens, ita vt omnes ex eius sermone muta-
ti, desiderarent eum videre, multos autem tantum in Petri amorẽ venisse, vt
sæuirent in patrem, quasi in Simonem, & manus ei velint inijcere, velut qui
tantum mali commisisset in Petrum: propter quod, aiebat, adpropera, ne for
tè perimatur: in tempore emẽ magno positus, velociter misit me, vt sine mora
venias, quo viuentẽ eum occupes, simul & crescenti erga tui desideriũ ciui-
tati, opportunus appareas. Aiebat etiã quomodo mox vt vrbem Antiochiã
pater ingressus esset, quasi ad Simonẽ, omnis populus ad eum collectus est, &
cœpit omnibus confiteri publicè secundum ea quæ populi restauratio flagi
tabat: nam quicunq; omnes simul nobiles, & diuersi simul diuites ac paupe-
D res cõuenissent, sperantes aliqua ab eo more solito prodigia posse fieri, oẽs
hac voce adloquitur: Diu est quod me Simonem infœlicissimũ hominum
patientia diuina sustinet: nam quicquid in me mirati estis, non veritatis my-
sterio, sed dæmonum mendacijs & artibus gestum est, vt vestram fidem euer
terem, & meam animam condemnarẽ. Confiteor me omnia de Petro fuisse
mentitum: ille enim neq; Magus, neq; homicida vnquam fuit, sed à Deo ad
salutem vestrã omniũ missus est, quem si ex hac hora contemnendum puta-
ueritis, certum sit apud vos, quòd possit ipsa ciuitas vestra repente deperire.
Quæ autem causa sit, vt hęc vobis vltro confitear, ab Angelo Dei hac nocte
vehementer correptus sum, & cur ei inimicus extiterim, vehementissimè fla
gellatus. Deprecor ergo vos, vt si eo ipse ex hac hora aperuero os meũ cõtra
eum, proijciatis me ab aspectu vestro: ille emẽ immundus demõ saluti homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

num inimicus, per os meum contra ipsum loquitur, ne per eum vos pertinga B
tis ad vitam. Quid enim ars magica per me vobis potuit virtutis ostendere? Canes feci æreos latrare, & statuas mouere, figuras mutare hominũ & subitò ab aspectibus hominum absentari, & per hæc debuistis artem magicam execrari, quæ vt vobis miraculũ inane prætendere, animas vestras diabolicis laqueis innodabat, ne crederetis Petro, qui & languẽtes in nomine eius, à quo missus est, curat, & dæmonas fugat, ac cęcos illuminat & paralyticis salutem reddit, & mortuos suscitat. Hæc & his similia multa prosequente, execrari cœpit populus, & dabant fletum & gemitum, quia peccassent in Petrum, cre

Faustiniano natiua facies restituitur.

dentes eum esse magum, & impium. Eodem verò die ad vesperam restituta est in Faustiniano facies propria, & abscessit ab eo aspectus Simonis Magi. Audiens autem Simon vultum suum in eo ad Petri gloriam profecisse, festinus præuenit Petrum, & agere cupiens arte sua, vt Faustiniano eius similitu- B
do recederet, cùm iam hoc iuxta verbum Apostoli sui Christus implêsset. Videntes autem Niceta & Aquila post prædicationem necessariam, paternam faciem restitutam, gratias agentes Deo, non eum permiserunt vlterius adloqui populum. Simon autem cœpit, licet occultè, per amicos suos & familia-

Simon eiectus Antiochia.

res ambulare, & ampliùs Petro derogare quàm antea. Tunc omnes expuentes in faciem eius, expulerunt eum de ciuitate, dicentes: Tu eris reus mortis tuæ, si vlterius loquutus contra Petrum, huc tibi credideris esse veniendum. Quibus cognitis, Petrus postera die conuenire populo iubet, & vno ex his qui sequebantur eum, ordinato eis Episcopo, alijs etiam præsbyteris, baptizatis quoque plurimis, & omnibus qui erant vexati languoribus, vel dæmonibus sanitati redditis, demoratus ibi aliud triduum, cunctis rite cõpositis, valedicens eis, proficiscitur à Laodicia multum desiderabilis Antiochensiũ G
plebi: & cœpit per Nicetam & Aquilam tota ciuitas audire, quia Petrus aduentaret. Omnis autem populus Antiochiæ ciuitatis, audiens Petrum venire, occurrerunt ei, & penè omnes maiores natu & nobiles, cinere aspersi in capite, pœnitentiam agentes, qui contra prædicationem eius, Magum Simonem suscepissent. Hæc & his similia prosequentes, offerũt ei vexatos languoribus, & dæmonijs fatigatos, paralyticos quoque, & diuersa pericula patientes: & erat infinita multitudo simul languentium. Quos videns Petrus non solùm pœnitudinem agere, quod de eo male sensissent per Simonẽ, verum etiam & iam integram fidem exhibere iubebat Deo, vt etiam omnes, diuersas ægritudines patientes, crederent per eum posse saluari, expandit ad cœlũ manus suas, & cum lacrymis orationem effundens, gratias referens Deo, di-

Deo referendum acceptum si quid gestum fuerit ab hominibus paulò diuinius.

cebat: Benedicte pater prædicande, qui omne verbum & promissum filij tui H
adimplere dignaris, vt cognoscat omnis creatura, quia tu solus Deus in cœlo & in terra. Hæc & his similia dicens, ascendit in eminentiori loco, & iussit ante se poni omnem multitudinem ægrotantium, quos omnes hac voce alloquutus est: Similem vobis hominem me esse videntes, nolite putare quòd à me possitis recuperare salutẽ vestram: sed per eum qui de cœlo descendens, ostendit credentibus sibi, integram animę & corporis medicinam: vnde vox vestra testem habeat hunc omnem populum, quia ex toto corde creditis in Domino Iesu Christo, vt sciant etiam seipsos ab ipso posse saluari. Cumque omnis multitudo Infirmantium vna voce clamaret, hunc esse verum Deum, quem Petrus adnunciat, subitò immensum lumen gratiæ Dei in medio plebis apparuit, & cœperunt paralytici currere ad pedes Petri sani, cæci recuperato

A rato visu clamare, claudi restaurato gressu gratias agere, languentes recepta sanitate gaudere: nonnulli etiam solo flatu viuentes, iam sine sensu & sine voce recuperati sunt omnes quoque lunatici, & pleni dæmonijs liberati sunt. Tantam itaq; spiritus sanctus in illa die gratiam suæ virtutis ostendit, vt ones à minimo vsque ad maximum vna vocẽ confiterentur Dominum: & ne multis immorer, intra septem dies, plus quàm decem millia hominum credentes Deo, baptizati sunt, & sanctificatione consecrati, ita, vt omni auiditatis desiderio, Theophilus qui erat cunctis potentibus in ciuitate sublimior, domus suæ ingentem basilicam, Ecclesiæ nomine consecraret, in qua Petro Apostolo constituta est ab omni populo cathedra, & omnis multitudo

Cathedra Pteri.

quotidie ad audiendum verbum conueniens. Credebat sanè doctrinę, quam sanitatum efficacitas adfirmabat. Tum ego Clemens cum fratribus meis & B
matre patrem adloquimur, vtrum aliquæ infidelitatis in eo reliquiæ remansissent. At ille: Venite, ait, & videbitis coram Petro, quantum in me fidei creuerit incrementum. Tunc accedens Faustinianus, procidit ad pedes Petri di-

Faustinianus quantum promouerit.

cens: Semina verbi tui quæ ager meę mentis accepit, iam nata sunt, atq; ita ad fœcundam maturitatem prouecta sunt, vt nihil desit, nisi vt à paleis me spiritali illa tua deseces falce, & reponas me in horreo dominico, faciens me mensæ diuinæ participem. Tum Petrus cum omni alacritate adpræhendens manum eius, tradidit eum mihi Clementi, & fratribus meis, dicens: Sicut tibi patri filios restituit Deus, ita & patrem filij restituunt Deo. Indixit autem ieiunium omni plebi, & veniente die dominica, baptizauit eum, atque in medio populo, ex conuersione eius materiam sumens, omnes casus eius exposuit, ita, vt omis ciuitas quasi Angelum eum suspiceret, & non minorem ei gratiam quàm Apostolo exhiberet. C

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS LIBRI DECIMI ET VLTIMI FINIS.

CANO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CANONES Apostolorum iuxta veterem editionem.

CAP. 1.

EPiscopus à duobus aut tribus Episcopis ordinetur.

CAP. 2.

Presbyter ab vno Episcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

CAP. 3.

Si quis Episcopus, aut presbyter, præter ordinationem Dominiali aliquam in sacrificio offerat sup altare, id est, aut mel, aut lac, aut pro vino sicera, & confecta quædã, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem Domini faciens, cõgruo tempore deponatur.

Sacrificiũ Missæ à Domino ordinatũ.

CAP. 4.

Offerri non liceat aliquid ad altare, præter nouas spicas & vuas & oleũ ad luminaria, & thymiama, id est, incensum, tempore quo*sancta celebratur oblatio.

**al. sacra.*

CAP. 5.

Reliqua poma omnia ad domum primitiæ Episcopo & presbyteris dirigantur, non offerantur in altari. Certum est autem, quod Episcopus & presbyteri*diuidant & diaconis, & reliquis clericis.

**al diuidunt.*

CAP. 6.

Episcopus, aut presbyter vxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abijciat: si verò reiecerit

Distin. 28 Si quis docuerit. & Dist. 13.

KANONES APOSTOLORVM sanctorũ per Clementem à Petro Apostolo Romæ ordinatũ Episcopũ, in unũ congesti: & Gregorio Haloandro interprete, in Latinam linguam è Græca uersi.

α.

Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

β.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί

γ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὸν κυρίου διάταξιν τὸν ἐπὶ τῆς θυσίας, προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἢ τινα τῶν τῆδε θυτῶν ἢ ὄρνεα. ἢ ζωάτινα, ἢ σαρκία, ὡς παρὰ τὴν διάταξιν κυρίου ποιῶν, καθαιρείσθω. πλὴν νέων πυρῶν ἢ σαφυλῆς, τοῦ καιροῦ τοῦ δέοντι. μὴ ἐξὸν δὲ ἔξω προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς λυχνίαν, καὶ θυμίαμα καιρῷ τῆς προσφορᾶς.

**al. sacra.*

δ.

Ἢ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

ε.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προσφάσει εὐλα-

CANONES APOSTOLORVM sanctorũ per Clementem à Petro Apostolo Romæ ordinatũ Episcopũ, in unũ congesti: & Gregorio Haloandro interprete, in Latinam linguam è Græca uersi.

CAP. 1.

EPiscopus à duobus aut tribus Episcopis ordinator.

CAP. 2.

Presbyter ab vno Episcopo ordinator. itẽ diaconus & reliqui clerici.

CAP. 3.

Si quis Episcopus, aut presbyter præter ordinationẽ Domini, quam de sacrificio instituit, alia q̃piã, puta aut mel, aut lac, aut ꝓ vino sicera, aut confecta quædam, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit, vt qui contra ordinatiõem Domini faciat, deponitor, excepto nouo frumento, & vua opportuno rempore, Pręterea licitũ non esto, aliud quippiam admonere ad altare, quàm oleum in candelabrum & incensum oblationis tempore.

CAP. 4.

Omnium aliorum pomorum primitiæ Episcopo & presbyteris domũ mittuntor, nõ super altare. Manifestũ est aũt, ꝙ Episcopus & presbyteri inter diaconos & reliquos clericos eas diuidunt.

CAP. 5.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus vxorem suam prætextu religionis non abijcito. si abijcit, segrega-

A gregator à communione: si perseuerat, deponitor.

CAP. 6.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus seculares curas non suscipito, alióqui deponitor.

CAP. 7.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, sanctum diem paschę ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, B deponitor.

CAP. 8.

Si quis Episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex sacerdotali cõsortio, oblatione facta, non communicauerit, causam dicito: Et si bona ratione subnixa sit, veniam prometeretur. Sin minùs dixerit, à C communione excluditor, tanquam, qui populo auctor offensionis fuerit, mota contra eum suspicione, qui obtulit.

CAP. 9.

Quicunque fideles Ecclesiam ingrediuntur, & scripturas audiunt, neque apud preces & sanctam communionem perma- D nent, eos, tanquam qui ordinis in Ecclesia perturbationem inducant, à cõmunione arceri oportet.

CAP. 10

Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iste communione priuator.

CAP. 11.

Si quis cum deposito clerico,

ἐυλαβείας. ἐὰν δὲ ἐκβάλῃ, ἀφοριζέσθω: τῶν μένων δὲ, καθαιρείσθω.

ϛ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω. εἰ δὲ μὴ, καθαιρείσθω.

ζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τῶν ἀζύμων ἑορτὴν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ ἰουδαίων ἐπιτελέσῃ, καθαιρείσθω.

η.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορὰς γενομένας, μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω. καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ, συγγνώμης τυγχανέτω. εἰ δὲ μὴ λέγοι, ὡς φοριζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γενόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος.

θ.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς, καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ταραχὴν ἐμποιοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι.

ι.

Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνευξήται, οὗτος ἀφορίζέσθω.

ια.

Εἴ τις καθηρημένῳ κληρικῷ,

iecerit, excommunicetur: * sed si perseuerauerit, deijciatur.

CAP. 7.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, nequaquam seculares curas adsumat: sin aliter, *deijciatur.

**al. eijciatur.*

CAP. 8.

Si qs Episcop' aut presbyter, aut diaconus, sanctum paschæ diem ante vernale æquinoctiũ cum Iudæis celebrauerit, abijciatur.

CAP. 9.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo, facta oblatione, non communicauerit: aut causam dicat, vt si ratiõabilis fuerit, veniã consequatur: aut si nõ dixerit, communiõe priuetur, tanquam qui populo causa læsionis extiterit, dans suspicionem de eo qui sacrificauit, quòd rectè non obtulerit.

CAP 10.

Omnes fideles *qui ingrediuntur Ecclesiam, & scripturas audiunt, non autem perseuerant in oratione, nec sanctam communionẽ percipiunt, velut inquietudines Ecclesię commouentes, conuenit communione priuari.

CAP. 11.

Si quis cum excommunicato saltem in domo * simul orauerit, iste cõmunione priuetur.

CAP. 12.

Si quis cum damnato clerico,

*Quicunq; declarãdo ca. Et in dec. Iuo li. 3. *al. &. Dist. 88. c. Episcopus aut sacerdos.*

Missam esse sacrificium & oblationẽ quæ facta, oẽs olim communicabãt, quę intercerãt.

De cõsec. dist. 1. c. omnes fideles.

**al. q conueniũt in solennitatibus sacris ad ecclesiã, & scripturas Apostolorum & euangeliũ audiant: Qui autẽ non perseuerant in oratione, usq; dum missa pagatur, nec in dec. Iuo. lib. 5.*

**al. locutus fuerit, uel 2. Ioã, 1. c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

clerico, veluti cum clerico, suauiuxerit, iste damnetur.

κῷ ὡς κληρικῷ, σωνωξῆται, καθαιρείσθω Θ' αὐτός.

CAP. 13.

In dec. Iuo. lib. 3. Si quis clericus, aut laicus, à cõmunione suspensus, seu communicans, ad aliam properet ciuitatẽ, & suspiciatur præter commendatitias literas, & qui susceptus est, communione priuentur. Excommunicato verò proteletur ipsa correptio, tanquá qui mentitus* sit, & Ecclesiam Dei seduxerit.

*al sic

ιβ.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφορισμένος, ἤτοι ἄδικος, ἢ ἐτέρας πόλεως, ἀπελθὼν οὐ ἐτέρας χειρὶ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφορίζεσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς. εἰ δὲ ἀφορισμένος εἰκῇ πιστεύεσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός.

CAP. 12.

Si quis clericus, aut laicus à communione segregatus, seu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatẽ, sine commendaticijs literis receptus fuerit, à cõmuniõe excluditor, tam qui recepit, quàm qui receptus est. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

CAP. 14.

Nic. cõ. c. 13. Antio. cõ. ca 21. *al eum *al. compellatur. *al. constitutus. *al profectus. Episcopo non licere alienam paroeciam, propria relicta, peruadere, licet cogatur à plurimis. Nisi fortè quis* cum rationabili causa* compellat, tanquam qui possit ibidem* constitutis plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid* profecto prospicere. Et hoc nõ à semetipso pertentet: sed multorum Episcoporum iudicio & maxima supplicatione perficiat.

ιγ.

Ἐπίσκοπον μὴ δεῖν ἀφιστᾶσθαι καταλείψαντα τὴν ἀυτοῦ παροικίαν, ἑτέρας ἐπιβαίνειν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται, εἰ μήτις εὐλογος αἰτία ἢ τοῦ βιαζομένου ἀυτὸν ποιεῖν, ὡς πλέον τι κερδαίνειν δυναμένου ἀυτοῦ τοῖς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβαλεῖν, καὶ τοῦτο οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων καὶ πολλὴν παρακλήσει μεγίστῃ.

CAP. 13.

Episcopo, qui paroeciam suam dereliquerit, alteri insilire nephas esto, licet à pluribus ad hoc cõcõpellatur, nisi rationabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsum facere vi adigat: nempe quod plus lucri, & vtilitatis his, qui illic constituti sint, verbo pietatis conferre possit: neq; hoc tamen à seipso, sed multorum episcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

CAP. 15.

Nice. concil. cap. 16 Antio. cõcil. cap. 3. Si quis Presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam paroeciam, pergat ad alienam, & omninò demigrans præter Episcopi sui conscientiam, in aliena paroecia commemoretur, hunc vlteriùs ministrare non patimur: præcipuè si vocatus ab Episcopo, redire con-

ιδ.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῆς κληρικῆς, ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι. Θ' παντελῶς μεταστὰς διατρίβοι ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, μάλιστα εἰ προσκαλουμένου αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου

CAP. 14.

Si quis presbyter aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorũ consortio, relicta paroecia sua in aliam concesserit, & omninò transmigratiõe facta, præter voluntatem sui Episcopi in alia paroecia moram traxerit, hunc iubemus, ne porrò in ministerio publico sit Ecclesiæ, maximè si accersente ipsum

A ipsum Episcopo eius, redire contemnat, peruerso illic ordine perseuerãs. vt laicus tamen ibi locorum in communionem admittitor.

σκόπου αὐτοῦ ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

CAP. 15.

Quòd si Episcopus, ad quem accesserint, pro nihilo reputata vocationis à ministerio ecclesiastico pœna, quæ contra eos definita est, ipsos vt clericos B susceperit, à communione excluditor, vt peruersi ordinis magister.

ιε.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ᾧ προσπυγχάνουσι, παρ' οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ' αὐτῶν ὁρισθεῖσαν ἀργίαν δέξεται αὐτοὺς ὡς κληρικούς, ἀφορίζεσθω ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

CAP. 16.

Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptijs, aut concubinam habuit, is Episcop° aut presbyter, aut diaconus, aut deniq; in consortio sacerdotali esse non potest.

ιϛ.

Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

C CAP. 17.

Qui viduam duxit, aut diuortio separatam à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata sit spectaculis, Episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

ιζ.

Ὁ χήραν λαβών, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τὴν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

D CAP. 18.

Qui duas sorores duxit, aut consobrinam, clericus esse non potest.

ιη.

Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

CAP. 19.

Cleric°, qui fideiussiones dat, deponitor.

ιθ.

Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς, καθαιρείσθω.

CAP. 20.

Si quis humana violentia eunuch° factus est, aut in

κ.

Εὐνοῦχος εἰ μὲν βίᾳ ἐπηρεάσθη, ἢ ἐν διωγμῷ ἐγένετο τις, ἢ ἐν

contempserit, in sua inquietudine perseuerans. Veruntamen tanquã laicus ibi communicet.

CAP. 16.

Episcopus verò, apud quẽ *memoratos esse constiterit, si cõtra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tanquam clericos fortè susceperit, velut magister inquietudinis, communione priuetur. *al. moratos.

CAP. 17.

Si quis post baptisma secundis fuerit nuptijs copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, non presbyter aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deseruiunt. Distin. 33. c. Si quis post.

CAP. 18.

Si quis viduam aut eiectam accceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de ijs, quæ publicis spectaculis mancipantur, non potest esse Episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deseruiunt. Distinct. 34. c. Si quis uiduam.

CAP. 19.

Qui duas in coniugium sorores acceperit, vel *filiam fratris, clericus esse non poterit. *al. uiduã fratris, uel filiam patris. *al. filiam fratris.

CAP. 20.

Clericus fideiussionibus inseruiens, abijciatur,

CAP. 21.

Eunuchus si per insidias hoim factus est, vel si in si per. Dist. 55. c. Eunuchus

Universidad de Deusto
Biblioteca

in persequutiõe eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, efficiatur Episcopus.

Διωγμῷ ἀφῃρέθη τὰ ἀνδρῶν, ἢ οὕτως ἔφυ, καὶ ἐστὶν ἄξιος, γενέσθω ἐπίσκοπος.

CAP. 22.

Ibidem c. Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputauit sibi virilia, non fiat clericus: quia * suus homicida est, & Dei conditionis inimicus.

Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputauit sibi virilia, non fiat clericus: quia suus homicida est, & inimicus creationi Dei.

κβ.

Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικός. αὐτοφονεύτης γὰρ ὑπάρχει ἑαυτοῦ, καὶ τῆς θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

CAP 23.

Nic. con. c. 1. Si qs cùm clericus fuerit, abscideritsemetipsũ, omninò damnetur, quia suus est homicida.

Si quis cùm clericus esset, virilia sibi ipsi amputauerit, deponitor. Homicida etenim suiipsius est.

κγ.

Εἴ τις κληρικὸς ὤν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω. φονεύτης γὰρ ὑπάρχει ἑαυτοῦ.

CAP. 24.

Laicus semetipsum abscindens, annis tribus cõmunione priuetur, quia suæ vitæ insidiator extitit.

Laicus qui seipsum mutilauit, per tres annos à communione eijcitor, puta quia ipse vitæ suæ posuit insidias.

Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφορίζεσθω ἔτη τρία. ἐπιβουλεύων γὰρ ὑπάρχει ἑαυτοῦ ζωῆς.

CAP. 25.

Dist. 81 c. presbyter aut Diaconus. Episcopus aut præsbyter, aut diaconus, qui in fornicatiõe, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: non tamen communione priuetur. Dicit enim scriptura: Non * vindicabit Dominus bis in idipsum.

Naum 1. c. secundũ aliã literã. al. * uindicauit.

Εἰ τοῦ λοιποῦ, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἐπὶ πορνείᾳ ἢ πορνείᾳ, καὶ κλοπῇ ἁλοὺς καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφορίζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφή, οὐκ ἐκδικήσει δίς ἐπὶ τὸ αὐτό. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ τῇ αὐτῇ ὑποκείσθωσαν.

CAP. 26.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni subiaceant.

CAP. 27.

In decr. Iuo. lib. 3. Innuptis autem qui ad clerum prouecti sunt, præcipimus, vt si voluerint, vxores accipiant: sed lectores cantoresque tantummodo.

κε.

Τοῖς εἰς κλῆρον προελθοῦσι τῶν ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν, ἀναγνώστας καὶ ψαλτὰς μόνους.

CAP. 28.

Dist. 45. c. Episcopũ aut presbyterum. Episcopum, aut presbyterũ, aut diaconũ percutientẽ fideles delinquẽtes, aut infideles iniquè agen-

ε.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, καὶ διὰ τοιούτων φοβεῖν θέλοντα, καθαιρεῖσθαι προσήκομεν. οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τοιοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε. τοὐναντίον δὲ αὐτὸς, τυπτόμενος οὐκ ἀντέτυπτε, λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει.

CAP. 21.

Qui sibi ipsi virilia amputauit, clericus non efficitor: sui em̃ ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

CAP. 22.

Si quis cùm clericus esset, virilia sibi ipsi amputauerit, deponitor. Homicida etenim suiipsius est.

CAP. 23.

Laicus qui seipsum mutilauit, per tres annos à communione eijcitor, puta quia ipse vitæ suæ posuit insidias.

CAP. 24.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehensus, deponitor, non tamen à communione excluditor. Dicit enim scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter & reliqui clerici subduntur.

CAP. 25.

Ex his, qui cœlibes in clerum peruenerunt, iubemus, vt lectores tãtùm, & cantores (si velint) nuptias contrahant.

CAP. 26.

Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriã inferentes percutit, & terrorẽ ipsis per huiusmodi vult incutere,

A incutere, deponi præcipimus. Nusquam enim Dominus hoc nos docuit. Imò verò contra, cùm ipse percuteretur, non repercutiebat: cùm lacesseretur conuicijs, non regerebat conuicium, cùm pateretur, non comminabatur.

agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deijci ab officio suo præcipimus, quia nusquam nos hoc Dominus docuit. E contrario verò, ipse cùm percuteretur, non repercutiebat: cùm malediceretur, non remaledicebat: cùm pateretur, non comminabatur.

Esa. 53. c. 2. Pet. 2. d.

CAP. 27.

B Si quis Episcopus, aut presbyter aut diaconus ob certa crimina iustè depositus, attingere ministeriũ quod aliquãdo tractauerat, præsumpserit, omninò hic ab Ecclesia abscindito r.

κζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπί ἐγκλήμασι φαυλοῖς, τολμήσειεν ἅψασθαι ποτὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας, παντάπασιν ἐκκοπήσεσθω τῆς ἐκκλησίας.

CAP. 29.

Antio. cõ. cap. 4. Si quis Episcopus, aut diaconus, depositus iustè super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi cõmissum, hic ab Ecclesia penitùs abscindatur.

CAP. 28.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit, C deponitor tamipse, quàm qui eum ordinauit, & omninò à cõmunione abscinditor, quemadmodũ Simon Magus à me Petro.

κη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γέγονεν, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπήσεσθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου.

CAP. 30.

Chal. cõ. cap. 2. Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, per pecunias hãc obtinuerit, dignitatẽ: deijciatur & ipse, & ordinator eius, & à communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à Petro.

Act. 8. d.

CAP. 29.

D Si quis Episcopus secularium magistratuum familiaritate vsus, per ipsos Ecclesiam nactus fuerit, deponitor: segregantur quoque à communione, quicunque cum ipso cõmunionem habent.

λ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω, καὶ ἀφορίζέσθωσαν, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.

CAP. 30.

Si quis presbyter, proprium aspernatus Episcopum, seorsim conuenticula egerit, & altare erexerit, cùm de nullo crimine Episcopum in pietate ac iustitia condemnarit, deponitor quasi qui principatũ ambiat: tyrannus enim est.

λα.

Εἴ τις πρεσβύτερος κατα φρονήσας τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, χωρὶς συναγωγῶν καὶ θυσιαστηρίων πήξῃ, μηδὲν κατεγνωκὼς τοῦ ἐπισκόπου εἰς εὐσέβειαν καὶ δικαιοσύνην, καθαιρείσθω ὡς τύραννος γὰρ ἐστιν.

CAP. 31.

Si quis Episcopus secularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregentur omnes, * qui illi cõmunicant.

16. q. 7. c. Si quis Episcopus. al. * quiq.

CAP. 32.

Antio. cõ. cap. 5. Si quis presbyter contemnens Episcopum suum, seorsum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat Episcopum in causa pietatis & iustitiæ, deponatur, quasi principatus amator existens: est enim ty-

tyrannus, & cæteri clerici quicunque tali consentiunt, deponantur, laici verò segregentur. Hæc autē post vnam & secundam & tertiam Episcopi obsecrationem, fieri conueniat.

ὅλῳ, ὡσαύτως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί, ὅσοι ἂν αὐτῷ πρόσθῶνται. οἱ δὲ λαϊκοὶ ἀφορίζέσθωσαν. ταῦτα δὴ μετὰ μίαν, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην παράκλησιν τοῦ ἐπισκόπου γινέσθω.

est. Cōsimiliter & reliqui clerici, qui suum illi calculum apponunt: laici verò à communione segregantur. Atq; hæc post vnam, & item alteram, ac tertiā Episcopi exhortationem fiunto.

CAP. 33.

Nic.cō.c.5 Antio.con. cap.6.

Si quis presbyter aut diaconus ab Episcopo suo segregetur, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eū sequestrauerat, nisi forsitan obierit Episcopus ipse, qui eum segregāsse cognoscitur.

λά.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὑπὸ ἐπισκόπου ἐξέκοπτον ἀφορισθείη, τοῦτον μὴ δέχεσθαι παρ' ἑτέρου δέχεσθαι, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτόν, εἰ μὴ ἂν κατὰ συγκρίσιν πλεονάσῃ ὁ ἀφορίσας αὐτὸν ἐπίσκοπος.

CAP. 31.

Si quis presbyter, aut diaconus per Episcopum à communione exclusus sit, hunc neutiquam ab alio fas esto suscipi, quàm ab eo, qui ipsum à communiōe exclusit, nisi fortè fortuna Episcopus, qui ipsum à communione segregauit, defunctus sit.

Antio. cō. cap.7.

CAP. 34.

Nullus Episcoporū peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum, sine commendatijs suscipiatur epistolis. Et cùm scripta detulerint, discutiantur attentiùs, & ita suscipiantur, & si prædicatores pietatis extiterint. Sin minùs, nec quæ sunt necessaria, subministrentur eis, & ad communionem nullatenus admittātur, quia per subreptionē multa proueniunt.

λβ.

Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων ἄνευ συστατικῶν προσδέχεσθαι. καὶ ἐπιφερομένων αὐτῶν, ἀνακρινέσθωσαν. καὶ ἐὰν μὲν κήρυκες τῆς εὐσεβείας, προσδεχέσθωσαν. εἰ δὲ μήγε, τὴν χρείαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέχεσθε. πολλὰ γὰρ καὶ σφαλερὰ γίνεται.

G

CAP. 32.

Nemo peregrinorum Episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitijs suscipitor literis, & si eas obtulerit, attentiùs in disquisitionem vocātor. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiūtor: sin minùs, vbi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem & vlteriorem ipsos consuetudinē non admittote, multa eū per obreptionem fiunt.

Antio. cō. cap.9.

CAP. 35.

Episcopos gētium singularum scire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, & nihil amplius præter eius conscientiam gerant, quàm illa sola singuli, quæ parœciæ propriæ, & villis quæ sub ea sunt, competunt.

λγ.

τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλήν, καὶ μηδὲν τι πράττειν περισσὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. ἐκεῖνα δὲ μόνα πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ τοῖς ὑπὸ αὐτὸν χώραις. Ἀλλὰ μὴν ἐκεῖνος ἄνευ

H

CAP. 33.

Cuiusq; gentis Episcopos oportet scire, quínam inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodo pro capite, neque sine illius voluntate quicquam agere insolitum: illa autem sola quenq; pro se tractare, quæ ad parœciam eum, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille

A ille citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum in sancto spiritu.

καὶ πάντων γνώμης ποιείτω τι. οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ θεὸς διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι.

Sed nec ille præter omnium conscientiam faciat* aliquid: sic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Christum in spiritu sancto.

* al. aliquid in eorum paræcijs.

CAP. 34.

Episcopus extra terminos suos in ciuitatibus & regionibus sibi non subiectis ordinationes facere non præsumito. Si verò præter voluntatem eorum B qui ciuitatetes illas, aut regiones detinent, id fecisse conuictus fuerit: deponitor tam ipse, quàm etiam hi quos ordinauit.

λγ.

Ἐπίσκοπος μὴ τολμᾷν ἔξω τῶν ἀυτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεσι καὶ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκώς παρὰ τῶν τὴν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμῃ, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν.

Antio.cō. ca.13.

Episcopū nō audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus & villis, quæ illi nullo iure subiectæ sunt. Siverò cōuictus fuerit hoc fecisse præter eorū cōscientiam, qui ciuitates ipsas & villas detinent: & ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati.

CAP. 35.

Si quis ordinatus Episcopus ministerium & curam populi sibi commissam non susceperit, hic à communione seiunctus esto tamdiu, donec suscepe C rit (obedientiam accommodans. Similiter autem & presbyter, & diaconus) Si verò non præ voluntate sua, sed præ malitia populi non susceperit: manet to ipse quidē Episcopus: clerus verò eius ciuitatis à cōmunione segregator, eo quòd tam inobedientem populum non corripuerint.

λδ.

Εἴ τις χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος μὴ καταδέχοιτο τὴν λειτουργίαν, καὶ τὴν φροντίδα τοῦ λαοῦ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ τόπον ἀφωρισμένον τυγχάνει, ἕως ἂν καταδέξηται. εἰ δὲ μὴ δέχοιτο, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν, αὐτὸς μενέτω ἐπίσκοπος, ὁ δὲ κλῆρος τῆς πόλεως ἀφοριζέσθω, ὅτι τοιούτον λαὸν ἀνυποτάκτου ποιοῦνται οὐκ ἐγένοντο.

Ni.cō c.5 Antio.cō. cap.20.

CAP. 36

Bis in anno Episcoporum celebrator synodus, & pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocāto, neque non in Ecclesijs incidentes contradictiones dirimunto, semel quidem quarta feria penteco stes, secundò duodecima Hyperberetæi.

Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἀνακινείτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας. καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν, ἅπαξ μὲν τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος, τῆς πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ τῇ δωδεκάτῃ.

Bis in anno Episcoporū concilia celeberentur, vt inter se inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoueant, semel quidem quarta septimana pentecostes, secū dò verò duodecimo die mensis Hyperberetæi, id est, iuxta Romanos quarto Idus Octobris.

Hyperberetæus apud Asiæ populos, & Macedones October Græcedictus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. 39. λζ.

Omnium negociorum Ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset, nec ei liceat ex his aliquid omninò contingere, aut parentibus proprijs quæ Dei sunt, condonare. Quòd si pauperes sunt, tanquam pauperibus subministret,* nec eorum occasione Ecclesiæ negotia*deprædetur.

πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐπιτρόπου τοῦ θεοῦ φρονήσας, καὶ οὕτω κείτω αὐτὰ, ὡς θεοῦ ἐφορῶντος. μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσι ἰδίοις τὰ τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησι, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπεμπολείτω.

*al. ne

*al. deprædentur.

λη.

CAP. 50.

Presbyteri & diaconi præter Episcopum nihil agere pertentent. Nam Domini populus ipsi cõmissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem. Sint autem manifestę, resproprię Episcopi (si tamen habet proprias) & manifestæ Dominicæ, vt potestatem habeat de proprijs, moriens Episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere. * Nec sub occasione Ecclesiasticarum rerum, quæ Episcopi esse probantur, intercidant: fortassis enim aut vxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut seruos. Et iustum est hoc apud Deum & homines, vt nec Ecclesia detrimentum patiatur, ignoratione rerum pontificis: nec Episcopus vel eius propiqui, sub obtentu Ecclesiæ proscriban-

12. q. 1. ca. Sint manifestæ.

*al. ne.

οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν. αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀποδοῦναι τεθνεώς μελλος.

λθ.

ἔστω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα (εἴγε καὶ ἴδια ἔχει) καὶ φανερὰ τὰ κυριακὰ, ἵνα ἐξουσίαν ἔχῃ τὰ ἴδια τελευτῶν ὁ ἐπίσκοπος, οἷς βούλεται, καὶ ὡς βούλεται, καταλείπειν, καὶ μὴ προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ ἐπισκόπου ἔθη· ἴσως γὰρ γυναῖκα καὶ παῖδας κεκτημένος, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἰκέτας. δίκαιον γὰρ παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὸ μήτε τὴν ἐκκλησίαν ζημίαν ἅπαξ ὑπομένειν, ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν ἐπίσκοπον, τοῦς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει καὶ ἐκκλησίας πημαίνεσθαι, ἢ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοῦς αὐτοῦ διαφέροντας.

CAP. 37. E

Omnium rerum Ecclesiasticarum curam Episcopus gerito, & eas dispensato: quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto, quippiam ex ijs sibi tanquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt. Quòd si pauperes illi sint, vt pauperibus sub ministrato: non tamẽ horum prætextu res Ecclesiæ venúndato. F

CAP. 38.

Presbyteri & diaconi absq, voluntate Episcopi nihil peragunto. Ipsius enim fidei populus Domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

CAP. 39 G

Manifestæ sunto priuatæ res Episcopi, (si modò & priuatas habet) manifestæ item sunto Dominicæ, vt priuatas quidem res Episcopus, cùm moritur, quibus vult, & quomodo vult, relinquendi facultatem habeat: neque occasione Ecclesiasticarum rerum intercidãt res Episcopi, qui nonnunquam vxorem & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iustum enim est apud Deum, pariter & homines, simul, ne Ecclesia per ignorationem rerum Episcopi damni aliquid sustineat, simul, ne Episcopus, aut cognati eius prætextu Ecclesiæ oblædantur, aut etiam, qui illum generis proximitate contingunt,

A tingunt, incidant in negocia, eiusque mors implicetur diffamationibus.

CAP. 40.

Præcipim⁹, vt Episcop⁹ res Ecclesiæ in potestate habeat. Nam si preciosæ hominum animæ fidei ei⁹ committendæ sunt, multo vtique magis oportuerit & de pecunijs mandatum dare, vt illius arbitratu dispensentur, neque nõ B cum timore Dei, summaq; solicitudine per presbyteros, ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos, & hospitio exceptorum fratrum vsus opus habet, ne quomodo ipse posteriore loco habeatur, quàm cęteri. C Ordinauit enim lex Dei, vt qui altari inseruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites vnquam suis annonis arma hostibus inferant.

CAP. 41.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget: vel desinito, vel deponitor. D

CAP. 42.

Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit, vel desinito, vel à communione seiungitor. Similiter & laici.

CAP. 43.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vsuras à mutuum accipientibus exigit: vel desinito, vel deponitor.

CAP.

μ.

προσάγομεν ἐξουσίαν τῷ ἐπισκόπῳ τῆς οἰκονομίας πραγμάτων. εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πιστεύομεν, πολλῷ ἄρα μᾶλλον δεῖ ἐπὶ τῶν χρημάτων φυλάττεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν διοικεῖσθαι ἐπὶ τοῖς δεομένοις διὰ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων μετὰ φόβου θεοῦ καὶ πάσης εὐλαβείας. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν διδόντων (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῷ χρείας, καὶ τῶν ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς καὶ μηδένα τρόπον αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι. ὁ γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ διετάξατο τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ διατρέφειν, ἐπειδὴ οὐδὲ στρατεύεται ποτε ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων φέρουσα.

μά.

ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις χολάζων καθαιρείσθω.

με.

ὑποδιάκονος, ἢ ψάλτης, ἢ ἀναγνώστης τὰ ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀφορίζεσθω. ὡσαύτως καὶ οἱ λαϊκοί.

μγ.

ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τόκοις ἀπαιτῶν τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

ἐπι-

scribantur, & in causas incidant, qui ad eum pertinent, morsq; eius iniurijs malæ famæ* subijciatur.

*al. subiaceat.

12. q. 1. c. Præcipimus, ut.

CAP. 41.

Præcipimus, vt in potestate sua Episcopus Ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum preciosæ illi sunt creditæ, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt potestate eius indigentib⁹ omnia dispensentur per presbyteros & diaconos, & cum timore omniq; solicitudine ministrentur. Ex ijs autem quibus indiget, (si tamẽ indiget) ad suas necessitates & ad peregrinorum fratrum vsus ipse percipiat, vt nihil eis possit omninò deesse. Lex enim Dei præcipit, vt qui altari deseruiunt, de altari pascantur: quia nec miles stipendijs proprijs cõtra hostes arma sustulit.

Ibidem. c. Ex ijs aũt.

Leuit. in pluribus capit. & Deu. 18. & 1. Cor. 9. &

CAP. 42.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ atque ebrietati deseruiens: aut desinat, aut certè* damnetur.

Dist. 33. c. Episcopus aut presbyter.

*al. deponatur.

*al cõmunione priuetur.

CAP. 43.

Subdiacon⁹, aut lector aut cantor similia faciens: aut desinat, aut communione priuetur. Similiter etiam laicus.

Dist. 47. Episcopus aut presbyter. Et in dec. 1uo lib. 3. ubi additur, damnetur & cõmunione priuetur.

CAP. 44.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus vsuras à debitoribus exigens: aut desinat, aut certè dãnetur.

X CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. 45.

Episcopus, presbyter & diaconus, qui cum hæreticis orauerit tãtummodo communione priuetur: si verò tanquã clericos hortatus eos fuerit agere vel orare, damnetur.

μδ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος αἱρετικοῖς συνευχόμενος μόνον, ἀφοριζέσθω· εἰ δὲ καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι, καθαιρείσθω.

CAP. 46.

Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptisma, damnari præcipimus. Quæ eũ conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cũ infideli?

2.cor 6.c

με.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξάμενον βάπτισμα, ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. τίς γὰρ συμφώνησις τοῦ Χρς πρὸς Βελιάρ; ἢ τίς μερὶς πιστοῦ μετὰ ἀπίστου;

CAP. 47.

Di. 32. ca. præter. §. sciendum sentẽtialiter.

Episcopus, aut presbyter, si eũ qui secundũ veritatem habuerit baptisma, denuò baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit: deponatur, tanquam deridens crucẽ & mortem Domini, nec sacerdotes à falsis sacerdotibus iure discernens.

μς.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν, ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶντα τὸν σταυρὸν καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνοντα ἱερείας ἀπὸ ψευδιερέων.

CAP. 48.

Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione priuetur.

μζ.

Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλοιμο, ἑτέραν λάβῃ, ἢ παρ' ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφοριζέσθω.

CAP. 49.

Si quis Episcopus aut presbyter iuxta præceptũ Domini nõ baptizauerit, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, sed in tribus sine initio principijs, aut in tribus filijs, aut in tribus paracletis, abijciat.

Mat. 28. d

De consecrat. dist. 4. c. Si qs presbyter

Et in dec. Iuo. lib. 1.

μη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱοὺς, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω.

CAP. 50.

Si quis Episcopus aut presbyter, nõ trinam mersionem vnius mysterijcelebret

μθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾷ μυήσει ἐπιτελέσῃ, ἀλλ'

CAP. 44.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit duntaxat, à cõmuni ões suspẽditor. Si verò etiã ipsos tanquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

CAP. 45.

Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma, aut sacrificium susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conuentio inter Christum & Belial? Aut quæ particula fideli cum infideli?

CAP. 46.

Episcopus, aut presbyter, si eum qui verum baptisma habeat, iterum baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit: deponitor, vt qui crucem & mortem Domini derideat, neque discernat veros sacerdotes à sacerdotibns impostoribus.

CAP. 47.

Si quis laicus cum à se vxorem abijcit, alterã duxerit, aut ab alio dimissam: à communione segregator.

CAP. 48.

Si quis Episcopus aut presbyter secundum ordinationem Domini nõ baptizauerit in patrem, & filium, & spiritũ sanctum, sed in tres principio carẽtes, aut tres filios, aut tres paracletos, deponitor.

CAP. 49.

Si quis Episcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immersiones, sed

A sed vnam duntaxat, quæ in mortem Domini detur, peregerit, deponitor. Nõ enim dixit Dominus, in mortem meam baptizate, sed profecti docete omẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

ἀλλ' ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, ἐπιτελέσῃ. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλὰ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

lebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate sed, Euntes docete oẽs gẽtes, baptizãtes eos ĩ nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

Mat. vlt.

ν.

B Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου, καὶ κρεῶν, καὶ οἴνου οὐ διὰ ἄσκησιν, ἀλλὰ βδελυγίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος, ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθοῦται, ἢ καθαιρείσθω, καὶ ὡς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

CAP. 50.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omninò de sacerdotali consortio nuptijs & carnibus et vino abstinuerit, non propterea quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, sed propter abominationem oblitus quod omnia pulchra valde, & quòd masculum & fœminã Deus creauit hominem, sed diffamationibus lacessens creationẽ Dei vocat ad calumniã: aut corrigitor, aut deponitor, & ex Ecclesia reijcitor. Consimiliter & laicus.

νά.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλὰ C ἀποβάλλεται, καθαιρείσθω, ὅτι λυπῶν Χριστὸν εἰπόντα, χαρὰ ἐπιγίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

CAP. 51.

Si quis Episcopus, aut presbyter, eũ qui à peccato reuertitur, non recepit, sed reijcit: deponitor, eò quòd Christum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem qui resipiscat, gaudium oboriri in cœlo.

νβ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν C οἴνου βδελυσσόμενος, C οὐ διὰ ἄσκησιν, καθαιρείσθω, ὡς κεκαυτηριασμένος τὴν ἰδίαν συνείδησιν, C αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γινόμενος. D

CAP. 52.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus & vino festiuis diebus non vtatur, idq; per abomnationẽ, non propter exercitationem ad cultũ pietatis: deponitor, tanquàm qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis auctor sit offendiculi,

νγ.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ χωρεῖν ἐθίσῃ, ἀφοριζέσθω, πάρεξ τοῦ ἐν πανδοχείῳ ἐν ὁδῷ διὰ ἀνάγκην καταλύσαντος.

CAP. 53.

Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, à communione excluditor, excepto tamen eo, qui necessariò in itinere in commune diuerterit hospitium.

νδ.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσῃ τὸν ἐπίσκοπον, καθαιρείσθω. ἄρχοντα γὰρ τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

CAP. 54.

Si quis clericus Episcopum contumelia affecerit, deponitor: principi eũ populi tui non maledices.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. 55.

Si quis clericus contumeliaaffecerit presbyterum aut diaconum, à communione ſegregator.

νέ.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἀφοριζέσθω.

CAP. 56.

Si quis mancũ aut mutum ſurdũmue aut cæcum, aut eum cui vitio ſus inceſſus eſt, ſubſannauerit, communione priuator. Conſimiliter & laicus.

νϛ.

Εἴ τις χωλὸν, ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάζει, ἀφοριζέσθω, ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

CAP. 57.

Epiſcopus aut presbyter, qui negligentiùs circa clerum vel populum agit, ſed ꝓ ſalute, neq; in pietate eos erudit, à cõmunione ſegregator. Si verò in ea ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

νζ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς πρὸς εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω. ἐὰν μὲν ἐπιμείνῃ τῇ ἀθυμίᾳ, καθαιρείσθω.

CAP. 58.

Si qs Epiſcop⁹ aut presbyter clerico ex inopia laborãti neceſſaria nõ ſuppetauerit, à cõmuniõe reijcitor. Sin pſeuerat, deponitor, vt qꝫ fratrẽ ſuũ necauerit.

νη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν ἴδιον κληρικὸν ἐνδεῆ ὄντα, ἀφορίζέσθω· ἐὰν μὲν δὲ, καθαιρείσθω ὡς φονεύσας τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

CAP. 59.

Si quis falſo inſcriptos impiorũ libros tanquã ſacros in Eccleſia ad populi & cleri corruptionem publicauerit, deponitor.

νθ.

Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια ἐπὶ φθορᾷ ἐκκλησίας καὶ λαοῦ καὶ κλήρου καθαιρείσθω.

CAP. 60.

Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione aut adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & cõuictus fuerit in clerũ nõ producitor

ξ.

Εἴ τις κατηγορία γένηται κατὰ πιστοῦ πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ ἀγέσθω.

CAP. 62.

Si quis clericus per metum humanũ vel Iudæi vel Græci vel hæretici negauerit, ſi quidem nomen Chriſti, ab Eccleſia reijcitor: ſi verò nomen clerici, deponitor. Pœnitentia tamen ductus, vt laicus recipitor.

ξβ.

Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον Ἰουδαίου, ἢ Ἕλληνος, ἢ αἱρετικοῦ ἀρνήσεται, εἰ μὲν τὸ ὄνομα Χριστοῦ, ἀπεβαλέσθω. εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω. μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.

CAP. 63.

Si quis clericus aut laicus ſynagogã Iudæorũ aut hæreticorũ conuenticulũ ingreſſus fuerit, vt preces cũ illis cõiungat depõitor, et à cõmuniõe ſecluditor.

ξγ.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς εἰσέλθοι εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν σωνεύξασθαι, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω.

CAP.

CAP. 64.

Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & vno ictu ac pulſatione interemerit: deponitor propter temeritatem ſuam. Sin verò laicus ſit, arcetor à communione.

ξδ.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κατάξας, ἀποκτείνῃ τῇ ἑνὸς κατάγματος ἀποκτείνῃ, καθαιρείσθω διὰ τὴν πρόπετειαν αὐτοῦ. εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν, ἀφοριζέσθω.

CAP. 65.

Si quis clericus dominicum diem aut ſabbatum, vno ſolo dempto, ieiunare deprehẽdatur, deponitor. Sin laicus, è communione eijcitor.

ξε.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν τῇ κυριακῇ ἢ τῷ σαββάτῳ, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

CAP. 66.

Si quis virginem ſibi non deſpõſatam, admota vi detinet, à communione ſuſpenditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere, ſed eam detineto quã ſolicitauit, quãuis paupercula ſit.

ξϛ.

Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος ἔχει, ἀφοριζέσθω· μὴ ἐξέστω δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν, ἣν ἠρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

CAP. 67

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſecundam ab aliquo ordinatiõem ſuſceperit, deponitor tam ipſe, quàm qui ipſum ordinauit, niſi fortè conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati aut ordinati ſunt, hi neque fideles neq; clerici eſſe poſſunt.

ξζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος δευτέραν χειροτονίαν δέξεται παρά τινος, καὶ αἱρεθείη καὶ αὐτὸς, καὶ οὐ χειροτονήσας, εἰ μή γε ἄρα συσταίη, ὅτι παρὰ αἱρετικῶν τὴν χειροτονίαν τοῦ γὰρ παρὰ τοιούτων βαπτισθέντας ἢ χειροτονηθέντας οὔτε πιστοὺς, οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

CAP. 68.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor, ſacram quadrageſimã paſchæ, aut quartam feriam, aut paraſceuem non ieiunauerit: deponitor, præterquam ſi imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus ſit, communione priuator.

ξη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν μὴ νηστεύσει, καθαιρείσθω· εἰ τοῦ εἰ μὴ διὰ ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο· εἰ δὲ λαϊκὸς ἐστιν, ἀφοριζέσθω.

CAP. 69.

Si quis Epiſcop⁹, aut presbyter, aut diaconus, aut omninò quicunq; ex clericorũ cõſortio cũ Iudęis ieiunauerit, aut cõmunẽ feſtũ diẽ cũ ipſis egerit, aut lautia feſti, nẽpe azyma, aut aliud huiꝰ generis, ab eis ſuſceperit, deponitor, ſi laicus, à cõmunione ſegregator.

ξθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν νηστεύει μετὰ τῶν Ἰουδαίων, ἢ συνεορτάζει μετ' αὐτῶν, ἢ δέχεται παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἢ ποτόν, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

CAP. 70.

Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium, aut in ſynagogam Iudęorũ in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à cõmunione excluditor.

ο.

Εἴ τις χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκῃ εἰς ἱερὰ ἐθνῶν, ἢ εἰς συναγωγὰς Ἰουδαίων τῇ ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅψῃ, ἀφορίζέσθω.

CAP. 71.

Si quis clericus aut laicus cerã aut oleum

οά.

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας

Universidad de Deusto
Biblioteca

oleum ex ſancta ſurripiat Eccleſia, à communione ſeiungitor.

CAP. 72.

Vas aureum & argenteũ, ſanctificatũ, aut velamẽ linteumúe nemo ampliùs in ſuos vſus aſſumito: iniquũ enim eſt. Cæterùm ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.

CAP. 73.

Epiſcopũ de aliquo perfide dignos accuſatum hoĩes, ab Epiſcopis vocari neceſſariũ eſt. Et ſi quidẽ cõparuerit, & cõfeſſus cõuictúsue fuerit, cẽſura irrogator eccleſiaſtica. Si verò vocatus non obtemperauerit, ſecũda quoq; vice vocator, miſſis duob' ad ipſum Epiſcopis: quod ſi per contumaciam ne ſic quidem comparuerit, ſynodus ſuam contra ipſum pronunciato ſententiã, ne quid, tergiuerſando detrectandoq; iudicium, lucri facere videatur.

CAP. 74.

In dictionẽ teſtimonij contra Epiſcopũ hæreticus non admittitor, ſed neq; fidelis, ſi ſol' ſit. In ore em̃ duorũ aut triũ teſtium cõſiſtet om̃e dictum.

CAP. 75.

Itẽ nõ oportet Epiſcopũ fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu. Neq; em̃ Eccleſiã Dei cõferre debet in hęredes. Em̃uerò ſi qs id fecerit, irrita ꝑmaneto ordinatio, ipſe aũt excõmunicatione ꝑcellitor.

CAP. 76.

Si quis oculo defectus, aut obtuſo crure exiſtat, & dignus ſit, Epiſcopus efficitor. Non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inqnatio animę.

CAP. 77

Qui verò mutus, ſurdúsue & cæcus eſt, Epiſcopus non efficitor: non quia oblæſo corpore eſt, ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

CAP. 78.

Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, ſed neq; cum fidelibus preces fundito. Mundatus verò recipitor, & ſi dignus fuerit, efficitor.

CAP. 79.

Qui ex vita gentili aduenerit, & baptizatus

σίας ἀφέλκται κληρον, ἢ ἔλαιον, ἀφορίζέσθω. E

οϛ.

Σκεῦος χρυσοῦν Ϛ ἀργυρεῶν ἁγιαθὲν, ἢ ὁθόνιον μηδεὶς ἔτι ἐις οἰκείαν χρῆσιν σφετερίζέσθω. παράνομον γάρ, εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

ογ.

Ἐπίσκοπον καταγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνδρῶν, καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων. κἂν μὲν ἀπαντήσῃ Ϛ ὁμολογήσῃ, ἢ ἐλεγθείη, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. εἰ δὲ καλόμενος μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω Ϛ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπι αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. F ἐὰν δὲ Ϛ οὕτως καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἢ σύνοδος ἀποφανείσθω κατ' αὐτου τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγοδικῶν.

οδ.

Εἰς μαρτυρίαν πιστὸν κ ἐπισκόπῳ αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον. ἐπεὶ σόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

G

οε.

Οτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον τοῦ ἀδελφοῦ, ἢ υἱοῦ, ἢ ἑτέρου συγγενοῦς χαρίζεσθαι πάσῃ ἀνθρωπίνῳ. οὐ γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμους ὠφείλει τιθέναι. εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει ἄκυρος μενέτω ἡ χειροτονία. αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

οϛ.

Εἴ τις ἀνάπηρος ἢ τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δέοιτο, ἐπίσκοπος γινέσθω, οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μόλυσμός. H

οζ.

Κωφὸς δὲ ὢν Ϛ τυφλὸς, μὴ γινέσθω ἐπίσκοπος, οὐχ ὅτι βεβλαμμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ πρᾶγματα βλίζοιτο.

οη.

Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω. ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω, καθαρισθεὶς δὲ προσδεχέσθω, Ϛ ἐὰν ἄξιος, γινέσθω.

οθ.

Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα,

A θέντα ἢ ἐκ φαύλου διαγωγῆς, οὐ δικαίον ὅτι παραυτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. ἄδικον γὰρ τὸν μηδὲ προπείραν ἐπιδεξάμενον ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον. εἰ μή που κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γίνεται.

π.

Εἴπομεν, ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον καθιστᾶν ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ, προσδοκαιρεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιῶν, ἢ καθαιρείσθω. B οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν κατὰ κυριακὴν παρακέλευσιν.

πα.

Οἰκέτης εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἀνωφελὲς δεσποτῶν γνώμης, ἀνατροπὴν τοιοῦτον ἐργάζεται. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, ὅπερ καὶ ὁ ἡμέτερος Ονήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται, Ϛ ἐλευθερώσουσι, Ϛ τοῦ οἴκου ἀπαλλάξουσι, γινέσθω. C

πβ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος στρατείας χολάζων, Ϛ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, Ϛ ἱεραρχικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. τὰ γὰρ τοῦ καίσαρος, καίσαρι. Ϛ τὰ τοῦ θεοῦ, θεῷ.

πγ.

Ὁστις ὑβρίσει βασιλέα, ἢ ἄρχοντα, τιμωρίαν τιμωρείσθω. Ϛ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω. εἰ δὲ D λαϊκὸς, ἀφορίζέσθω.

πδ.

Ἐγὼ παραιτοῦμαι κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, τὰ μὲν παλαιᾶς διαθήκης, Μώσεως πέντε. γένεσις, ἔξοδος, λευϊτικὸν, ἀριθμοὶ, δευτερονόμιον. Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ ἕν. κριτῶν ἕν, ῥοὺθ ἕν. βασιλειῶν τέσσαρα. παραλειπομένων δύο βίβλοι τῶν ἡμερῶν δύο. ἐσθὴρ ἕν. Μακχαβαϊκῶν τρία. Ἰὼβ ἕν. ψαλτήριον ἕν. σολομῶν-

μονται

A btizatus eſt, aut ex conuerſatione prauua, eum iuſtum non eſt protinus promoueri in Epiſcopum. Iniurium enim eſt, eum, qui non priùs ſpecimen & documentum de ſe præbuerit, aliorum doctorẽ exiſtere, niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

CAP. 80.

Dicimus, quod non oporteat Epiſcopum, aut presbyterum, publicis ſe administrationibus immittere, ſed vacare, & commodum ſe exhibere vſibus Eccleſiaſticis. Animum igitur inducito, hoc nõ facere, aut deponitor. Nemo enim poteſt duobus Dominis ſeruire, iuxta præceptũ dominicũ. Matt. 6. e.

CAP. 81.

Serui ſi in clerum promoueãtur citra dominorũ volũtatem, hoc ipſum operatur redhibitionem. Si quando verò ſeruus quoq; gradus ordinatione dign' videatur, qualis & noſter Oneſimus apparuit, & Domini conſenſerint, manuq; emiſerint, & domo ſua ablegauerint, efficitor.

CAP. 82.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus qui militiæ vacauerit, & ſimul vtrunq; retinere voluerit, tam officium Romanum, quàm functionem ſacerdotalem deponitor. Quæ enim Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ Dei, Deo. Luc. 20. f

CAP. 83.

Quiſquis imperatorem aut magiſtratum contumelia affecerit, ſupplicium luito. & quidem ſi clericus ſit, deponitor: ſi laicus, à cõmunione remouetor.

CAP. 84.

Sunto om̃ibus vobis, clericis ſimul & laicis venerandi ac ſacri libri, veteris quidem teſtamenti, Moiſis quinq; Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ, Ieſu filij Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regnorum quatuor, Derelictorum ſe libro dierum duo, Heſter vnus, de Machabæorum geſtis tres, Iob vnus, Pſalterium vnus, Salomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes

Universidad de Deusto
Biblioteca

clesiastes, Canticum cãticorum, Prophetarũ duodecim, Esaiæ vnus, Hieremiæ vnus, Iezechiel vn°, Daniel vnus. Inquiritor autẽ à vobis extrinsecus, vt adolescentes vestri addiscant item sapientiam eruditi Syrach.

Nostra verò, hoc est, noui testamẽti, Euãgelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, Pauli epistolæ quatuordecim, Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudæ vna, Clementis epistolę duæ, & pręceptiones, quę vobis Episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatę sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quędã arcana quæ in se continent. Et actiones nostras Apostolorum.

μῶντος τρία, πρεσβυτέρους, ἐκκλησιαστήν, ᾆσμα ᾀσμάτων. προφητῶν δεκαδύο. ἐν Ησαΐου. Ἱερεμίου ἕν. Ἰεζεκιὴλ ἕν. Δανιὴλ ἕν. ἔξωθεν δὲ προσιστορείσθω ὑμῖν μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τῶν πολυμαθῶς συρὰχ.

Ἡμέτερα δὲ, τουτέστι θείας καινῆς διαθήκης, εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου. παῦλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες. Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο. Ἰωάννου τρῖς. Ἰακώβου μία. Ἰούδα μία. Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο. Αἱ δὲ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημένα, ἃς οὐ δεῖ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων. Διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά. καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

τέλος τῶν ἀποστολικῶν κανόνων.

FINIVNT APOSTOLORVM CANONES PER Gregoriũ Haloandrum è Græco in Latinũ recẽter versi. De quibus ita scribit Gregorius Haloander in epistola ad ampliss. reip. moderatores Norinbergen. Apostolicos canones, quos sanctus Clemẽs Petri in Episcopatu successor, quo veluti amanuensi vsus est etiã Paulus Apostolus, adiicere compulit necessitas. In nullis autem libris Latinis (quos equidem viderim (extat perfectus illorum numerus, tametsi multoties in linguam latinam versi legantur. Inter cæteros verò à Dionysio quodam ad Stephanum Pontificem, precibus Laurentii fratris adducto, qui priscæ translationis imperitia offendebatur. Sed quæ calamitas eos Romanis hominibus ademerit, non meum est dicere. Illos certè non audimus, qui ab hæreticis incerto auctore compositos esse scripserunt, quando vltra longæuam & constantem in Ecclesia opinionem, sancta etiam sexta synodus, cùm in controuersiam denuò vocarentur, grauissima sententia eos agnouerit, cuius synodi omnia capitula postea approbauit Hadrianus Papa, vt de Iustiniano taceam qui expressis verbis eos Apostolis tribuit.

Hæc ille Gregorius Haloander

IN ERVDITAS SIMVL ET CHRISTIANAS ALIQVOT EPISTOLAS VETERVM PONTIFICVM, QVI A CHRISTO nato annis CCC. Romanæ Ecclesiæ præfuerunt Io. Sichardi præfatio.

INTER eos quorum egregia sunt in nostra secula merita, humanissime lector, hi mihi potissimum videntur bene nobis consulere, qui huc operam suam condicunt, vt pietas, cuius iamdiu ne nomen quidem satis tenuimus, quam proximè hominibus commendetur: & inde hauriatur maximè, vbi de impostura ne quidem tantula posit in mentem venire suspicio. Eiusmodi verò sunt libri quos nunc bibliacos vocamus, & vt quisque his proprius accesserit, quales fuisse in animum nobis inducimus eos, qui ipsis partim Apostolorũ temporibus vixêre, partim tam fuere vicini, vt id quod ad Christi Ecclesiam, moresque piè formandos pertineret, ab ipsis Apostolis, tanquam per manus acceperint. In quorum numero hauddubiè antiquissimi quique Pontifices Ro. fuêre, eos dico qui à Christo nato annis plus minùs CCC. sedi præfuerunt, viri cùm vitæ sanctimonia insignes, tum singulari eruditione præditi: in quorum vita, doctrina, moribus, vt non sit cuiquam procliue quicquam arrodere, ita videntur mehercle digni, quorum scripta in hunc vsque diem, quod ego saltem sciam, orbi incognita, in manibus habeantur: pęrsertim cùm pleraq; hodie Ecclesiæ eiusmodi videantur, quæ cùm ferri diutius non possint, vix tamen appareat, ita rebus passim exulceratis, ratio qua possint corrigi. Et qui id agere ingrediantur, non paulò sint & impudentiores & stolidiores, quàm illiipsi qui vulgò creduntur, legibus in nos suis plus sibi satis indulsisse, atque in his omnibus & ferendis & antiquandis, magis in consilio ambitionem, auaritiam, tyrannidisque affectationem habuisse, quàm rei Christianæ bene administrandæ studium. Quod vt donem de nonnullis, nec enim obscurum id est, nec tale quod à quouis negari posit, non tamẽ largiar, omnibus fuisse eandem mentem, iisque præcipuè qui diuum Petrum secuti, in extrema rerum omnium inopia, cum desperatissimis hominum moribus confligentes, contra insidias, insultus improborum, atque exquisita tormentorum genera, in quæ pro Christi gloria volentes inciderunt, nihil animi habuisse mihi persuadeo, quàm vt officium, quod tot nominibus viderant Christum Petro commendasse, pro dignitatate administrarent. Quos epistolæ illæ, locupletissimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tissimi animorum testes satis vindicant ab his vitiis, à quibus, fateor, E
non ita multum abhorruerunt hi qui annis ab hinc aliquot, vicarios se Christi professi sunt. Eos verò nostra ætate cùm quidam in ordinem cogere instituunt, à cæremoniis tanquam auspicato exordiuntur, & quod minimè oportebat, malarum causam cum optimis quibusque coniungunt, vt videantur frustra laboraturi, quicunque iam populo persuadere contendant, fuisse vnquam bonum Pontificem, eò quod quædam cùm essent antiquitus honestis de causis recepta, & libere, ea cœperint durius exigere tanquam pensum nouitii Pontifices. Nec interim considerant, quod ea quæ tum sunt à Christianæ religionis proceribus constituta, ad istius ætatis genium ita fuerunt attemperata, vel cæremoniis, vel affectata etiam pietatis specie, paucitati F
Christianorum duxerint succurrendum. Nunc verò cùm huc ventum est Dei benignitate, vt lenociniis eiusmodi ampliùs non debeat esse locus, quis neget, posse quædam iure optimo, adeoque bono nostro mutari? Nec enim hac vita in re tam stultè veterum debemus esse tenaces, vt præ his, quæ humanitus ad hoc poterant seculum magis è re nostra accommodari, fastidiamus. Imò hoc vel vnicum debebat esse Ecclesiæ antistitibus studium, ne quid hic innolescere per negligentiam sinerent, quod fidei nostræ remoram adferret, & inolita per occasionem abrogarent, si qua modo eius essent generis, quibus iam cum vsus nullus esset, superuacaneum nihilo tamen minus locum vsu cœpissent, ne cum fœdus nonnullis abusibus G
patrocinamur, de his etiam in dubium veniamus, sine quibus ne quidem vllo pacto id quod Christiani dicimur, tueri poterimus. Nam abrogandarum cęremoniarum tanta nonnullos libido incessit, vt in vniuersum citraque delectum omnes pessundare gestiant, Quod vt consequantur, nunquam tamen defuturi sunt, qui tanquam loco motis, alias succenturiant, easque, vt ferè fit, deteriores. Etenim inter multos hodie sacra tractantes, quotus quæso quisque est, qui non angue peius oderit id omne, quod vel cæremoniæ speciem habet? eò quod aliò sunt fortè detortæ, quàm essent ab initio institutæ. At quid non potius rem ad fontes reuocant, & in viam redigunt, H
quod suapte natura frugi erat, at seculi vitio fermentatum est? Mea ergo in his, aliisque id genus rebus hæc est sententia, vt principio spectandum putem, sit ne vel mica honestæ frugis in his: quod si vel tantulam deprehenderis, non id tolli è medio, quemadmodum ingressi sunt nonnulli facere, sed quoad fieri potest quàm emendatissimum prorogari cupiam. Ad hoc verò vtamur epistolis illis tanquam amussi, quæ, vt alia taceam sanè plurima tanta sunt scriptæ eruditione ac ac prudentia, vt planè magnam me à bonis omnibus gratiam inituru confidam, nimirum ea proferens, quæ citra inuidiam, in quod

fuit

fuit mihi magnoperè optandum, poterant Pontifices, Episcopos, presbyteros, demùm omnes sui officii admonere, & simul veluti digito viam ostendere, qua possint, ipsis etiam Pontificibus auctoribus nōnulla tollere, in quæ tanto videmus quosdam stomacho vociferari: & desinant tandem rerum imperiti impetum facere in ea, quæ sunt tantummodo seculorum, sed & Ecclesiarum inter se consensu asserta. Nec interim puto quenquam esse paulò cordatiorem, qui neget per cæremonias quasdam veluti nebulas stare, ne clarè agnoscatur Christus, ita vt maximè expediebat. Eas tamen si tollas, cogas plebem per se animi, iudiciiq; expertem, planè obrutescere, dum altissimarum rerum, vt quas assequi nequeat cogitationem abiicit, & illis vtcunque Christum eis adumbrant, interdicitur.

Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM PRIMAE EPISTOLAE CLEMENTIS, PER IOAN. SICHARDVM.

E

NOn admodum his repugnauerim qui Epistolam istam Clementis, recognitionibus præfigendam censuerunt, ut quæ à Rufino latinitate donata sit ante recognitiones. Attamen cùm in præfatione ad Gaudentium Episcopum, Rufinus eius rei ipse meminerit, nolitq; uersionis tempus obseruari, uisum fuit subiniquum, auctori iniuriam facere, præsertim huc nos seriè historiæ inuitante. Nam quid est uerisimilius, quàm tum demùm ad constituendum Ecclesiæ statum Petrum animum adiecisse, cùm iam uideret mortis diem adpetere? Quod uerò Clemens hic se primum à Petro Episcopum Romæ ordinatum asserit, à Rufino est satis superq; excusatum, dum Apostoli & Episcopi peculiaria munera, inter se differre dicit.

INCIPIT EPISTOLA

F

CLEMENTIS PRIMA AD IACOBVM fratrem domini, Rufino Torano Aquiliense interprete.

CLEMENS Iacobo fratri Domini, & Episcopo Episcoporum regenti Hebręorũ sanctam Ecclesiã Hierosolymis, sed & omnes Ecclesias quæ vbique Dei prouidẽtia fundatæ sunt, cum presbyteris & diaconibus, & cæteris omnibus fratribus pax sit semper. Notum tibi facio Domine, quia Simon Petrus, qui verę fidei merito, & integræ prędicationis obtẽtu, fundamentũ G esse Ecclesiæ definitus est, qua de causa etiam Domini ore cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini Apostolorum primus, cui & primo Deus pater filium reuelauit, cui & competenter beatitudinem contulit, qui & vocatus est & electus & conuiua Domini & comes effectus tanquam homo & probatissimus discipulus, qui obscuriorẽ mundi plagam occidentis (velut omnium potentior) illuminare præceptus est, quique & integrè potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraham, refugiens indicare quod triste est. Quod quidem necesse est, licet tardè proferre. Hic denique ipse Petrus, qui pro immensa charitate (quam erga omnes homines gerebat) palam cum omni fiducia (aduersante etiam tyranno totius mundi) bonum prædicare non destitit, & Regem omnium seculorum per orbem terræ, & vsque ad ipsius Romanæ vr- H bis huius notitiam, vt etiam ipsa saluaretur, inuexit. Hic, inquam, pro pietate pati volens, præsentem vitam finiuit. In ipsis autem diebus (quibus vitæ finem sibi imminere præsensit) in cõuentu fratrum positus, apprehensa manu mea repente consurgens, in auribus totius Ecclesiæ hęc protulit verba: Audite me fratres & conserui mei, quoniam vt edoctus sum ab eo, qui misit me, Domino & magistro meo Iesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram* trado. Qui mihi ab initio vsque in finem comes in omnibus fuit, & per hoc* veritatem totius meæ prædicationis agnouit. Qui in omnibus tentationibus meis socius extitit, fideliter perseuerans. Quem* præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem castum

Ioan.1.f

Mat.16.c

*al. credo
*al. uirtutem.
*al. ex præteritis

A castum, discendi studijs deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, & scientem ferre nonnullorum (etiam exhis qui in verbo Dei instituuntur) iniurias: Propter quod ipsi trado à Domino mihi traditam potestatem ligandi & soluendi, vt de omnibus quibuscunq; decreuerit in terris, hoc decretũ sit & in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, & soluet quod expedit solui, tanquam qui ad liquidum Ecclesiæ regulam nouerit. Ipsum ergo audite, scientes, quia quicunque contristauerit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrẽ omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit. Ipsum autem qui præest cæteris, oportet medici vicem agere, & non feræ bestiæ furore commoueri: Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes eius, rogabam, excusans me, & declinans honorem cathedræ vel potestatem. At ille respondens, Pro hoc, inquit, ne me rogaueris. Hoc enim fieri sta- B tutum est mihi, & eo magis quo te excusas, quia hæc cathedra eum (qui cupit eam & audacter expetit) non requirit, sed ornatum moribus & in uerbis eruditum Quòd si esset alius melior, si quis mihi alius adiutor tam sedulus astitisset, si quis tam plenæ doctrinæ meæ rationem cœpisset, sed & Ecclesiasticas dispositiones à metã plenè didicisset, habens alium talem, non te* coge- *al. eligerem.
rem opus bonum suscipere nolentem. Superfluum est ergo alium quærere, quum primitias eorum (qui ex gentibus per me saluantur, & præcipuè huius vrbis) te primum obtulerim Deo. Sed & illud intuere, quia si periculum peccati timens, suscipere refugis Ecclesiæ gubernacula, certus esto, quia amplius peccas, quam si populum Dei velut in fluctibus positum & periclitantem (quùm iuuare possis) subterfugis, tui tantummodo habens con- videtur pollicerĩ
sideratione m, & non quod in commune omnibus expedit, prouidens. Sed C certus esto, quòd necesse est, te suscipere omne periculum, quia nec ego interceßionem post mortem.
pro salute omnium ab obsecrando cessabo. Quanto ergo mihi citius acquieueris, tanto me citius *laboris & tristitiæ meæ mœrore releuabis. Noui *al. mœroris & tristit. meæ labore rele.
etiam hoc, ô Clemens, quòd tibi tædia & molestias, pericula etiam & opprobria ineruditi vulgi indocilisq; conciliem, quæ tu tamen, scio quòd constanter & fortiter feras, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud Deum patiẽtiæ præparat coronam. Sed & illud cupio, te mecum iusta ratione perspicere, quando maximè opera tua indiget Christus, nunc quùm inimicus aduersus sponsam eius commouet bellum, an in futuro tẽpore, quando iam Christus post victoriam triumphabit, nec vltra vllius opera indigebit? Quis non etiam parui sensus intelligat? quod istud est tempus in quo operam tuam Christus requirit? Tota igitur mente in præsenti necessitate præbe operam D tuã, & auxilium in prælijs exhibe Regi optimo, remunerationes magnificas post victoriam reddituro. Libenter ergo suscipe Episcopatus officium, eò maximè quo Ecclesiasticas dispositiones à me probabiliter didicisti, vt salus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam vacillet. Verumtamen & breuiter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus commonere necessarium duxi. Te quidem oportet irreprehensibiliter viuere, & 11.q. Te quidem.
summo studio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abijcias, ne fideiussor existas, ne aduocatus litium fias, neúe in vlla aliqua occupatione prorsus inueniaris, mundialis negotij occasione perplexus. Neque enim iudicem aut cognitorem secularium negotiorũ hodie te ordinare vult Christ⁹, ne præfocatus præsentib. hominũ curis nõ possis verbo Dei vacare, & secundum veritatis regulam secernere bonos à malis. Ista nanque opera, quæ tibi minus cõ-

In dec. Iuo. lib. 5.

15.q.3. Quicunq; contrist.

Et infra epi. 1. Alexandri pap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gruere ſuperius expoſuimus,exhibeant ſibi inuicem diſcentes,id eſt laici, & E
te nemo occupet ab his ſtudijs,per quæ ſalus omnibus datur. Scut enim tibi
11.q.1. Si cut enim. impietatis crimen eſt(neglectis verbi Dei ſtudijs) ſolicitudines ſuſcipere ſe-
culares,ita & vnicuiq; laicorum peccatum eſt,niſi inuicem ſibi etiam in his
quæ ad cõmunis vitæ vſum pertinent,operam fideliter dederint. Te verò ſe-
curũ facere ex his quib. nõ debes vacare,omnes cõmuniter elaborent.Quod
ſi fortè à ſemetipſis hoc laici non intelligunt, per Diacones edocendi ſunt,
vt tibi ſolius Eccleſiæ ſolicitudines derelinquãt,quod ipſam(vt dignum eſt)
diſpenſare ſufficias,& veritatis verbo abundantius & ſtudioſius deſeruire.Si
enim mundialibus curis fueris occupatus, & teipſum decipies, & eos qui te
audiunt.Non enim poteris,quæ ad ſalutem pertinent, plenius ſingulis qui-
buſque diſtinguere.Et ex eo fiet,vt & tu tanquam,qui non docueris quæ ad
*al. punia ſalutem hominum pertinent,*deponaris,& diſcipuli per ignorantiam pere- F
ris Idẽ in ant.Idcirco tu quidem ad hoc ſolum vacato,vt oportunè & ſine intermiſſio
epiſt. Euariſti ne doceas verbumDei,per quod ſalutem conſequi poſſint.Illi verò cum tan-
papæ. Indecr.Iu. ta reuerentia tua verba ſuſcipiant,tanquam qui ſciant legatum te & præco-
lib.5 nem eſſe veritatis,& quodcunque ligaueris ſuper terrã,eſſe ligatum &in cœ-
lo,& quodcunque ſolueris ſuper terram,etiam ibi eſſe ſoluendum.Quoniã-
Mat.16.c quidem & tu (vt dixi) quæ oportet,ligabis, & quæ expedit,ſolues.Et ad te
quidem qui præes iſta ſint monita,& his ſimilia.Ad presbyteros verò ſint i-
ſta,Ante omnia,vt pudicitiæ ſtudentes,adoleſcentes nuptijs iungant, quo ca
lorem feruentis ętatis coniugali lege prẹueniãt.Sed ne in prouectioribus qui
dem curam habere huiuſcemodi negligant, quia in multis (etiam quum ſe-
nuerit corpus)concupiſcentia viget.Ne fortè ergo fornicationis labes (oc-
caſione accepta(tanquam venenum peſſimum ſerpat in vobis, cauere & an- G
32.quæ.7 teuenire neceſſarium eſt,ne quod in vobis adulterij occultum caleſcat incen
Quid in omnib. Et dium.Et quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Secundum nanque in
in decre. pœnis obtinet locum,quoniamquidem primum illi habent qui abbarrant à
Iuo.lib.7 Deo,etiam ſi ſobriè vixerint. Propter quod vos ô presbyri,Eccleſiam exco-
lite,& adornate ſponſam Chriſti ad pudicitiam, Sponſam autẽ dico omnem
Eccleſiæ congregationem. Quẹ ſi pudica inuenta fuerit à ſponſo ſuo, in-
gentibus ab eo donis & muneribus honorabitur,& vos velut miniſtri ſpon-
*al. extru ſæ &amici ſpõſi ingenti gaudio & lætitia profruemini.Si verò ſponſa hæc re
detur à re perta fuerit cõmaculata peccatis,ipſa quidẽ tanquã indigna*non tradetur re
galibus galibus thoris.Vos autem pœnas dabitis,ſi fortè per veſtram negligentiam
vel deſidiam obrepſerit contagio ſæua peccati.Idcirco ante omnia ſobrie-
tatis & pudicitiæ ſolicitudinem gerite. Valde enim apud Deum graue cri- H
men ducitur fornicatio,cuius ſpecies ſunt quidem plures, ſicut vobis & ipſe
Clemens diligenter exponet.Veruntamen prima ſpecies adulterij eſt, virum
propria vxore ſolummodo non eſſe contentum, & mulierem non proprio
1.Co.13.d tantum ſeruare ſe viro.Si ergo caſtus fuerit quis, poteſt & humanus et miſe-
ricors fieri,per quod et ipſe æternam à Deo miſericordiam cõſequatur.Sane
ſicut adulterij venenum cunctis malis pernitioſius eſt, ita amor fraternus et
charitas totius boni faſtigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres veſtros,
et cum religione ac miſericordia reſpicite ad omnes. Orphanis exhi-
bete voſmetipſos parentes. Viduis virorum curam impendite cum omni
caſtitate, quæ neceſſaria ſunt, præbentes. Iuniores tamen viduas nuptijs
copulate.His qui ignorant artificia,exquirite honeſtas aliquas occaſiones,

quibus

A quibus victum neceſſarium quærant.Artificibus verò operam præuidite, de 1,Pe.4.b.
bilibus miſericordiam facite.Scio autem hæc omnia facturos vos, ſi chari-
tatem præ cæteris, & ante omnia in veſtro corde figatis. Cuius charitatis &
recipiendæ & habendæ maximum erit fomentum, ſi frequenter inter voſ-
metipſos communem cibum veſtrum menſamque faciatis, & in quantum
vnuſquiſque præualet,crebrius panes ac ſales ſuos cum fratribus ſuis ſumat.
Per hęc enim præcipuè charitas comparatur,& cauſa totius boni in huiuſmo
di communione conſiſtit. Vbi autem pax & bonitas, ibi & ſalus.Propter
quod communes facite cibos veſtros cum his, qui ſecundum Deum fratres
ſunt,quia per hæc temporalia officia,pacis & charitatis fructibus gaudia æ-
terna merebimini. Multo autem ſolicitius eſurientes reficite, & ſitientibus Mat.25.d
potum date, nudis veſtimentum, ægros viſitate,& eos qui in carcere ſunt Idẽ in epi.
B (prout poſſibile eſt)iuuate,peregrinos ſatis promptè in domibus veſtris ſuſ Euariſti
cipite,Et ne omnia nunc ſingulatim dicam, omne bonum ipſa per ſe (ſi in papæ. 11.
vobis fuerit)charitas facere vos docebit, ſicut & contrario eos, qui à ſalute q.Siqui ex
alieni ſunt,omne malum facere odium docet.Si qui ex fratribus negotia ha-
bent inter ſe,apud cognitores ſeculi non iudicentur, ſed apud presbyteros
Eccleſiæ (quicquid illud eſt)dirimatur, & omni modo obediant ſtatutis
eorum. Super omnia autem auaritiam fugite, quæ homines occaſione
præſentis lucri ab æternis ſeparat bonis. Pondera, menſuras, ſtateras,
pro locis quibuſque æquiſſima cuſtodite,depoſita fideliter reſtituite. Quæ
omnia (& ſi qua ſunt ſimilia his) ita demum ſolicitè & diligenter imple-
bitis,ſi futurum iudicium Dei ſine intermiſſione in veſtro corde voluatis.
Quis enim peccare poterit,ſi ſemper ante oculos ſuos Dei iudicium ponat? Eccl:7.d.
C Quod in fine mundi certum eſt agitandum, vt tandem qui bene in hac vita
egerunt,conſequantur bona repoſita, peccatores autem vt conſequantur Ma.25.cd
præparatas pœnas,de quibus ita futuris dubitare omnino non poſſumus. Si
quidem hæc omnia ita eſſe ventura,verus nobis Propheta prædixit. Vnde &
vos,qui eſtis veri Prophetæ diſcipuli,abijcite à cordibus veſtris antè omnia
diſcordias & animorum diſſenſiones, ex quibus omne malum opus proce-
dit,& benignitatem ac ſimplicitatem tota mente ſeruate. Quod ſi fortè ali- Nota de
cuius vel cor,vel liuor,vel infidelitas,vel aliquod malum ex his (quæ ſuperi- confeſſiõe
us memorauimus)latenter irrepſerit, non erubeſcat (qui animæ ſuæ curam ſacramen-
gerit)confiteri hæc huic qui præeſt, vt ab ipſo per verbum Dei & conſili- tali.
um ſalubre curetur, quo poſſit integra fide & operibus bonis pœnas æterni
ignis effugere,& ad perpetuæ vitæ præmia peruenire. Diaconi verò Eccle- Diſt. 93.
D ſiæ tanquam oculi ſint Epiſcopi,oberrantes, & circunluſtrantes cum vere- Diaconi
cundia actus totius Eccleſię,& perſcrutantes diligentiùs,ſi quem videant Eccleſiæ.
vicinum fieri prẹcipitio,& proximum eſſe peccato,vt referant hęc ad Epiſ-
copum,& commoneri ab eo poſſit is,qui in prẹcipitium lapſurus eſt,vt re-
uocetur,& non corruat in peccatum.Negligentiores quoq;,& eos qui rari-
us ad audiendum verbum Dei accedunt,nec ſolicitè ad Epiſcopi tractatum
conueniũt,ipſi cõmoneãt,& hortentur.Si enim aſſidui ſunt ad audiendũ,nõ
ſolũ vitę ęternę ex ſalubri commonitione capiunt lucra,verum & quęcunq;
illę ſunt triſtitię vel mœrores,quę ex prẹſentis vitę neceſſitatibus & cladib.
temporum veniunt*quęcunque ſermonibus ſuis in corde velut iacula defi- *al.quæq;
xa circunferunt,abijciuntur omnia prẹdicatione veritatis,& vitę ęternę do- malorũſer
ctrina,& eruditione purgata.Alioquin,ſi multo tẽpore auditum ſubtrahant monib. in
corde ſuo.

à verbo

Universidad de Deusto Biblioteca

al. Deum amiserũt, spinis. à verbo Dei, & remaneant in cultu vitiorum, sine dubio*spinis erunt ac senti B
bus occupati Et quid aliud nisi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his
ergo (vt diximus) diaconis cura sit. Sed & eos qui secundum carnem ægro-
tant, solicitè perquirant, & plebi (si fortè plebs ignorat) indicent de his, vt et
ipsi visitent eos, & quæ necessaria sunt præbeant eis, cum conscientia eius q
Dist. 93. Diaconi Ecclesiæ. præest. Quod tamen etiam si clã fecerint, non peccabunt. Sed & de peregri-
nis, similiter Episcopo suggerant, refouendis, & cætera his similia, quæ ad
cultum Ecclesiæ & disciplinam eius pertinent, diaconis curæ sint. Qui cate-
chizant, id est, qui verbo instruunt, incipientes, primò oportet, quòd ipsi in-
structi sint. De anima enim agitur hominum. Et oportet eum qui docet &
instruit animas rudes, esse talem, vt pro ingenio discentium semetipsum pos-
sit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ip-
se præcipue apprime esse eruditus, & doctus, irreprehensibilis, maturus, im- F
pauidus, sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me. Multum est au-
tem, si ego nunc de singulis, quæ vnusquisque habere debeat, prosequar. Ve
runtamen illud est, quod præ cæteris ab omnibus vobis cupio in commune
seruari, vt concordiam teneatis, per quod solum potestis portum quietis in-
trare, & ciuitatem summi Regis (quæ pax nominatur) habitare. Similis nam-
que est omnis status Ecclesiæ magnæ naui, quæ per vndosum pelagus diuersis
è locis & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni vrbem properare
cupientes. Sit ergo nauis huius Dominus, ipse omnipotens Deus, gubernator
verò sit Christus. Tum demum proretæ officium Episcopus impleat, presby-
teri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant, hi qui catechizant,
nautologis conferantur, epibatis autem totius fraternitatis multitudo simi
lis sit, ipsum quoque mare hic mundus habeatur, ventorum verò varietates G
& turbinum, diuersis tentationibus conferantur, persequutiones, tribulati-
ones & pericula fluctibus exquantur. Terreni verò spiritus, qui vel de
torrentibus, vel de conuallibus spirant, pseudoprophetarum & seducto-
al. impbæ rum, seu* prauæ doctrinæ verba ducantur: promontoria verò & loca
confragosa hi qui in potestatibus seculi sunt iudices, & pericula minan-
tur & mortes. Bithalassa verò loca, quæ duplicibus vnde fallacis æsti-
bus verberantur, dubijs mente, & de repromissionum veritate nutantibus
conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discuti-
al. submersiones. unt. Hypocritæ autem & dolosi, piratis similes habeantur. Iam verò rapi-
dus vortex, & tartarea charybdis, & saxis illisa naufragia, ac mortiferæ* sub
uersiones, quid aliud æstimanda sunt, quàm peccata? Restat igitur, vt hæc na
uis cursu prospero, tuta possit portum desideratæ vrbis intrare, ita Deo pre- H
cem fundere conuenit nauigantes, vt mereantur audiri. Audiri autem à Deo
ita demũ merebitur quis, si orationes ipsæ bonis moribus & bonis operib. ad
iuuentur. Sed ante omnia cum quiete & silentio, epibatæ (id est, laici) in suis
vnusquisque resideant locis, ne fortè per inquietudinem, & inconditos inutilesq; discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel in alterum latus, per inquietudinem eorum, nauis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneant, & nihil omnino, quod ad diligẽtiam, vel ad disciplinam pertinet, diaconi negligant. Ptesbyteri velut nautæ aptent singula ad instructionem nauis diligenter, & instruant, quæ in suo tẽpore requirenda sunt. Episcopus tanquam proreta vigilanter & solicitè, gubernatoris verba custodiat Christi. Saluator Dominus, gubernator Ecclesiæ suæ dili

A suæ diligatur ab omnibus, & ipsius solius præceptis ac iussis credat & obe-
diat oĩs Ecclesia. Deo quoque indefinenter supplicetur à cunctis de prospe-
ritate ventorum, vt nauigantes omnem tribulationem, & omne periculum
superent, tanquam in mare profundum mundi istius, & vitæ humanæ pela-
gus nauigantes, in qua esuriendum sit & sitiendum, nuditatem quoque fe-
rendam, morbos etiam corporis & ægritudines tolerandas. Insuper & ho-
minum insidijs, ac dolo sæpe laborandum, quippe qui dispergendos se non-
nunquam nouerint, sed aliquando etiam congregandos, vomitus quoque
& suggillationes ferendas, quùm ex confusione peccatorum & reiectione
criminum, velut male congregatis in visceribus, fellis iactura facienda est, &
abijcienda prorsus è corde, omnis intrinsecus, quæ latet amaritudo peccati,
si qua fortè ex desiderijs iniquis, velut ex cibis noxijs, congregata est. Quã
B vtiq; quũ euomuerit quia & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur mor
bo, si tamen post vomitum, quæ ad sanitatem pertinent, sumat. Veruntamen
scitote cuncti, quòd supra omnes vos laboret Episcopus quia vnusquisq; ve-
strum suũ laborem fert, ille verò & suũ & singulorum. Propter quod, ô Cle-
mens, tãquam qui oĩbus præesse te noueris, singulos (prout potueris) iuua, &
singulos releua, & singulorũ onus, & solicitudinem portas. Vnde & ego nũc
hanc tibi iniũgens dispensationem, scio, quia accipio gratiam magis, quam
præsto. Sed esto confidens, & fortiter ferens, certus quia laboris tui meritum
recipies, quum ad portum quietis incolumem hanc prouexeris nauem, vbi
mercedes & præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium inco-
lumitate vigilaueris. Itaque si te multi è fratribus propter rigorem iustitiæ
odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex huiusmodi odijs amor
C tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis, & refuge, ne lauderis ab iniquis,
& ne à pessimè agentibus diligaris, sed potius propter iustitiæ dispensationẽ,
& æquissimam regulam disciplinæ, à Christo collaudari merearis. Hæc quũ
dixisset, & his similia quam plurima, rursum respiciens ad populum, dixit.
Sed & vos charissimi fratres, & conserui mei, huic qui præsidet vobis ad ve-
ritatem docendam, in omnibus obedite, scientes, quòd si quis hunc contri-
stauerit, Christum qui ei docendi credidit cathedram, non recipit. Et qui
Christum non susceperit, nec Deum patrem suscepisse iudicabitur, & ideo
nec ipse suscipietur in regno cœlorum. Propter quod satagite, ad omnem
collectam & congregationem semper conuenire, vt non velut negligentes
& desides à iudice Christo condẽnemini: Conuenientes verò semper ad Cle-
mentem date omnes operam pro ipso sentire, & summo studio fauorem ve-
D strem erga ipsum dependere, scientes, quia propter singulos vestrum ipsi ma-
gis soli infestus est inimicus, & in ipsum maiora suscitat bella. Oportet ergo
vos summo studio niti, vt omni erga illum vinculo amoris innexi, plenissi-
mo erga eum inhęreatis affectu. Sed & vos quoque ipsi vnanimes in omni
concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pari & consen-
su & vnanimitate possitis. Propter quod & nos salutẽ consequi, & ille possit,
obtemperantibus sibi vobis, prõptius impositi oneris pondus euehere. Quæ
dam ex vobis etiam ipsis intelligere debetis, si qua sint, quæ ipse propter insi-
dias hominum malorum non potest euidentius & manifestius proloqui.
Verbi gratia, Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt
ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis,
& voluntati eius absq; commonitione obsecundare, & auertere vos ab eo cui

Universidad de Deusto Biblioteca

Dist. 93. Et epi. decret. 3 Anacle, papæ cuius initiũ est, Benedict. Deus. Et similiter Fab. Papæ quæ incipit, Diuinis præceptis.

ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, vt vnus- E
quisque, qui in culpa est, dum cupit omniumvestrûm amicitias ferre, festinet
citius reconciliari ei, qui omnib. præest, vt per hoc redeat ad salutem, quùm
obedire cœperit monitis præsidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus
ipse amicus non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est
& ipse ex illis, qui exterminare volunt Ecclesiam Dei, & cum corpore vo-
biscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multò nequior ho
stis hic, quàm illi, qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per a-
micitiarum specem, quæ *inimica sunt, gerit, & Ecclesiam dispergit ac vastat
Et quùm hæc dixisset in medio coram omnibus manum mihi imposuit, &
in cathedra sua ingenti verecundia fatigatum, sedere me compulit. Quumq;
sedissem, hæc ad me rursum loquutus est. Deprecor te ô Clemens, coram om-
nibus, qui præsentes sunt, vt posteaquam (sicut Naturæ debitum est) vitæ præ- F
sentis finem fecero, Iacobo fratri Domini, descripta breuiter, vel quæ ad ini-
tium fidei tuæ spectant, vel etiam quos ante fidem *animos gesseris, sed quali
ter mihi ab initio vsque ad finem comes itineris, & actuum fueris, quæq; per
singulas ciuitates (me disputante) solicitus auditor exceperis, quique in præ-
dicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actuum, sed & qui me finis in
hac vrbe repererit (sicut dixi) omnia, quàm potest, breuiter comprehensa, ad
ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis, ne fortè multum de meo exitu
constristandus sit, quum id me pro pietate substinere non ambigat. Erit au-
tem ei grande solatium, si didicerit, quod post me non imperitus aliquis, aut
indoctus, aut ignorans, diuini verbi *mysterium, Ecclesiastici ordinis disci-
plinam, vel doctrinæ regulam nesciens, susceperit cathedram meam. Scit
enim, quia si indoctus & inscius officium doctoris accipiat, sine dubio dis- G
cipuli, & auditores ignorantiæ tenebris obuoluti, in interitum demergen-
tur. Vnde & ego, mi Domine Iacobe, quum hæc ab eo præcepta susceperim,
necesse habui implere, quod iusserat, indicans tibi, & de hisipsis, simul
& de illis breuiter comprehendens, quæ per singulas quasque vrbes digre-
diens, aut in prædicationis sermone protulit, aut in gestorum virtute per-
fecerit, quamuis tibi de his plurima iam, & plenius antè descripta, ipso iu-
bente transmiserim, sub eo ipso titulo, quem ipse præcepit affigi, id est,
Clementis itinerarium, non prædicationis Petri. Sed & nunc exponere
iam, quæ præcepit (Domino opem ferente) incipiam. Pœnitemi, inquit,
& veram agite pœnitentiam. Omnes ergo homines, qui Christiano cen-
sentur vocabulo, patrem, & filium, & spiritum sanctum vnum Deum, & H
Dominum veraciter credere, & confiteri, eumque tota mente, & toto cor-
de, & tota virtute diligere, & proximos suos tanquam semetipsos, docibiles-
que esse vsque ad perfectam doctrinam, ad hæc perficienda summopere o-
portet. Fides enim & dilectio, totius bonitatis est fundamentum. Sine fide
autem placere Deo nemo poterit. Christo itaque resurgente & ascendente in
cœlum, misso sancto spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in
vno positi, symbolum, quod fidelis nunc tenet Ecclesia, vnusquisque, quod
sensit, dicendo, condiderunt, vt discedentes ab inuicem, hanc regulam per
omnes gẽtes prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ recẽsentes, in
qua & integritas credulitatis ostenditur, & vnius Dei omnipotentis (id est,
sanctæ trinitatis) æqualtas declaratur, & mysterium incarnationis filij Dei,
qui pro salute humani generis à patre de cœlo descendens, de virgine nasci
dignatus

*al. inimici

Sal. annos

*al. ministerium

Heb. 11. a. Act. 1. 2.

A dignatus est, quoque ordine, vel quando mortem pertulerit quomodo sepu
tus surrexerit, & in carne ipsa cœlos ascenderit, ad dexteramq; patris conse-
derit, & iudex venturus sit, ac qualiter remissionem peccatorum sacro bap-
tismate renatis cõtulerit, & resurrectionem humani generis in eadem carne
in vitam æternam futuram, sic docuerunt. Symbolũ enim Græcè, Latinè col-
latio dicitur. Et hoc prædicti sancti Apostoli inter se per spiritum sanctum
salubriter (vt dictum est) condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc,
qui rectè crediderit, indicatur. Ergo cunctis credentibus quæ continentur in
præfato symbolo, salus animarum & vita perpetua bonis actibus præparatur
Et quod in primordio eiusdem symboli preponitur, Credo in Deum patrem
omnipotentem, præclarum fidei testimonium, & fundamentum in prima
fronte mõstratur, quia saluus esse poterit, qui rectè crediderit. Credere enim
B oportet accedentem ad Deum, quoniam corde creditur ad iustitiam, & ore
confessio fit ad salutem. Vnde ait Propheta: Credidi propter quod locutus Roma 10.
sum. Et illud: Iustus ex fide viuit. Et: Nisi crediderit is, non intelligetis. Ergo in
rebus humanis nullum opus incipitur, nisi labor omnis ad effectum venire
ctedatur. Vnde credendum est in Deum, à quo tam præsens vita, quam futu- Psal. 115.
ra tribuatur. Deus autem appellatio est substãtiæ sempiternæ, siue timoris di- Roma. 1.
uini. Igitur Deus sine principio, sine fine, simplex, incorporeus, & incompre- Abac. 2.
hensibilis. Patrem autem cum audis, agnosce quod habet filium veraciter ge- Esaiæ. 7.
nitum, sicut possessor dicitur, qui aliquid possidet, et Dominus, qui habet cui
dominetur. Deus ergo pater secreti sacramenti vocabulum est, cuius verè fi-
lius est verbum & speculum, & character, & imago viuens patris viuentis, in
omnibus patri similis, eiusdem Naturæ. In diuinitate genitus, & genitori per
C omnia coæqualis. Nec quæratur, quomodo genuit filium, quod & Angeli
nesciunt, Prophetis incognitum est. Vnde illud dictum est: Generationem Esaiæ. 53.
eius quis enarrabit? Quam secretam originem cum proprio filio, nouit ipse
solus qui genuit. Nec Deus à nobis discutiendus est, sed credẽdus, q̃ in nobis
ipsis nescimus, quod sapimus, quomodo sapientia, ingenium, aut intellectus
aut consilium, aut mens nostra generat verbum. Sed sufficit nosse, quia lux
genuit splendorem, sicut ait Propheta: In splendoribus sanctorum ex vtero Psal. 109.
ante Luciferum genui te. Et illud: Hic Deus noster, non reputabitur alter ad Baru. 3.
eum. Et pòst: In terra visus est, & inter homines conuersatus est. Diligere ergo Ibidem.
Deum, vnumquemque ex toto corde, & ex tota anima (vt præfixum est) et Matt. 22.
ex tota fortitudine oportet, et proximum tãquam semetipsum, respondente
Domino cuidam Scribarum, ac dicente. Primum omnium mandatum est:
D Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus. Et diliges Dominum Deum tu- Marc. 12.
um, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota
virtute tua, hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi: Dili-
ges proximum tuuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum nõ
est quod maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Vnde & in ve-
teri testamento scriptum habetur: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Et
Dominus ait: Omnia quęcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite Tobi. 4.
similiter illis. Quibus vtriusq; mandatis, per vnum malitia compescitur, & Matt. 7.
per *aliud benignitate propagatur, vt ne malum quis inferat, sed bonum im- Lucæ. 6.
pendat. Primum, vt caueat lædere. Secũdum, vt norit bonum prestare. Si enim *alterum.
fratrem quem vides nõ diligis, Deum quem non vides, quomodo potes dili- Ioan. 4.
gere? Sic ergo nos docet exercere curã nostram, vt nõ dimitamus curã vestrã,

Universidad de Deusto Biblioteca

& sic diligere nos,ne negligatur dilectio proximi. Quia Dei dilectio morti E
Canti. 8. comparatur,dicente Sapientia:Valida est dilectio vt mors, idcirco quia sicut
mors violenter separat animam à corpore, ita dilectio Dei separat animam
violenter à mundano & carnali amore.Qui enim,Dominus, inquit, diligit
Ioan. 14. me,mandata mea seruabit.Nam qui præcepta contemnit,Deum non diligit
Ioelis.14. Ioan. 15. Vnde scriptum est: Nolite putare,quod maneatis in dilectione mea, si non
seruaueritis præcepta mea.Neque enim Regem diligimus, si odio leges eius
habemus.Neq; enim ex toto corde poterit ille Deum diligere, qui noscitur
in proximi corruere dilectione,quia per dilectiõem proximi peruenitur ad
charitatem Christi,quoniam(vt prælibatum est)in his duobus præceptis to
Ma.22.d. ta lex pendet & Prophetę.Docibiles ergo,qui perfectè docti nõ sunt ad hęc
peragenda,oportet oẽs esse,& vt ipsi docti sint,& alios prudẽter instruere &
Dan.11.e. Nat.15.b. perfectè possint docere,iuxta Danielẽ Prophetã,q ait,Populus autẽ sciens De F
Mat.5.b. um suum,obtinebit & faciet,& docti in populo docebũt plurimos. Omnes
Dist.93. docibiles(vt iam dictum est)qui docti sunt,esse oportet, sed sacerdotes do-
Sacerdotes uerò. ctiores cæteris populis necesse fore docebat Christus dicens. Quia si cæcus
Mat. 5.o. cæco ducatum prestet,ambo in foueam cadunt.Sacerdotes vero sal terræ &
mundi lumen docens,præcepit in splendore bonorum operum patrem glo-
rificare Deum, de quibus Dominus ait,Beati estis, quùm maledixerint vo-
bis homines,& persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum
vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra
copiosa est in cœlis.Sic enim persequuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante
vos. Vos estis sal terrę:Quòd si sal euanuerit,in quo salietur? Ad nihilum va-
let vltra,nisi vt foras mittatur,& conculcetur ab hominibus. Non potest ci-
uitas abscondi supra montem posita,neque accendunt lucernam,& ponunt G
eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo
sunt, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Sic luceat lux vestra coram ho-
minibus,vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui
in cœlis est.Episcopos autem per singulas ciuitates, quibus ille non miserat,
perdoctos,& prudentes sicut serpentes,simplicesque sicut columbas (iuxta
Domini præceptionem)nobis mittere præcepit. Quod etiam facere incho-
auimus, & (Domino opem ferente) facturi sumus. Vos autem per vestras
diœceses Episcopos sacrate,& mittite,quia nos ad alias partes (quod idem
iussit)agere curabimus.Aliquos verò ad Gallias, Hispaniasq; mittemus, &
quosdam ad Germaniam & Italiã atq; ad reliquas gentes dirigere cupimus.
Vbi aũt ferociores & rebelliores gentes esse cognouerimus,illuc dirigere sa-
Dist. 80. In illis ciuitatibus. pientiores & austeriores necesse habemus, qui quotidie non cessent diuina H
saminare semina,& multos Christo lucrari,& ad rectam fidem & viam ve-
ritatis perducere,vt plures manipulos Domino valeant præsentare.In illis ve
rò ciuitatibus,in quibus olim apud Ethnicos * archiflamines eorum, atque
*al. primi sacerdotes flamines, aliás primi flamines. primi legis doctores erant,Episcoporũ primates poni, vel Patriarchas ordi-
nauit,qui reliquorum Episcoporũ iudicia & maiora(quoties necesse foret)
negotia in fide agitarent,& secundũ Dei voluntatẽ,sicut constituerunt san-
cti Apostoli,ita vt ne quis iniustè periclitaretur definirent.In illis autem ciui
tatibus,in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines (quos tamen
minores tenebãt q̃ memoratos primates) Archiepiscopos institui præcepit
q non tamẽ primatũ,sed & Archiepiscoporũ fruerentur nomine,Episcopo-
rũ quoq; iudicia(vt superius memoratũ est) & maiora Ecclesiarũ negotia, si
ipsi recla-

A ipsi reclamauerint,aut aliquem timorẽ,aut iustos vel alios suspectos habue-
rint,ad iam dictos primates vel patriarchas,ne*aliqs nocẽter periret,trãsfer- *al. quis innocẽter.
ri perdocuit. In singulis verò reliquis ciuitatibus, singulos & non binos vel *al. iussit.
ternos aut plures Episcopos cõstitui præcepit,qui nõ primatũ,aut Archiepi-
scoporũ,aut metropolitanorũ nomine(quia matres ciuitatũ non tenent)sed
Episcoporũ tantũ vocabulo potirẽtur,quoniã nec inter ipsos Apostolos par
institutio fuit,sed vnus omibus prę fuit. Hoc tamen præuidendum instituit, In decr.
ne in villis aut castellis vel modicis ciuitatibus instituerentur Episcopi, ne Iuo lib.2.
vile eorum nomen fieret. Episcopos ergo vicem Apostolorum gerere Do-
minum docuisse dicebat,& reliquorum discipulorum vicem tenere presby-
teros debere insinuabat.Et si quis aliquẽ ex his scandalizaret, grauissimã illi
pœnã inferri debere prædicabat. Cunctos se inuicẽ diligere,& adiuuare de-
B bere,& neminemab adiutorio fratris se subtrahere instruebat. Homicidas 7.q.1.Beatus Petrus
verò & adulteros ac cunctos criminalibus nexibus alligatos,& qui eis coæ- Mat.10.c
quales non erant,ab eorũ vexatione &accusatione(docente Dño)prohibe-
bat & nõ nisi à coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat,quia discipu
lũ supra magistrũ esse, aut vllã ei iniuriã inferre,nullatenus *debere oportet. *al. oportere decet.
Infames etiã oẽs, & quos primates & leges seculi nõ suscipiũt, sed & laicos
ab eorũ accusatione & vexatione semper repelli debere rogabat,& cunctos 2.q.7. Laici in accusatione.
illis subditos esse p̃cipiebat. Cũctorũ sacerdotũ vitã superiorẽ sanctioremq; 2.
ac discretã à secularibus & laicis hoĩbus esse,& spirituales quosq; atq; sacer-
dotes super carnales ac laicos semper constituendos docebat,qm̃ pro mini-
mo nobis esse debet,vt à talibus arguamur & iudicemur, vel ab alio huma-
no die.Maiores verò à minoribus nec accusari,nec iudicari, vllatenus posse
C dicebat:qm̃ nõ solùm hoc diuinas,sed & leges seculi inhibere docebat.Oẽs 1.Cor.4.d
ergo legũ diuinarũ libenter violatores & sacrarũ institutionum voluntariè
pturbatores,Ecclesiastica indignos regula & sancta cõmunione, iudicabat.
Operatores verò earundẽ,eisq; obedientes, vtrarumq; ac cæterorũ bonorũ
dignos esse dicebat. Vndè & Prophetas in testimoniũ sumebat. Audite cœli Esa.1.a
& auribus percipe terra,qm̃ Dñs loquutus est.Filios enutriui & exaltaui,ipsi
aũt spreuerũt me.Cognouit bos possessorẽ suũ,& asinus præsepe Dñi sui,Isra
ël aũt nõ cognouit me,& populus meus nõ intellexit. Væ gẽti peccatrici,po
pulo graui iniquitate,semini nequã,filijs sceleratis. Dereliquerũt domũ,bla
sphemauerunt sanctũ Israël,abalienati sunt retrorsum.Super quo percutiam
vos vltra addẽtes præuaricationẽ? Om̃e caput languidũ, & om̃e cor mœrẽs,
à planta pedis vsq; ad verticẽ nõ est in eo sanitas,Vulnus &liuor & plaga tu-
D mens nõ est circunligata,nec curata medicamine,neq; fota oleo. Terra ve-
stra deserta, ciuitates vestræ igne succensæ, regionem vestram coram vo-
bis alieni deuorant,&desolabitur sicut in vastitate hostili,& derelinquetur.
Væ (inquit) qui dicitis bonũ malum,& malum bonum, ponentes tenebras Esa.5.e
lucem,& lucem tenebras,ponentes amarum in dulce,& dulce in amarũ.Pro-
pterea captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiã, & nobiles
eius interierunt fame,& multitudo eius siti exaruit.Propterea dilatauit infer ibidẽ.c.d.
nus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino. Et descendent
fortes eius,& populus eius, & sublimes gloriosiq; eius ad eum. Et incurua-
bitur homo,& humiliabitur vir,& oculi sublimiũ deprimentur.Et exaltabi
tur Dñs exercituũ in iudicio,& Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.Car-
nales spiritualib.resistere phibebat.Et de his q ceruices suas cõtra magistros

Universidad de Deusto Biblioteca

Esa.14. c & seniores suos erigebant, hæc in exemplum adducebat. Detracta est ad in- B
feros superbia tua, concidit cadauer tuum. Subter te sternetur tinea & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris, Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo. In cœlum conscendam, supra astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teq; prospicient: Nunquid iste est vir, qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vinctis eius non aperuit carcerem? Ebrietatē oppido prohibebat, & ebriosos corpore & animo mortuos esse prædicabat. De quibus & in exemplum aiebat: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem
Esa.5.e sectandam & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara & ly- B
ra & tympanum & tybia & vinum in conuiuijs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Et iterum. Væ qui potentes
Esa.5.e estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israël blasphemauerūt. Ideo iratus est furor Domini in populo suo, & extendit manum suam super eum & percussit eum. Et conturbati sunt montes. Et facta sunt morticinia eorum quasi stercus in medio platearum. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Nullum etiam presbyterium in alicu
al. uolebat. ius Episcopi parœcia aliquid agere debere, absq; eius permissu docebat, sed G
& cunctos presbyteros proprijs Episcopis in omnibus absq; mora obediētes (instituente Domino) esse debere docebat. Nullum item aliena concupiscere aut præsumere, quæ eorum erant, sed vnumquemq; suis sibiq; cōmissis
*al. contentum abire oportere. *contentos esse docebat. Neminem etiā alicui aliquid facere, nisi quod sibi vellet fieri, instruebat. Sanctā quoq; Ecclesiam immaculatā omnes seruare de-
Tob.4.c bere euangelizabat, cuius claues Episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent po
Mat.16.c testatem, claudere cælum, & aperire portas eius, quia claues cœli facti sunt.
Zach.2.c Amouere aūt eos neminem debere docebat, quia oculi Domini sunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quanta pœna dignus sit, qui eos scan
Mat.18. d.b.c. dalizat, ipsum Dominum docuisse dicebat, vbi ait. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asina ria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo ab scan- H
dalis. Necesse est enim, vt veniant scandala. Veruntamen, væ homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te. Bonum est tibi, ad vitam ingredi debilem, quàm duas manus habētem mitti in gehennam ignis. Et si pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proijce abs te. Bonum est tibi, introire ad vitam claudum, quàm duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te. Bonum est tibi, vnum oculum habentem in vitam introire, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne cōtemnatis vnum ex his pusillis. Amen dico vobis: Quæcunque alligaueritis super terram, erunt alligata in cœlo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint

A senserint super terram de omni re quamcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi em̄ sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Et iterum per Prophetā loquitur dicens, Expauit, inquit, cœ Hier.2.e
lum super hoc, & horruit ampliùs vehementer, dicit Dominus. O intolerabilem malignitatem. O linguam iniquitatem loquentem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum. Impone homo tuæ Eccl.28.d
linguæ ostium & serā. Cessa cornu & in altitudinem extollens, & loquens aduersus Deum iniquitatem & proximum tuum. Quousq; insultas patienti Christo & fratribus? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmā conscientiā, in Christum grauiter peccatis, & rei iudicio effecti, infames efficiemini, & iustè repellemini. Et iterum per Prophetam loquitur dicēs. Vos aūt sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri, dicetur vo- Esa.61.b
B bis. Fortitudinē gentiū comedetis, & in gloria eorū superbietis. Pro confu- c d
sione vestra duplici & rubore laudabunt patrem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possiddebunt, & lætitia sempiterna erit eis. Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum. Et dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorū in medio populorum. Omnes qui videbunt eos, cognoscent eos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus. Gaudens Gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Quia induit me vestimento salutis & indumento iustitiæ circundedit me. Quasi spōsum decoratū corona, & quasi spōsam ornatā monilibus suis. Sicut em̄ terra profert germen suū, & sicut hortus semē suum germinat, sic Dns Deus germinabit iustitiā, & laudem coram vniuersis gentibus. Eos autem à solo Domino
C aut iudicandos aut remouendos, & nō ab alijs* esse dicebat, quia sui sunt, & *al. ideirco astruebat.
non alterius. Et quis est, qui alterius iudicet seruum? Nam si ista non patiuntur homines, nec Deus Deorū & Dns dominantium hæc vllatenus patitur. bat.
Vnde & Prophetas* sibi testes esse dicebat, per quos Dns loquitur dicens. Ec *al. eius rei testes proferebat.
ce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis. Propter me faciā, vt nō blasphemet, & gloriā meam alteri non dabo. Audi me Iacob & Israel, quē ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manus quo- Esa.48.b
que mea fundauit terrā, & dextera mea mensa est cœlos. Ego vocabo eos, & Esa.51.c
stabunt simul. Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternū erit, & iustitia mea non deficiet, Audite me, qui sci tis iustum, populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobriū hominū, & blasphemias eorū ne metuatis. Sicut em̄ vestimentum sic come-
D det eos vermis, & sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sem piternum erit, & iustitia mea in generationes generationū. Et iterum. Abscō Esa.40.g
dita est vita mea à Dno meo & à Deo meo iudiciū meū* transibit. Nunqd ne *al. transiit.
scis, aut nō audisti? Deus, sempiternus Dns, qui creauit terminos terræ, nō deficiet, neq; laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius. Qui dat lasso virtutem, & his (qui non sunt) fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmimatate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, & assument pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & nō deficient. Transeant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem. Accedant, & tunc loquantur, simul ad iudi- Esa.41.a
cium propinquemus. Hos autem qui eos vetant, aut amouere vel dānare nituntur, Dns per Prophetā damnat, & vsque ad satisfactionē eorum & Ecclesiæ

Universidad de Deusto Biblioteca

Esa.66.b sięę damnatos esse docebat,vbi ait:Talia elegerunt in vijs suis,& in abomina- B
tionibus suis anima eorum delectata est. Vnde & ego eligam illusiones eo-
rum,& damnationem adducam eis,quia loquutus sum eis,& non audierũt,
feceruntq; malum in oculis meis,& quæ nolui,elegerunt.Audite verbũ Do-
Esa.65. d mini,qui tremitis ad verbum eius.Dixerunt fratres vestri, odiẽtes vos & ab-
ijcientes propter nomen meum.Glorificetur Dominus,& videbimus in lęti-
tia vestra,ipsi autem confundentur.Non enim laborabunt frustra in contur
batione præsules mei,quia semen benedictorum Domini est.Antequam cla
ment,ego exaudiam,adhuc illis loquentibus ego audiam. Ad glorificãdum
se,& diuina mandata seminanda & euãgelizanda eos Dominus elegit,& nõ
vt prohibeantur aut perturbentur,suggerebat, quoniam qui eos lædit, eum
lædit, cuius legatione funguntur.Prædicare eos assiduè,& mandata Domi-
ni sine intermissione annunciare rogabat. Opera eorum bona coram homi B
nibus monstrare, & conscientiam bonam coram Deo habere insinuabat.
Omnes principes terræ & cunctos homines eis obedire, & capita sua sub-
mittere,eorumq; adiutores existere præcipiebat, vt omnes pariter fideles &
Esa.41. c cooperatores legis Dei monstrarentur,ne de eis dicatur:Confundentur & e-
rubescent omnes,qui pugnant aduersum te,& erunt quasi non sint, & peri-
bunt viri,qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non inuenies viros rebelles
tuos,Erunt,quasi non sint,& veluti consumptio hominis bellãtis aduersum
11.q.3.Si aũt uobis. te.Omnes ergo qui eis contraueniunt,ita damnatos & infames vsq; ad satis-
De pœniten.di. factionem monstrabat,& nisi conuerterentur, à liminibus Ecclesiæ alienos
1. Homici diorũ tria esse præcipiebat.Homicidiorum verò tria genera esse dicebat,& pœnã eorũ
parilem fore docebat.Sicut enim homicidas interfectores fratrum,ita & de-
tractores eorum eosq; odientes, homicidas esse manifestabat. Quia & qui G
occidit fratrem suum, & qui odit, & qui detrahit ei,pariter homicidæ esse
monstrantur. Omnes etiam à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus
animam abstinere,& bonam eorum conuersationem ac innocentem omni-
bus monstrare,rogabat. Ex corde enim cunctos attentiùs inuicem diligere
insinuabat,& veram fraternitatem inter se habere docebat. Quotidiana em̃
illius prædicatio inter cætera diuina mandata hæc erat,quam in eius exem-
plum etiam tibi frater charissime significare curaui. Bonorum, inquit,ope-
rum inter cætera semina ac negotia sunt, quantum vnusquisq; sapit & po-
Mat.22. d teſt,totius intimi cordis (vt prælibatum est) visceribus Deum diligere, &
Luc.10. e proximum velut seipsum.Abnegare seipsum sibi,vt Iesum Christum Domi-
Luc 9,c num nostrum sequatur, & nihil eius amori præponere, veritatem corde &
ore proferre debere,& totam spem suam Deo semper cõmittere. Instruebat H
Nota de confessione pœnitẽtiali. actus suæ vitæ omni hora custodire,& in omni loco Deum respicere,firmi-
ter scire cogitationes malas cordi suo aduenientes, mox ad Christum alli-
dere,& sacerdotibus Domini manifestare. Os suum à multo vel prauo col-
Sap.1,.c loquio custodire,& verba vana aut mendacia non loqui,quia os quod men
titur,occidit animam.Verba diuina libenter audire, & sacerdotibus suis li-
benter obtemperare atq; obbedientes esse docebat.Prædicationi & oratio-
ni ac lectioni frequenter incumbere, & eleemosynas veras perficere. Deside
Galat.5.c ria carnis non perficere, sed propriã frangere voluntatem, boni aliquid in se
*a. attribuere. quùm viderit,Deo*applicare, nõ sibi,& malum à se factũ cognoscat,& sibi
Psal.33. imputet.Multum loqui non amare, sed custodire labia sua,ne dolum aut ma
lum loquãtur,diem iudicij timere, gehennam cxpauescere vitam æternam
omni

A nam expauescere,vitam æternam omni concupiscentia desiderare, non oc-
cidere,non adulterari, non furtum facere, non rem proximi concupiscere, Deut.5.
non falsum testimonium dicere, sed omnes homines honorare, corpus cu-
stodire,vanas & caducas non amplecti delitias, ieiunium & vigilias sanctas
amare,pauperes recreare,nudos vestire,infirmos visitare,sitiẽtes potare,mor
tuos sepelire,& diligenter eorum exequias peragere, pro eisque orare, & e- De exequijs.
leemosynas dare. Dolentes consolari, & suis bonis refouere, & à malis a-
ctibus se alienum facere. Non esse superbum, non vinolentum, nec mul- 1.Tim.3.
tum edacem,non somnolentum,non pigrum , non murmuratorem,nec de-
tractorem, quia qui detrahit, non se, sed & multos alios occidit. Iram non
perficere,nec iracundiæ tempus reseruare. Dolum in corde non tenere, nec
pacem falsam *dare.Charitatem non derelinquere,nec iurare,ne fortè periu * prætendere.
B rium(quod absit) *fiat.Malum pro malo non reddere, nec iniuriam facere, * incurratur.
sed factam patienter sufferre.Inimicos diligere,maledicentes se non remale- * Castitatem.
dicere,sed magis benedicere,& persequutionem pro iustitia sustinere.*Cha-
ritatem amare,& nullum odio habere,quia qui odit fratrem suum,homici- 1.Ioan.3.
da est.Elationem fugere,zelum malum non habere, inuidiam non exercere,
nec cõtentionem amare.Cum discordantibus ante Solis occasum in pacem
redire,& de Dei misericordia nunquam desperare. Seniores venerari, & iu- 2.q.7.Sacerdotes
niores diligere.Episcopos,sacerdotes suos ac cunctos reliquos Ecclesiæ mi- Matt.21
nistros atq; omnem plebem sibi commissam, verbo diuino & mandato in-
struere & dirigere, hosq; omnes & eorum Episcopos tota animi virtute di-
ligere vt oculos suos, quia oculi sunt illorum. Eorum præceptis in omnibus
obedire,etiam si ipsi aliter(quod absit)agant,memores scilicet illius domi-
C nici præcepti:Quæ dicunt facite,quæ autem faciũt, facere nolite.Ipsi autem Matt.10.
Episcopi,si exorbitauerint,ab istis non sunt reprehendi vel arguendi,sed sup Luc.10.
portandi,nisi in fide errauerint. Illi ergo super istos sunt, non autem isti su-
per illos,quoniam maior à minori nec argui nec iudicari potest. Nullus se
extollat erga doctores ac magistros suos, quia discipulus super magistrum
esse non debet,nec potest.Nullus velit diei sanctus, antequã fit,sed prius fit,
vt veriùs dicatur.Præcepta Domini,doctorumq;,ac magistrorũ, factis quo-
tidie adimplere,& in Christi nomine pro inimicis orare oportet. Obedien- Eccl.1.b
tia em̃,& humiliatio,quæ magistris agitur, Domino exhibetur.Timor Do- Eccl.2.b
mini delectabit cor,& dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum.
Timenti Deũ, bene erit in extremis,& in die defunctionis suæ benedicetur.
Væ dissolutis corde,qui non credunt Deo, & resistunt mandatis eius,& in-
D obedientes ac contumaces sunt his, qui eius legatione funguntur, & ideo
non protegentur ab eo.Væ his,qui perdiderunt sustinẽtiam, qui dereliquerunt
vias rectas,& diuerterunt in vias prauas.Et quid facient,quùm inspicere
cœperit Dominus? Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo
illius& qui diligunt illum,conseruabunt viam illius.Qui timent Dn̄m,inq-
rent,quæ beneplacita sunt illi, & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.
Qui timent Dn̄m,prępparabunt corda sua,& in conspectu illius sanctificabũt
animas suas.Qui timent Dn̄m,custodiunt mandata illius,& patientiã habe-
bunt vsq; ad inspectionem illius,dicentes:Si pœnitentiã non egerimus,inci-
demus in manus Dei,& non in manus hominum:secundum enim magnitu
dinem illius,sic & misericordia ipsius cum ipso est.Venite,inquit,filij,audi- Psal.33.
te me,timorẽ Dn̄i docebo vos. Currite dum lumen vitæ habetis,ne tenebræ Ioan.12.f

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.33. mortis vos comprehendant. Omnis, qui vult vitam, & cupit videre dies bō E
nos, prohibeat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Di-
uertat à malo, & faciat bonū, inquirat pacem, & persequatur eam, quia oculi
Psal.31. Dñi super iustos, & aures eius ad præces eorum. Vultus aūt Dñi super facien-
Mat.8. tes mala, vt perdat de terra memoriā eorū. Propterea nolite fieri sicut equus
& mulus, in quibus non est intellectus. Sed lętamini in Domino, & exultate
iusti, & gloriamini omnes recti corde. Quia multi venient ab oriente & oc-
cidente (Domino dicente) & à septentrione atq; meridie, & recumbēt cum
Abraham, & Isaac, & Iacob. Propter quod, deprecor te frater charissime, vt
doceas attentiùs hunc prædicationis ordinem, & absolutionū dies, vt saluen
tur animæ hoīm, quæ occulta Dei virtute, quem debeant diligere, priusquā
doceantur, agnoscant. Operum verò ratio potestati, & arbitrio vniuscuiusq;
permittitur, & hoc ipsorum est proprium. Desiderium verò habere erga do- F
ctorem veritatis, hoc à patre cœlesti donatum est. Sed salus in eo est, vt volū-
tatem eius, cuius amorem & desiderium (Deo largiente) conceperis, facias,
Luc.6.g ne dicatur ille sermo eius ad nos, quem idem dixit. Quid aūt me dicitis Dñe,
Domine, & non facitis, quæ dico? Est ergo poprii muneris, vt vnusquisq; sit
(prout Dñs noster dederit) perfectus in Ecclesia, mittensq; semina diuina vt
Mat.13.g de nobis, non prædictus sermo, sed ille dicatur, quem alibi Dñs noster dixit,
ideò, inquit, oīs scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifa-
milias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Nullus ergo, inquit, impe
diat ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permutet
vices, sed primò, quæ sit iustitia eius, quæ voluntas, requiramus, vt bonis ope
ribus ac Dei gratia repleamur. Deus enim his, qui rectè sentiunt, & bona a-
gunt, præsto est, quoniam his manifestat seipsum. Nam si quis velit (antequā G
actus suos emendet) de his requirere, quæ non potest inuenire, stulta & inef-
ficax erit huiusmodi inquisitio. Tempus enim breue est, & in iudicio Dei
gestorum causa agitur, non quæstionum. Ideoq;, ante omnia hoc quęramus,
quid nos, aut qualiter agere oporteat, vt æternam vitam cōsequi mereamur.
Nam si exiguū hoc tempus vitæ per inanes occupemus & inutiles quæstio-
nes, inanes sine dubio, & vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, vbi iu
dicium operum nostrorum fiet. Vnaquæq; etenim res suum tempus habet,
& locum. Operū hic locus, hoc tempus est, meritorum seculum futurū. Cur-
ratur igitur per viam mandatorum Dei, & ab eorum, & præceptorū Dñi in-
stitutis, & à spiritus sancti doctrina non recedatur. Quapropter præparanda
sunt corda nostra, ac corpora, sanctę mandatorū eius, suorumq; Episcoporū
ac prædicatorū obedientiæ militatura, vt suæ gratiæ iubeat nobis auxilium H
ministrari, & fugientes gehennę pœnam, ad vitam valeamus omnes peruenire
æternā. Hæc itaq;, frater charissime Iacobe, ab ore sancti Petri iubentis ac-
cepi, tibiq; (vt optabas) insinuare studui, vt seruari omnia immaculata præ-
cipias, quia Ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter expleri ne-
gotia. Hæc ergo præcepta nemo credat absq; sui periculo negligere, vel dis-
simulare, quia in iudicio Dei ignis æterni tormenta sustinebit, qui Ecclesia-
*al. ut, quod perpetuū est, expetet, &c. stica decreta neglexerit. Qui verò te audierit (vt iusserat minister Christi Ie-
su) gloriam accipiet. Qui autem non audierit, imò loquentem Dominū per
te, ipse sibi damnationem accipiet. Curandum ergo, & attendendum est no-
bis omnibus, *quod in perpetuum expedit, vt Christi passionibus per patien
tiam participemus, atq; regni eius mereamur esse consortes, Amen.

EPISTO-

A EPISTOLA SECVNDA CLEMENTIS PAPAE, AD IACOBUM fratrem Domini, de sacris vestibus vel vasis.

B CLEMENS Romanæ Ecclesiæ pręsul, Iacobo charissimo Hierosolymorum Episcopo. Quoniā, sicut à beato Petro Apostolo accepimus, omniū Apostolorum patre, qui claues regni cœlestis accepit, qualiter tenere debemus de sacramentis, quæ geruntur in sanctis, te ex ordine nos decet instruere. Tribus enim gradibus commissa sunt sacramēta diuinorū secretorū, id est, præsbytero, diacono, & ministro, qui cum timore & tremore *clericorum, reliquias fragmentorū corporis dominici custodire debent, ne qua putredo in sacrario inueniatur, ne quùm negligenter agitur, portioni corporis Dñi grauis inferatur iniuria. Cōmunio em corporis Dñi nostri Iesu Christi si negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, graui anathemate, & digna humiliationis plaga feriatur. Certè tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeāt. Quod si remāserint, in crastinū nō reseruentur, sed cum timore & tremore, clericorū diligentia cōsumantur. Qui aūt residua corporis Dñi, quę in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad cōmunes accipiendos cibos cōueniant, ne putent sanctæ portioni cōmiscere cibum, qui per aqualiculos C digestus in secessum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, vsq; ad sextam ieiunent ministri, qui eam cōsumpserunt. Et si tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vsq; ad vesperā. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta. De vasis sanè sacris ita gerendum est. Altaris palla *cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quoniam nō licet ea, quæ in sanctuario fuerint, male tractari, sed incendio vniuersa tradantur. Cineres quoq; eorū in baptisterio inferantur, vbi nullus *transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pauimentorū iactentur, ne introeūtium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obuoluendum, aut diaconus scapulas operire velit, quæ fuit in altari, aut certè quæ data est in mensam Domini. Qui hæc fecerit, vel leuiter quasi nihil, & negligenter habuerit diuina *mysteria. Diaconus trien- D nio, sexq; mensibus à dominico alienus erit altari, graui percussus anathemate. Quod si clericum presbyter non cōmonuerit, decem annis & quinq; mensibus excōmunicatus sit, propter quod de dominicis sacramentis subiecta sibi non cōmonuerit ministeria, & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur Ecclesiæ. Pallas verò & vela, quæ in sanctuarij sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris *iuxta sacrarium lauent, nō eijciētes foras à sacrario velamina dominicæ mensę, ne fortè puluis dominici corporis male decidat, à sindone foris abluto, & erit hęc operāti peccatum, idcircò, intra sacrarium, ministris præcipimus, hæc sancta cum diligentia custodire. Sanè peluis noua comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipsa peluis velis apponatur lauandis, nisi quæ ad dominici altaris cultum pertinent. Pallæ altaris solę in ea lauentur, & in alia, vela ianuarū. De velis aūt

De consē. di.2. Tribus gradibus.

*al. Dei.

De cons. dis. Tribus gradibus uel, Tanta in. Et in decre. Iuo. lib. 1.

De cons. dis. 1. Altaris palla.

*al. cātera

*al. transitus habeatur.

De cons. dis. 1. Nemo per

*al. ministeria.

*al. nō habet, iuxta sacrariū.

Universidad de Deusto Biblioteca

De cons. di.2.Trib. grad. per ag. Tanta im.

ianuarũ cura sit ostiarijs ex admonitione maiorũ, ne quis negligens aut ignarus, ad velum ianuæ domus Dñi manus inconditè tergat, sed statim, coercitus, discat oĩs homo, quia velũ atrij domus Dñi sanctũ est. Præcipimus etiã, ne* excommunicato Ecclesiæ, siue laico, de fragmentis oblationũ Dñi ponatur ad mensam. Vnde scis tu, qui passim* sacrarij panes indignis impendis, vnde nosti, si à mulieribus mundi sunt hi, quibus impendis? Hinc & Dauid, ab Abimelech sacerdote interrogatus, quùm panes sibi ad comedendũ posceret, si mundus esset à muliere, quùm se mundum ante triduum ꝓfiteretur, panes propositionis manducauit. Ad dominica autem* mysteria tales eligãtur, qui ante ordinationẽ suã coniuges suas nõ *nouerint. Quod si post ordinationẽ, ministro altaris cõtigerit propriũ inuadere cubile vxoris, sacrarij non intret limina, nec sacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationẽ suscipiat, nec ad dominici corporis *portationẽ accedat, nec aquã sacerdotibus porrigat ad manus. Sed ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vrceum siue calicem, ad altare* non sufferat, Si fortè quispiã presbyter, siue diaconus, sacrarij sindonẽ, vel velũ, subtracta vendiderit, Iudæ Iscariotis similis æstimabitur. Qui propter cupiditatẽ fecerit hoc opus, nouerit se suprà dicti Iudæ suscepturũ pœnã. Clericus verò solus ad fœminæ tabernaculum nõ accedat, nec ꝓperet, sine maioris natu principis iussione. Nec presbyter solus cum sola adiũgatur, sed duobus adductis testibus, visitet infirmã. Nec solus cum sola fœmina fabulas misceat, Nec archidiaconus, aut diaconus, sub prætextu officij humilitatis frequentet domicilia matronarum, aut fortè per clericos, aut domesticos eius, matronę mãdent secreti aliquid. Si cognitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur Ecclesiæ. Sed, si fortè aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio interuentu, ipse pergat. Sin aũt, de latere suo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc* sanare debeant. Sanè ad visitandã mulierẽ infirmã, nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus aut tribus. Nemo tñ clericorum cum extranea habitet fœmina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cum magna sollicitudine fiat. Nõ ignoramus malitias Satanæ, Vniuersa hæc cum mansuetudine Ecclesiastica, cõplenda sunt ministeria. Negotiũ eñ Dei non decet negligenter expleri. Iterum atque iterum de fragmentis dominici corporis demandamus: Calicem verò, ad perferendum sanguinẽ Domini, præparatum cum tota munditia ministerij, minister præparet, ne non bene lotus calix, diacono peccatũ fiat offerẽti. Ita cum oñi honestate cũcta (quę suprà exposuimus) oportet impleri. Tales ad ministerium eligantur clerici, qui dignè possunt dominica sacramẽta tractare. Melius est eñ Dñi sacerdoti, paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, q̃ onus graue ordinatori adducant. A principio epistolę vsq; ad hunc locum de sacramentis delegaui bene intuendis, vbi nõ muriũ stercora inter fragmenta dominicæ portionis appareãt, neq; putrida per negligentiã remaneãt clericorum, & cõuenientes, qui accipere sibi medicinã desiderant, putrida quùm viderint, magis cum ridiculo & fastidio videãtur accipere & in peccatum magis decidant, per negligentiã clericorũ. Quapropter, nemo clericorum vltra hæc dissimulet, aut negligere vllatenus audeat, sed libenter, quæ iussa sunt, expleat, & sacramenta diuina nequaquam negligẽter contrectet. Ideoq; tam iuuenes, q̃ senes, de his, & de omni conuersatione sua, & conuersione, & pœnitẽtia valde esse solicitos oportet, satisq; agere vt hæc

1.Re.21.b

16.q.4.Si fortè.

Mat.27.a

2.Cor.2.c

Dist.23. Tales ad.

*al.exterо. *al.externo. *al.sanctuarij. *al.ministeria. *al.reliquerunt. *al.portionem. *al.suggerat. *al.scire.

condignè

condignè agant, & de reliquo ornent tam clerici, quàm seculares, animas suas ornamẽtis dignissimis, dogmatib. scilicet veritatis, decore pudicitiæ, splẽdore iustitiæ, candore pietatis, alijsq; omnibus, quibus cõpositam* decet esse rationabilem mentem. Tum præterea declinare à consortijs inhonestis & infidelibus, & societates habere fidelium, atq; illos frequentare conuentus, in q̃bus de pudicitia, de iustitia, de pietate tractatur. Orare semper Deũ ex toto corde, & ab ipso petere, quæ decet, ipsi gratias agere, veram pœnitudinem gerere præteritorum gestorum, aliquantulum etiam (si possibile est) per misericordias pauperum iuuare pœnitentiam. Per hæc enim facilior venia dabitur, & indulgenti citius indulgebitur. Quòd si prouectioris ætatis sit is, qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo, quòd postquam* finis est omnis impetus concupiscentiæ carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam, insurgentes aduersus animam, reprimat corporis* volũtates. Super est ergo ei, in agnitiõe veritatis, et misericordiæ operibus exerceri, vt afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum conuersionis ostenditur, & non in deuotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifestę sunt mentes, *quia nõ temporum rationem colligit, sed animorum. Ipse enim probat, si quis agnita veritatis prædicatione, nõ distulit, neq; tempus negligendo consumpsit, sed statim, & (si dici potest) eodem momento præterita per horrescens, fururorũ desiderium cœpit, & in amorem regni cœlestis exarsit. Propter quod nemo vestrum vltra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad Euangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, quia quùm diues factus fuero, tunc cõuertar. Non requirit à te Deus pecuniam, sed animum misericordem, & piam mentẽ. Neq; diues conuersionem suam differat, pro sollicitudine seculari, dum cogitat, quomodo dispenset abundantiam frugum. Neq; dicat intra se metipsum. Quid faciam, vbi recondam fructus meos? Neq; dicat animę suæ. Habes multa bona reposita in annos multos, epulare, & lætare. Nam dicetur ei, Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ parasti, cuius erunt? Ita que festinet ad pœnitentiã omis ætas omis sexus, omnisq; conditio, vt vitã consequatur æternam. Iuuenes quidem in eo grati sint, quòd in ipso impetu desideriorum, ceruices suas iugo subijciunt disciplinæ. Senes & ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem, in qua male præuenti sunt, pro Dei *amore commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur. Quæ enim causæ cunctandi est, ad benè agendũ? Animus sibi male conscius, dum videtur sibi nullam pœnam pati, credit, quia non iudicet Dominus, quùm abuti patientia Dei, & non intelligere parcentis benignitatem, iam sit magna damnatio. Vnde scriptũ est. Maledictus omnis, qui opus Domini negligenter agit: qua propter, pastoralis ordinis est, infatigabiliter reuocare, quicquid ad correctionẽ populorum, imò magis filiorum spiritualiũ (quantũ est fas intelligere) cognouerit pertinere, & non (quod absit) cum suo periculo alienæ ꝓpriæ negligentiã, facere detrimentũ, sed quod ad generalis salutis spectat cõpendiũ, salubri necesse est prouidere tractatu. Homini religioso parũ esse debet, inimicitias aliorũ non exercere, vel non augere, male loquendo, nisi eas etiã extinguere, bene loquendo studuerit. Ecce oris nostri buccina ad aures hominum personamus, neque se deinceps excusabit non monitũ, qui quod seq̃ debeat, tam verbis, quàm literis edocetur. Qualis autẽ cendemnatio, & qualis imminet maledictio his, qui in patres peccant, diuina nos docet scriptura. Si enim

*al.cõptã.

*al.fractã.

*al.uoluptates.

*al.qui.

Luc.12.c.

*timore.

Hie.48.b

2.q.7.Sacerdotes et reliqui. Gen.9.c. ra.Si enim Cham filius Noë, quùm vidisset nudum suum patrem, quoniam E
non cooperuit patris corporalis nuditatem,sed egressus,nunciauit eam fra-
tribus,& illi vestimento eum cooperuerunt,ipse quidem Chã, & illi,qui ex
eo nati sunt,sub maledicto facti sunt,qui autem cooperuerunt:magnam be-
nedictionem meruerunt,multò magis isti maiore & ampliore condemnati
one digni sunt,qui patribus obuiare,aut contra eos insurgere nituntur,aut in
iuriã vel contumeliã eis inferre moliuntur,quoniam,qui eis resistit,Deo re-
sistit.Et qui eis iniuriã vel contumeliã facit,Deo cuius legatione funguntur,
Hier.2.c. facit.Expauit cœlum super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Do-
Ec. 28.d. minus.O intolerabilem malignitatem. O linguam loquentem iniquitatem
contra Deum,& mentem in altitudinem cornu extollentem.Et iterũ. Impo
ne homo tuæ linguæ ostium & seram.Cessa,in altitudinem cornu extollens,
& loquens aduersus Deum iniquitatem,& proximum tuum.Quousq; insul F
tas patienti Christo,& fratribus?Hæc nos familiarius docebat,& hæc nobis
1.Pe.3.b. et Iac.4.b publicitus prædictus magister & instructor atq; ordinator noster princeps
Apostolorum Petrus,in Ecclesia prædicabat,exemplũ dans, vt & nos simili-
ter faciamus.Humiliamini,inquit,in cõspectu Domini,&exaltabit vos.No-
lite detrahere alterutrum,quoniam qui detrahit fratri,aut qui iudicat fratrẽ
suum ,detrahit legi, & iudicat legem. Qui autem iudicat legẽ, non est factor
legis,sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex,qui potest perdere & libe-
rare. Tu autem quis es,qui iudicas proximum?Non oportet . Non præcepit
nos iudicare inuicem,sed magis auxiliũ ferre. Væ erit,inquit, his qui fratres
tribulant,& eis,qui eos persequuntur. Vos autem, quantò amplius tribula-
mini,tantò purgatiores atq; beatiores efficiemini,si tamẽ ipsa tribulatio pa-
Matt.5.a. tienter fuerit supportata.Quod etiamipse nos Dominus docuit.Beati qui p- G
sequutionem patiuntur propter iustitiam.Et item.Beati eritis,quùm vos ode
rint homines,& persequuti vos fuerint, & eiecerint nomen vestrum tanquã
malum. Gaudete in illa die exultate , quoniam merces vestra multa est in
Mat.22.d cœlo. Vnde & ipse ait.Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,&
ex tota anima tua,& ex totis viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum.
Non enim , inquit, rectè diligit Deum , qui fratrem insequitur, nec diligit
proximum,qui ei detrahit,vel qui illum accusat,quia quod sibi quis fieri nõ
Tob.4.c vult,hoc alteri nullatenus facere debet. Discite,inquit , filij mei sapientiam,
Sap.6.a & tenetote fidem rectam,& amplectimini charitatem,vt non excidatis. Da-
ta est enim vobis à Domino potestas & virtus ab altissimo,qui interrogabit
Ibidem.b opera vestra,& cogitationes scrutabitur vestras.Qui autem custodierint iu-
stitiam,iustè iudicabuntur,& qui crediderint iusta,iustè inuenient, quid re- H
spondeant,Semper cauetote.Præcepit enim , ne aliquando peccato consen-
16.q.7.Ecclesias per & de cõs. dist.1.Ecclesias. tiamus,& prætermittamus præcepta Dei nostri. Ecclesias per congrua & vti
lia facite loca*quæ diuinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdo-
tes,diuinis orationibus Deo dicatos,poni.Quos ab omnibus venerari opor-
tet,& non à quoquam grauari.Semper vitate mala , & pro animabus vestris
*al. quas. ne confundamini dicere verũ.Mendacia fugite,& veritatem corde proferte,
quoniam multos iam supplantauit suspicio. Charitatem semper diligite, &
Luc.10.c. Marci.9. fratres adiuuate.Erunt enim , quasi non sint , & peribunt viri,qui contradi-
*al.nos, p vobis. cunt vobis.Vnde & Dominus ait.Qui vos audit,me audit,& qui vos spernit
me spernit,& qui spernit me,spernit eum , qui me misit. Et item, Qui enim
non est aduersum*vos, pro vobis est . Quisquis enim potũ dederit vobis ca-
licem aquæ

A licem,aquæ in nomine meo(quia Christi estis)amen dico vobis,non perdet
mercedem suam.Et qui scandalizauerit vnum ex his pusillis, credentibus in
me,bonum est ei magis,si circundaretur mola asinaria collo eius , & in ma-
re mitteretur.Et si scandalizauerit te manus tua,abscinde illam , bonum est
tibi , debilem introire in vitam,quàm duas manus habentem , ire in gehen-
nam,in ignem inextinguibilem,vbi vermis eorum non moritur , & ignis nõ
extinguitur.Et si pes tuus scandalizat te,amputa illum.Bonum est tibi , clau-
dum introire in vitam æternam , quàm duos pedes habentem, mitti in ge-
hennam ignis inextinguibilis,vbi vermis eorum non moritur , & ignis non
extinguitur.Quod si oculus tuus scandalizat te,eijce eum . Bonum est tibi
luscum introire in regnum Dei , quàm duos oculos habentem , mitti in ge-
hennam ignis,vbi vermis eorum non moritur,& ignis non extinguitur.Om
B nis enim homo igne salietur,&omnis victima*salietur.Bonum est sal.Quod *al.sale.salitur.
si sal insulsum fuerit,in quo illud salietis?Habete sal in vobis , & pacem ha-
bete inter vos,quia quisquis vestrum rectè docuerit,& iustè vixerit, habebit
gloriam.Qui autem secus egerit,indubitanter pœnam sustinebit.Ideo bona
agere vos semper oportet,vt brauium æternæ vitæ percipiatis.His ergo bene
parete sententijs.* Ne quis hæc præcepta minimè credat implenda,& iudi- *al. Nec.
cio Dei æterni ignis tormenta sustineat , qui Ecclesiastici operis sacra negle-
xerit.Hæc igitur , frater Iacobe , de ore sancti Petri iubentis audiui . Si quis
præcepta hæc non integra custodierit,sit anathema vsque ad aduentum Do-
mini nostri Iesu Christi.Hæc præcepta à sancto Petro Apostolo accepi , &
tibi,frater charissime , insinuare curaui , vt seruari omnia præcipias sine ma-
cula.Si quis verò audierit te,vtilis erit minister Iesu Christi . Qui autem non
C audierit te,imò loquentem Dominum per te,ipse sibi damnationem
accipiet.Omnipotens Deus , charissime , sua te protectio-
ne custodiat , atque ad cœlestis remuneratio-
nem patriæ,multiplici animarum fructu
perducat.Deus te iterum iterumq;
incolumẽ custodiat reuerẽ
tissime frater.
Amen.

ARGV-

ARGVMENTVM TERTIAE EPISTOLAE CLEMENTIS, PER IOAN. SICHARDVM.

POSTquam ordines ministeriorum in Ecclesia, quos per capita, ut uisum fuit nascenti Christianismo conuenire, Clemens digesserat: proprius aliquanto nunc officia docet, & summã Christianæ uitæ totam compẽdio complectitur. Præter alia tamen, eorum officium, quale esse debeat ostendit erga Episcopos, qui uitæ ab his præcepta capiunt. Per occasionem hic principes, magistratus, plebẽ, ipsosq; adeo Episcopos obtestans, ne scripturæ diuinæ ita se accommodent, ut alienum aliquem sensum, & Christo indignum aliunde afferant, sed ex ipsa scriptura, auctore uero Propheta, exculpant. Vnde uidetur planè epistola illa, præter alias faciẽ habere synceræ illius doctrinæ primitiuæ Ecclesiæ, quã tamẽ hac tempestate tantis errorũ & diſsidiorũ fluctibus iactati, uix per transennam agnoscimus amplius. Porrò admonendus est lector, ea quæ hic leguntur pulcherrimè commixta, tanquam cumulo, hæc eadẽ in Recognitionem libris sparsim legi, ut uerisimile uideatur mihi, hanc à studioso aliquo Clementis cõscriptam potius, quam ab ipso Clemente: quod tamen nec urgere nos magnopere debet, magis de re solicitos, quàm auctore, cùm extra controuersiam sit, eiusmodi hanc esse epistolam, quæ uel publicè in Ecclesijs legi poßit.

EPISTOLA TERTIA
CLEMENTIS PAPAE PRIMI, DE OFficio sacerdotis & clericorum, Rufino Torano Aquiliense interprete.

CLEMENS vrbis Romæ Episcopus, omnibus Coepiscopis, presbyteris, diaconibus, ac reliquis clericis & cunctis principibus, maioribus minoribúsue, omnib. generaliter fidelibus benedictio, claritas & gloria in gratia Dei, quæ data est nobis in Christo Iesu Domino nostro. Vrget nos fratres, multus amor vester, & religiosa inuitat deuotio, quia debitores sumus, vt quædam vobis scribamus. Vos ergo, qui sacerdotio Domini fruimini, & in specula estis positi, plus scire oportet, vt subditos vobis populos pleniter docere possitis, eiq; ad regna cœlorum ducatum præbere, Deo annuente, valeatis. Vnde & ipsa per se veritas ait. Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei, cæteris aũt in parabolis, & reliqua. Propter quod cõsilium do vnicuiq; vestrum, constanter docere verba diuina, discentibus libenter accommodare aurem verbo Dei. Vestrum enim, quia legatione Domini fungimini, est docere populos, eorum verò est, vobis obedire vt Deo. Si autem vobis Episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac sub diaconi, & reliqui clerici, omnesque principes, tam maioris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi, tribus & linguæ non obtemperauerint, non solum infames, sed & extorres à regno Dei, & consortio fidelium, ac à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrum est, eos instruere, eorum est, vobis obedire vt Deo, cuius legatione fungimini dicente Domino. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Et qui vos recipit, me recipit, et qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Nihil enim iniustius vel inhonestius est, quàm filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos

Ma. 13. b. Mar. 4. b. Luc. 8. b. & est ibi in forma. 11. q. 3. Si aũt uobis. Luc. 10. c Ma. 10. d.

vel laicos doctoribus, seu discipulos magistris inobedientes vel proteruos existere. Nouimus enim primum hominem per obedientiam cecidisse, idcirco omnes hoc vitium summopere cauere monemus. Et quia Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, Dominus noster mittens vos vice sua in loco Apostolorum ad prædicandum, præcepit vobis docere omnes, omnesque vobis fideliter obedientes, vt ipsi existere, quoniam nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen, & irrigata germinauerit & pariat, quæ est paritura. Sic & omnis homo, qui libenter non reciperit verbum Dei, illudq; in corde suo germinare non siuerit, ac minimè crediderit doctoribus & Episcopis suis, non beneuolus, sed rebellis atq; inobediens extiterit, fructum non germinabit, nec pariet, sed similis est arbori illi, de qua Dominus ait: Oĩs arbor quę nõ facit fructũ bonũ, excidetur & in ignẽ mittetur. Primus enim Pontifex Aaron, chrismate compositionis peruncrus, princeps populi fuit, & tanquam Rex primitias, & tributum per capita accepit à populo, et iudicãdi populũ sorte suscepta, de mũdis inmũdisq; iudicabat. Sed et si alius ex ipso vnguento peruncrus est, virtute inde concepta, etiã ipse Rex aut Propheta aut Pontifex fiebat. Quòd si temporalis gratia & ab hominibus composita, tantum potuit, intelligere iam, quantum sit illud vnguentum quod à Deo de virgulto vitæ prolatum est, quùm hoc quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præsenti seculo Propheta gloriosius, Pontifice clarius, Rege sublimus? Omnis enim pontifex sacro chrismate peruncrus, & in ciuitate cõstitutus, scripturis sacris*conditus, charus & pretiosus hominib. oppidò esse debet. Quẽ, quasi Christi locũ tenentẽ, honorare oẽs debẽt, eiq; seruire, & obedientes ad salutẽ suã fideliter existere, scientes quòd siue honor, siue iniuria, quæ ei defertur, in Christum redundat, & à Christo in Deum. Audire ergo eũ attentẽ oportet, & ab ipso suscipere doctrinã fidei, monita aũt vitæ à presbyteris inquirere, à diaconib. verò ordinẽ disciplinæ. Propter quod deprecor vos conseruos & adiutores meos, vt discatis attẽtius animarũ curã gerere, & pro oĩbus stare, maximè tamẽ pro his qui in cultu diuino laborant. Ecclesiarũ oĩm curã habetote, seruisq; earũ adiutoriũ præbete, viduarũ religiosam curam gerite, pupillos enixius*liberate, pauperibus misericordiã facite, iuuenes pudicitiam docete. Et (vt breuiter totũ dicam) alterutrũ vos in quibus res poposcerit, sustẽtate, Deum colite, qui creauit cœlũ & terrã, & Christo credite, inuicem vos diligite, & misericordes estote in oẽs, non verbo solo, sed opere & rebus implete charitatẽ. Agite pro viribus, conserui dilectissimi, quia bonũ est, vt vnusquisq; vestrũ, secundũ quod potest, prosit accedentibus ad fidẽ religionis nostræ. Et ideo nõ vos pigeat, secundum sapientiã, quæ vobis p Dei prouidentiam collata est, instruere ignaros, & docere. Desiderium ergo habere omnes erga doctorẽ veritatis, eumq; vt oculos suos amare oportet, quia et ipsum populũ sibi cõmissum, ceu proprios filios amare & docere cõdecet. Hoc enim ei à patre cœlesti donatũ est. Sed & salus in eo est, vt voluntatẽ eius, cuius amorẽ & desideriũ, Deo largiente, cõceperint, faciant. Si quis ergo fidelis voluerit existere, & desiderat baptizari, exutis prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cœlestium ex gestis proprijs fiat. Accedat aũt, qui vult, ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suũ, atque ab eo audiat mysteria regni cœlorum, ieiunijs frequentib. operã impendat, ac semetipsum in omnib. probet, vt tribus mẽsibus iã consummando, in die festo pos-

Iacob. 4. b et 1. P. 5. b. Mat. 3. a. *al. eruditus. Dist. 25. Audire Episcopũ. *al. iuuate

Universidad de Deusto Biblioteca

festo possit baptizari: baptizetur autem vnusquisq; in aquis perennibus, no- B
mine trinæ beatitudinis inuocato super se, perunctus primò oleo per oratio
Di.38 Nullus Episcopus. nem sanctificato, vt ita demum, per hæc consecratus, possit percipere locum
cum sanctis. Nullus enim propter opprobrium senectutis, aut iuuentutis, vel
nobilitatē generis, à paruulis & minus eruditis, si quid fortè est vtilitatis aut
salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & discere atq; agere bo
na recusat, magis diaboli quàm Christi membrum esse ostenditur, & potius
Gene.1.d. infidelis, quàm fidelis monstratur. Quō ergo non omnib. hoc amabile est, cū
ctisq; exoptatū, vt quæ ignorat, discat, & quæ didicerit, doceat: Certissimū
nanq; est, quod neq; amicitia, neq; propinquitas generis, neq; regni sublimitas, homini debet esse pretiosior veritate, quia nihil est pretiosius aīa. Dominus aūt creator omniū, ex initio ad imaginē suam hominē fecit, eiq; dominationē treræ, marisq;, & aëris ipsius dedit, veritatēq; inquirere præcepit, B
sicut & verus nobis Propheta enarrauit, & ipsa rerū ratio docet. Solus enim
homo ratiōalis est, & consequēs est, vt ratio irrationalibus dominetur. Hic
enim ab initio, quū adhuc iustus esset, cūctis vitijs et omni fragilitate superior
erat. Vbi aūt peccauit, et factus est seruus peccati, & fragilitati efficitur debi
tor, & obnoxius. Quod idcirco scriptū est, vt sciāt hoīes, qa sicut ex impieta
te passibiles facti sunt, ita p pietatē possunt esse impassibiles & nō solū impas
sibiles, verū & parua in Deū fide aliorū passiōes curantes. Ita enim verus ipse
Mu.17.e. et Lu.17.b Propheta promisit, dicēs: Amē dico vobis, si habueritis fidē sicut granū sina
pis, dicetis mōti huic, trāsi hinc et trāsibit. Hui⁹ vocis etiā vos ipsi documēta
cœpistis, et iā facta quædā p magistros nostros, ipsos videlicet Apostolos, nō
ignoratis, qa, astātib. nobis, eorū meritis dæmōes cū passionib. quas hoībus
inuexerāt, transierūt, & fugati sunt. Quia ergo alij quidē hoīes patiūtur, alij G
patiētes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curādi noscēda est. Quæ nō
alia esse, quā patientib. quidē infidelitatis, curātibus verò fidei demōstratur.
Infidelitas enim, dū nō credit futurū Dei iudiciū, peccandi licentiā prębet,
peccatū vtrò hominē passionibus obnoxium facit. Fides aūt, futurū Dei iu
diciū esse credens, cōtinet homines à peccato. Nō peccantes verò, nō solū li
beri sunt à dæmonibus & passionibus, verū, & aliorū dæmones & passiones
fugare possunt. Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab
ignorantia descendat & ipsa sit omniū malorū mater, quæ incuria quidē &
ignauia gignitur, negligentia verò alitur & augetur, atq; in sensibus hominū
radicatur, dū amatur, quā si quis forte doceat effugandā, velut antiquis et hę
reditarijs sedibus, molestè & indignanter auellitur. Et ideo paululū laboran-
dū nobis est, vt indignātes, ignorantiæ præsumptionē scientiæ ratione rese- H
cemus: in his præcipuè, qui in aliquibus minus rectis opinionibus præuenti
sunt, per quas, quasi sub specie alicuis sciētiæ, ignorātia in his vehementius
radicata est. Nihil enim est grauius, quā si id, quod ignorat quis, scire se cre-
dat, & defendat verū esse, quod falsum est, quod tale est, quale si quis ebrius
sobriū se putet, & agat quidē cuncta vt ebrius, sobriū se tamen & ipse putet,
& dici à cęteris velit. Ita sunt ergo & hi, qui ignorātes quod verū est, speciem
tamē alicuius scientiæ tenēt, & mala quasi bona gerūt, atq; ad pernitiē qua-
si ad salutē festināt. Propter quod ante oīa properandū est ad agnitionē veri
tatis, vt possimus, quasi lumine nobis inde accenso, errorum tenebras depel-
lere. Grande enim malū est (vt diximus) ignorantia, sed quia substantiā non
habet, facile ab his, qui studiosi sunt, effugatur. Nō enim aliud est ignorātia,
nisi

A nisi nō cognouisse, quod expedit. Vbi aūt cognoueris, perit ignorātia. Quęri
ergo magnopere debet veritatis agnitio, quam nemo alius assignare potest,
nisi verus Propheta. Hæc enim via est, vitā volentibus ingredi, & summū iter
bonorū operū pergentibus ad ciuitatem salutis. Si quis sanè audiens sermo-
nē veri Prophetæ, velit recipere, aut nolit, & amplecti onus eius (id est, man-
data vitæ) habet in sua potestate. Liberi enim sumus arbitrij. Nā si hoc esset, * al. audiē
vt videntes ea, *iā nō haberent in potestate aliud facere, q̄ audierant, vis erat tes eum.
quædā Naturæ, per quam liberum nō esset, ad aliam migrare sentētiam. Aut
si rursus ex audientibus nullus omninò reciperet, & hoc Naturę vis erat, quę
vnū aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locū. Nunc autem quia li-
berū est animo, in quā velit partem declinare iudicium suum, & quam pro-
bauerit, eligere viam, constat euidenter, inesse hominibus arbitrij libertatem.
B Igitur priusquam audiat quis, quod ei expedit, certū est, quia ignoret, & ig-
norans vult & desiderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc nō
iudicatur. Quùm verò audierit causas erroris sui & rationem veritatis accepe
rit, tunc si permanserit in his erroribus, quibus dudum fuerat præuentus, re-
ctè iam vocabitur ad iudicium, daturus pœnas, quia vitæ huius spatiū, quod
ad bene viuendum accepit, in ludibrijs consumpserit errorum. Qui vero au-
diens hæc libenter accepit, & gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse de-
latam, requirat intentius, & discere non desinat, vsquequo cognoscat, si est
verè aliud seculum, in quo bonis præmia præparata sint. Et quùm certus de
hoc fuerit, gratias agat Deo, quòd sibi veritatis lumen ostenderit, ac de cæte
ro dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mer
cedem certus est præparatam, demirans per omnia & stupens, cæterorum ho
C minum errores, & quòd ante oculos positam veritatem nemo videat. Ipse ta-
men gaudens super diuitijs sapientiæ, quas inuenit, *satiabiliter his perfrua- *al. insati-
tur, & exercitio bonorum operum delectetur festinans ad seculum futurum abiliter.
mundo corde, & pura conscientia peruenire, vbi etiam videre Deum Regem
omnium possit. His autem omnibus carere nos, & fraudari, sola facit igno-
rantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat scientia, ignorā
tiæ malum de se non patiuntur excludi. Nesciunt enim, quanta sit in horum
permutatione diuersitas. Propter quod, consilium do vnicuique discentium
libenter præbere aurem verbo Dei & cum amore veritatis audire, quæ dici-
mus, vt mens optimo semine suscepto, per bonos actus lætos afferat fructus.
Nam si, me docente ea, quæ ad salutem pertinent, recipere quis abnuit, & ani
mo prauis opinionibus occupato obsistere nititur, nō ex nobis, sed ex semet
D ipso habebit pereundi causam. Debet enim iusto iudicio examinare, quæ di
cimus, & intelligere, quia verba loquimur veritatis, vt cognitis his quę sunt,
vt sunt, in bonis actibus dirigens viam suam, regni cœlorum possit particeps
inueniri, subijciens sibi carnis desideria, & Dominus eorum factus, vt ita de-
mū etiam ipse fiat dominatoris omnium iucunda possessio. Nam qui perma
net in malo, & seruus est mali, nō potest effici portio boni, donec permanet
in malo, quia ab initio (vt antè iam diximus) duo regna statuit Deus, & pote
statem dedit vnicuique hominum, vt illius regni fiat portio, cui se ad obedi-
endum ipse subiecerit. Et quia definitum est apud Deum, non posse vnum ho
minem, vtriusque regni esse seruum, omni studio date operam, in boni Regis
aulam ac iura concurrere. Propter hoc denique verus Propheta, quùm esset Mat.6.e.
præsens nobiscū, & quosdam ex diuitibus negligentes erga Dei cultum vide
ret, huius

Universidad de Deusto Biblioteca

Ibidem. ret, huius rei ita aperuit veritatem. Nemo potest, inquit, duobus Dominis E
seruire, & non potestis Deo seruire & mammonæ. Mammona patria eorum
voce, diuitias vocans.

Hic ergo verus Propheta, qui in Iudæa nobis apparuit (vt audistis) qui, stãs
publicè, sola iussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat dæmões,
ægris sanitatem reddebat, & mortuis vitam, quumque nihil esset ei impossi-
bile, etiam cogitationes hominum peruidebat, quod nulli est possibile, nisi
soli Deo, hic annunciabat regnum Dei, cui nos de omnibus, quæ dicebat,
tanquam vero Prophetæ credimus, firmitatem fidei nostræ non solum ex
verbis eius, sed ex operibus assumentes, quia dicta legis, quæ ante multas ge-
nerationes de præsentia eius exposuerant, in ipso designantur, & imaginem
gestorum Moysi, & ante ipsum Patriarchæ Iacob, ipsius per omnia typum fe
rebant. Tempus quoque aduentus eius, hoc est, ipsum, in quo venerat, prædi- F
ctum ab his constat, & super omnia, quòd esset à gentibus expectandus, sa-
Hag. 2. b cris literis comprehensum est, quæ in eo pariter vniuersa completa sunt.
Quod autem Iudeorum Propheta prædixit eum à gentibus expectandum,
supra modum in eo fidem veram firmat. Si enim dixisset à Iudæis expectan-
dum, non aliquid eximium Prophetasse videretur, quòd à contribuli popu-
lo, & à propria gente speraretur, cuius aduentus ad salutem mundi fuerat re-
promissus. Videtur enim magis consequẽs ratio esse, vt hoc fieret, quã quod
prædicebat magnificentia prophetalis. Nunc autem quùm Prophetæ dicant
omnem illam spem, quæ de salute mundi repromittitur, & nouitatem regni
quæ instruenda per Christum est, atque omnia, quæ de eo indicantur, ad gen
tes esse transferenda, iam non secundum consequentiam rerum, sed incredi-
bili quodam vaticinationis euentu, magnificentia prophetica confirmatur. G
Iudæi nanq; ex initio, affore aliquando hunc virum, per quem cuncta repara
rentur, verissima traditione susceperunt, & quotidie meditantes ac prospici-
entes, quando eius fieret aduẽtus, vbi adesse eũ viderunt, & signa ac prodigia
(sicut de eo scriptũ fuerat) adimplentẽ, inuidia excæcati agnoscere nequiue-
rũt præsentẽ, in cuius spe lætabantur absentis. Intellexerũt tantũ sancti Apo-
stoli, qui à Deo electi sunt, & nos, qui pòst ab eis electi sumus. Hoc aũt proui
dentia Dei factũ est, vt agnitio boni huius etiã gentib. traderetur, & hi, qui
nunquã de eo audierant, nec à Prophetis didicerãt, agnoscerent eũ, illi verò
qui quotidianis meditationibus euanuerant, ignorent. Ecce enim nunc per
vos, qui præsentes estis, & desideratis audire doctrinã fidei eius, & agnoscere
quis, & quomodo, & qualis sit eius aduentus, prophetica veritas adimpletur.
Hoc enim Prophetæ prædixerãt, quia à vobis quærendus esset, qui de eo nũ- H
Esa. 6. 5. a quã audistis. Et ideo videntes in vobisipsis, prophetica dicta cõpleri huic vni
rectè creditis, hũc rectè expectatis, de hoc rectè inquiritis, vt nõ solũ expecte
tis eũ, sed & hæreditatẽ regni eius credentes consequamini, secundum quod
Ioan. 8. d. ipse dixit, quia vnusquisque illius fit seruus, cui se ipse subiecerit. Propterea
ergo vigilate, & Dominum Deũq; nostrum vobis conscribite Dominũ, qui
Luc. 6. f. & cœli ac terræ Dominus est. Et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem
reformate, sicut ipse verus Propheta docet, dicens: Estote boni & misericor-
des, sicut & pater vester cœlestis misericors est, qui oriri facit Solẽ suũ super
bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Hũc ergo imitamini, & hũc
Mat. 3. g. timete, & sicut mandatum datur hominibus, Dominũ Deum tuũ timebis,
& illi soli seruies. Infidelib. quidẽ dormit Dominus, & absens habetur his à
quibus

A quibus esse nõ creditur, & mandatis eius non obediunt, atq; ob id illis vide-
tur quasi dormire Dominus, quia pro peccatis suis nõ axaudiũtur. Quapro- 16. q. 1.
pter, cunctis fidelibus, & summopere omnibus presbyteris, & diaconibus, ac Cunctis fidelibus.
reliquis clericis attendendum est, vt nihil absq; Episcopi proprij licentia a-
gãt. Nõ vtiq; missas sine eius iussu quisquã presbyterorũ in sua parœcia agat,
nõ baptizet, nec quicquam absq; eius permissu faciat. Similiter & reliqui po
puli maiores, scilicet, ac minores, per eius licentiã, quicquid agendũ est, agãt.
nec sine eius permissu à sua parœcia abscedãt, vel in ea aduentantes morari
præsumãt. Animæ verò eorum ei creditæ sunt. Ideo omnia eius consilio agere
debent, & eo inconsulto nihil. Quicunq; enim obediunt Episcopis suis, vi-
dẽtur quidẽ aliquid gratię cõferre Deo. Qui autem eis nõ obediunt, indubi-
tanter rei, & reprobi existunt. Porrò ipsi à Deo donum summi muneris cõse
B quũtur, qui per iustitię & præceptorum eius semitas incedẽtes, doctoribus,
suis (qui rectè Episcopi intelliguntur) libenter obediunt. De quibus & bea- Hæc beati
tus Petrus, instructor & ordinator noster, & princeps Apostolorum manife- Petri Apo
stè cunctos audientes instruebat, dicens: Videntur mihi, qui loquuntur ver- stoli uer-
ba veritatis, & qui illuminant animas hoim, similes esse radijs Solis. Qui vt ba haben-
processerint, & aperuerint mundo, celari vltra aut occultari nullatenùs pos- tur in li-
sunt, dum, nõ tam videntur ab hominibus, q̃ videre omnibus præstant. Vnde bro Reco-
& bene ipsa per se veritas, ad veritatis præcones ait: Vos estis lux mundi. Et gnitionũ.
Mat. 5. b
non potest ciuitas abscõdi suprà montem posita, neq; accendunt lucernam,
& ponunt eam sub medio, sed supra candelabrum, vt luceat omnibus, qui in
domo sunt. Si quis ergo his obedierit, Deo (vt dictum est) magnum munus
offert. Qui autem his restiterit, aut inobediens extiterit, nõ his, sed Domino
C saluatori nostro, cuius legatione funguntur, resistit. Propter quod primum
est omnium iustitiam Dei, regnumq; eius inquirere, & suis iussionibus obtẽ-
perare. Iustitiam quidem, vt rectè agere doceamur, regnum verò, vt quæ sit
merces posita laboris & patientiæ, nouerimus, in quo est bonis quidem æter
norum bonorum remuneratio, his autem, qui contra voluntatem eius ege-
rint, pro vniuscuiusq; gestis pœnarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est, in De cons.
præsenti vita positos, oportet nos agnoscere voluntatem Dei, vbi & agendi, dist. 1. Hic
& sacrificandi est locus. Quoniàm in alijs locis sacrificare, & missas celebra- ergo, id
re õn licet, nisi in his, in quibus Episcopus proprius iusserit, aut ab Episcopo est.
regulariter ordinato, tenente videlicet ciuitatem, consecratus fuerit. Aliter
enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos nouo & veteri
testamento. Hæc Apostoli à Dño acceperũt, & nobis tradiderũt, hæc nos do
D ceamus vobisq;, & omnibus, absq; reprehensione tenere, & docere, quibus
agendum est, mandamus. Vnaquæq; etenim res, tempus suum habet & locũ.
Operum hic locus est, tempus verò meritorum est seculum futurum. Ne er-
go impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes, primò, quæ
sit Dei iustitia requiramus, & tanquam iter aucturi, abundanti viatico bo-
nis operibus repleamur, quo possumus, ad regnum Dei, tanquam ad vr-
bem maximam peruenire. Deus enim his, qui rectè sentiunt, per ipsa ope-
ra mundi quæ fecit, manifestus est ipsius creaturæ suæ vtens testimonio, &
ideo, quùm de Deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc eius iustitia re-
quiramus, & regno. Idcirco persuadeo primùm iustitiã eius esse requirendã,
vt per hanc iter agentes, & in via veritatis positi, verum Prophetam inuenire
possimus, non velocitate pedum, sed bonorum operũ velocitate currẽtes, vt

Universidad de Deusto Biblioteca

ipso duce vsi, nullum viæ huius patiamur errorem. Si enim ipsum sequentes, E
ingredi meruerimus illam, quò peruenire cupimus, ciuitatem, omnia iam (de
quibus quæritur) oculis videbimus, tanquam hæredes omnium facti. Intelli
gite itaq;, viam esse hunc vitæ nostræ cursum, viatores eos, qui nos instruunt
vel bona opera gerunt, Portam verò prophetam, de quo dicimus, vrbem re-
gnum esse, in quo residet omnipotens pater, quem soli videre possunt hi, qui
mundo sunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur huius itineris labor,
Mat 5.a quia in fine eius requies erit. Nam & ipse verus Propheta, ab initio mundi
per seculum currens, festinat ad requiẽ. Adest enim nobis omnibus diebus,
& si quando necesse est, apparet, & corrigit nos, vt obtemperantes sibi, ad vi-
*al. ob hoc tam perducat æternam. De his autem, qui negligunt viam suæ salutis, & *ad-
huc non bene fideles, & præceptis eius, suorumq; Pontificum iussionibus,
inobedientes vel contumaces eis existunt. Dñs noster Iesus Christus, mittens F
discipulos suos, præcepit nobis, dicẽs, vt in quamcunq; ciuitatem aut domũ
Mat. 10. b introieritis, dicatis, pax huic domui. Et si quidem, inquit, fuerit ibi filius
& Luc. 10. b pacis, veniet super eum pax vestra. Si verò nõ fuerit, pax vestra ad vos reuerte-
tur. Exeuntes aũt de domo vel de ciuitate illa, etiã puluerem, qui adhæserit
pedibus vestris, excutiatis super eos. Tolerabiliùs erit terræ Sodomorum, &
Gomorrheorũ in die iudicij, q̃ illi ciuitati vel domui. Quod vtiq; ita demũ
fieri præcepit, si priùs in ciuitate vel domo, veritatis sermo prædicetur, ex
quo vel recipientes veritatis fidem filij pacis, & filij Dei fiant, vel nõ recipien
tes, arguantur, quasi inimici pacis & Dei. Ita ergo & nos, magistri instituta
sectãtes, primò pacem proponimus auditoribus, vt absq; vlla perturbatione
possit via salutis agnosci. Quòd si q̃s pacis verba nõ suscipit, neq; acquiescit
veritati, scimus aduersus eum pugnam verbi mouere, & arguere acriùs, cõfu- G
tando ignorãtiam, & redarguendo peccata. Necessariò igitur pacem propo-
nimus, vt si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum, ab eo aũt, qui se
alienũ pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Et si iterum in manda-
tis habemus, vt venientes ad ciuitatem, discamus prius, quis in ea dignus sit, vt
apud eum cibum sumamus, quãtò magis conuenit noscere, quis qualisue sit
Mat. 7. a is, cui immortalitatis verba credenda sunt. Solliciti em̃, & valde solliciti esse
debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & alias ob cau-
sas, vtile est viri huius habere me notitiam. Sic em̃ sciam, quia in his, de qui-
bus non potest dubitari, quòd bona sint, emendatus est, & inculpabilis, hoc
est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis, & humanus est, quæ vtiq; bona
esse, nullus ambigit, tũc cõsequens videbitur, vt ei, qui obtinet bona virtutũ
etiam, quod deest fidei & scientiæ, conferatur, & in quibus maculari vide- H
tur eius vita, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si verò in his, quæ pa
lam sunt, peccatis inuolutus, permanet inquinatus, non me oportet aliquid
de secretioribus & remotis diuinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari,
& conuenire eum, vt peccare desinat, & actus suos à vitijs emendet. Quod si
ingesserit se, & prouocauerit nos dicere, quæ eum, minus rectè agentem, non
oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nihi omninò respon
dere auditorum causa, vtile nõ videtur, ne fortè existiment, nos responsionis
penuria declinare certamen, & fides eorũ lædatur, nõ intelligẽtia ꝓpositi no
stri. Magna contumelia, & graue nobis erit peccatum, si ita desipiamus, vt vi-
deamus, eũ, qui idola colit, esse sobriũ, nos qui Deũ colimus, sobrij esse recu-
semus. Nõ hoc sit inter nos, sed magnũ habeamus studiũ, vt si illi, q̃ errãt, ho-
micidium

A micidium non faciunt, nos ne irascamur quidem. Et si illi adulterium non
committunt, nos nec concupiscamus quidem alienam mulierẽ. Si illi amant
proximos suos, nos etiam diligamus inimicos nostros. Si illi mutuo dãt his,
qui habent, vnde reddant, nos etiam his demus, à quibus recipere non spe-
ramus. Et per omnia nos, qui æterni seculi hæriditatem speramus, debemus
præcellere eos, qui præsens tantum seculum nouerunt, scientes, quia si o-
pera illorum nostris operibus collata, in die iudicij similia inueniantur, ac
paria, confusio nobis erit, quòd æquales inuenimur in operibus his, qui
propter ignorantiam condemnantur, & nullam spem futuri seculi habue-
runt.. Et verè digna confusio est, vbi nihil ampliùs gessimus ab his, qui-
bus ampliùs intelleximus. Quòd si confusio nobis erit, æquales his inueniri
in operibus bonis, quid erit nobis, si inferiores nos, ac deteriores, examina-
tio futura reperiat? Audite ergo quomodo de his nos ipse verus Propheta do
B cuerit. Ad eos autem, qui negligunt audire verba sapiẽtiæ, ita ait: Regina Au Matt. 12. d
stri surget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quia venit Luc. 11. d
à finibus terræ audire sapientiã Salomonis, & ecce plusquam Salomon hic,
& non audiunt. Ad eos verò, qui de malis actibus gerere detrectabant pœni
tentiam, ita ait: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & cõ
demnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce Matt. &
plusquam Iona hic. Videtis ergo, quomodo eos, qui erudiebantur ex lege, Luc. ubi
adductis ad exemplum illis, qui ex gentili ignorantia veniebant, & osten- suprà.
dens, eos nec æquales illis esse, qui in errore positi videbantur, ex ipsa tantũ
comparatione condemnatos. Ex quibus omnibus, sermo, quem proposui-
mus, approbatur, vt castimonia, quæ aliquatenùs etiam ab his, qui in errore
C sunt positi, custoditur, multo puriùs, & attentiùs, & per singulas quasq; (sic-
ut suprà ostendimus) species à nobis, qui veritatẽ sequimur, teneatur, eo ma-
gis, quo apud nos obseruantiæ eius præmia æterna sunt posita. Aliter enim
nemo saluus esse poterit, nisi his obseruationibus pro viribus operã dederit.
Deus vos in sua voluntate vnumquemq; in suo ordine semper custodiat, fra-
tres, & sibi placere in omnibus concedat. Amen.

IN QVARTAM EPIST. DIVI CLEMENTIS,
ARG. PER IOAN. SICHARDVM.

D *Contra insidias hæreticorum, quibus iam tum cœperant omnia esse infesta, attentos iubet Cle-
mens esse Episcopos, ut doctrina ueritatis obstruatur aditus lupis, qui poterant per occasiones
in gregem Domini grassari: eos uerò qui aliò iam fuerant quorundam persuasionibus tradu-
cti, quàm Christianæ regulæ præscriptum ferret, & palàm quorundam pseudoprophetarum decretis
subscripserant, obtestatur ne tanquam transfugæ, ab eorum stent partibus, quorum tota professio, igno-
rantiæ nebulis adumbrata, nullo pertineat, nisi ut subuertantur qui iam pulchrè uidebantur sibi in co-
gnitione ueri Prophetæ promouisse. Atque hic in ignorantiam, ut qui uix sit pestis ulla capitalior, totis
uiribus inuehitur, eiq; deberi dicit, quod à uero, erga quod nostropte sumus ingenio melius affecti, ab-
horreamus, & nostra culpa æternis nos supplicijs obnoxios faciamus per contentionem uerò cognitio-
nem ueritatis nobis ita commendat, ut putet parentum, quibus alioqui uita debeatur, respectum nõ tan
ti esse oportere, ut in eorum gratiam diutiùs quàm sit nostræ saluti integrum, in ignorantia permanea-
mus. Ne uerò habeant contentionum studiosi, quod morbo suo prætexant, addit, eam diſsidij ansam non
eos, qui iam uero Prophetæ nomen dederint, quæsituros, sed qui ignorantiã præoptãtes, alijs hoc ipsum
inuident, unde inuiti licet, coguntur tamen profiteri salutem pendere.*

EPISTO-

EPISTOLA QVARTA

SANCTI CLEMENTIS PAPAE, SCRIPTA discipulis suis, Iulio & Iuliano, qui malorum hominum persuasionibus aliquatenus deuiârant, & gentibus, inter quas habitabant directa.

LEMENS Romanæ vrbis Episcopus, charissimis fratribus Iulio & Iuliano, ac reliquis consodalibus nostris, gentibusq;, quæ circa vos sunt.

B Oportet, fratres, omnes doctores, qui ad salutem animarum instituti sunt, & ad lucrandas animas Episcopi sunt consecrati, pro cunctis sollicitudinem gerere, & errantes ad viam veritatis, & ad portum salutis reducere. Et licet propter gẽtes, quæ circa vos sunt in modico vos errasse contigerit, melius est tamen redire ad veritatis viam quàm diutiùs in ipso errore *perseuerare. Quoscunq; em̃ de his, qui vos errare fecerũt, vel de his, qui adhuc verbũ prædicationis nõ audierunt, potestis, vobiscũ assumite, & ad viam veritatis adducite, ne infructuosi, sed fructuosi Dño inueniamini. Et quoniãquidem, sicut à cultore neglecta terra, spinas & tribulos necessariò producit, ita sensus vester longi temporis incuria, multas & noxias opiniones rerum & intelligentias falsæ scientiæ germinauit, opus est nunc multa diligentia, ad excolendum rus mentis vestræ, vt hic sermo veritatis (qui est verus, & diligens cordis colonus) assiduis excolat disciplinis. Vestrum ergo est præbere obedientiam, & occupationes ac solicitudines superfluas amputare, ne bonum verbi semen enecet noxium germen. Potest enim fieri, vt multi temporis negligentiam breuis & assidua reparet diligentia. Incertum nanq; est vniuscuiusq; tempus vitæ. Et ideo festinandum est ad salutem, ne fortè cunctantem mors repentina præueniat. Et ob hoc acriùs adnitendum est, vt (dum est temporis spatium) collecta malæ cõsuetudinis vitia resecentur. Quod non aliter facere poteritis, nisi vt irascamini quodammodo aduersum vosmetipsos pro his, quæ inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc em̃ est vtilis vita, & iusta, & necessaria iracundia, vt vnusquisq; in quibus errauit, & perperam gessit, indignetur, & semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidã, qui velut agro sterili immissus, consumptis & excoctis radicibus pessimæ voluntatis, bono semini verbo Dei fœcundiorem cordis præparet glebam. Puto autem, quòd satis dignas habeatis causas iracundiæ, ex quibus iustissimus ignis iste coalescat, si consideretis, in quantos vos errores deduxerit ignorantiæ malum, quãtosq; lapsus, & quanta præcipitia ad peccandum dederit, à quantis vos bonis abstraxit, & in quæ præcipitauit mala, & quod est super omnia grauius, quòd vos in futuro seculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nónne pro his omnibus, vbi vobis veritatis lumen effulsit, ignis iustissimæ indignationis accenditur, & iracundiæ Deo placitæ intra vos consurgit incendium, quo consumatur, & radicitus intereat omne germen, si quod fortè intra vos malæ cõcupiscentiæ pullulauit? Vnde & ipse, qui misit nos, quùm venisset, & omnem mundum

*ali. perdurare.

G

H

A mundum vidisset ad malitiã declinasse, non continuò ei pacem, in erroribus posito, dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiæ eius ruinis scientiam veritatis opposuit, vt si qui fortè resipiscerent, & lumen veritatis aspicerent, deceptos se, & in præcipitia erroris abstractos, merito dolerent, & iracundiæ salutaris ignem aduersus deceptricem suam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat. Ignem veni mittere in terram, quem volo, vt accendatur. Est ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis est in hac vita. Sermo enim veritatis & scientiæ necessariò separat homines ab errore & ignorantia, sicut sæpe videmus, putrefactas & emortuas carnes corporis, à cõnexione viuentium membrorum, ferro secante, separari. Tale ergo aliquid est, quod agit veritatis *ignoratio. Necesse est enim, vt salutis causa filius (verbi gratia) qui sermonem receperit veritatis, à parentibus separetur incredulis,

B aut rursum pater separetur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos atque consanguineos, credentes atque incredulos, scientiæ atque ignorantiæ, veritatisque & erroris pugna *consistit. Et ob hoc iterum dicebat, qui nos misit. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Quòd si dicat aliquis. Et quomodo iustum videtur, separari filios à parentibus? Audi quomodo. Quia cum ipsis, si in errore permaneant, neque illis proderunt, & ipsi cum illis pariter interibunt. Iustum igitur, & valde iustum est, separari eum, qui saluari vult, ab eo qui non vult. Sed & illud aduerte, quia nõ ex illis, qui rectiùs intelligunt, venit ista separatio. Illi enim volunt interesse, patiter & prodesse his, & docere meliora. Sed & istud proprium est ignorantiæ vitium, vt confutantem se, veritatis lucem non ferat habere de proximo. Et ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam veritatis accipiũt (quia bo

C nitatis plena est) tanquam à bono Deo datam, cupiunt eam (si fieri potest) cum omnibus habere communem, etiam cum his, qui oderunt eos, & persequuntur. Sciunt enim, quia peccatum ipsorum causa ignorantiæ est. Propterea denique ipse magister, quùm ab his, qui ignorabãt eum, duceretur ad crucem, orabat patrem pro interfectoribus suis, & dicebat, Pater, dimitte eis peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Imitantes quoque discipuli magistrum, etiam ipsi, quùm paterẽtur, similiter pro interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est, orare etiam pro interfectoribus & persequutoribus nostris, quomodo non etiam parentum & propinquorum persequutiones ferre, & conuersione eorum orare credimus? Tum deinde etiam illud diligentiùs consideremus, quæ sit nobis causa parentes diligendi, pro eo, inquiunt, quia vitæ nostræ videntur auctores. Auctores quidem vitæ no-

D stræ parentes non sunt, sed ministri. Non enim vitam præbent, sed ingredien di nobis ad hanc vitam exhibent ministerium, auctor autem vitæ vnus, & solus est Deus. Si autem auctorem vitæ diligere volumus, illum nobis esse diligendum sciamus, Sed illum, inquiunt, cognoscere non potuimus, istos autem & nouimus, & in affectu habemus. Esto, nõ potuistis cognoscere, quis sit Deus, *quid tamen non sit Deus, perfacilè scire potuistis. Nam quomodo latere potuit hominem quòd lignũ, aut lapis, aut æs, vel alia huiusmodi materia Deus non sit? Quòd si in his, quæ facilè deprehendere potuistis, animum ad discutiendum noluistis intendere, certum est, quia & in agnitione Dei impediti estis, non impossibilitatis, sed ignauiæ vitio. Nam si voluissetis, ex hisipsis inutilibus simulacris profectò accepissetis intelligentiæ viam. Certum est, quia per ferrum facta sunt simulacra, ferrum verò per ignem

*al. agnitio.

*al. cõsurgit.

Luc. 12. f

Mat. 10. d

Luc. 23. c

*al. qui.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

confectum est, qui ignis aqua extinguitur, aqua autem per spiritum mouetur, spiritus autem à Deo initium habet. Sic enim dixit Moyses Propheta, In E
Gen.1.d principio fecit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inuisibilis & incõposita, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus Dei erat super aquas. Qui spiritus, Dei iussu, quasi ipsa manus cõditoris lucem separauit à tenebris & post illud inuisibile cœlum, istud visibile produxit, vt superiora quidem habitaculum faceret Angelis, inferiora verò hominibus. Propter vos ergo, iussu Dei, aqua, quæ erat super faciem terræ, secessit, vt terra vobis produceret fructus. Cui etiam humorum venas latenter inseruit, vt vobis ex ea profluerent fontes & flumina. Propter vos producere iussa est animantia, & omnia, quæ vestro vsui voluntatiq;, seruirent. An nõ propter vos venti spirãt, vt ex ipsis concipiens, fructus vobis terra parturiat? Nonne propter vos imbres profluunt, & tempora vicissitudines mutant? Num propter vos Sol oritur, & occidit, & mutationes Luna perpetitur? Propter vos mare exhibet F
famulatum suum, vt vobis ingratis cuncta subiaceant. Nónne pro his omnibus iusta erit vltionis pœna, quia horum omnium largitorem, quem ante omnia & agnoscere & venerari debuistis, solùm præ cæteris ignoratis? Sed & nunc per idem vos adhuc in intelligentiam eius duco. Videtis etenim, quòd omnia gignuntur ex aquis, aqua verò per vnigenitum ex initio facta est, vnigeniti verò omnipotens Deus caput est, per quem tali ordine (vt supra diximus) peruenitur ad patrem. Quùm autem perueneritis, agnoscite hanc esse voluntatem eius, vt per aquas, quæ primæ creatæ sunt, denuò renascamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus repletus, hæres efficitur eius à quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod, paratis animis accedite quasi filij ad patrem, vt peccata vestra diluantur, & causa eorũ G
sola ignorantia fuisse probetur apud Deum. Nam si post agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis iam perditionis vestræ causa, & non ignorantiæ reputabitur. Nec putetis, quòd etiam si omnem pietatem colatis, omnemq; iustitiam, baptismum verò non accipiatis, spem possitis habere apud Deum, imò maiore pœna digni eritis, qui bona opera non bene operati estis. Confertur enim meritum homini ex bonis gestis, sed si ita gerantur,
Iac.3.d & Mar.ult.d sicut Deus iubet. Deus autem iussit, omnem colentem se, baptismo consignari. Quod si nos renueritis, vt vestræ voluntati magis quàm Dei obtemperetis, contrarij sine dubio, & inimici estis voluntati eius. Sed dicitis fortasse. Quid confert aquæ baptismus ad Dei cultum? Primò quidem, quia quòd Deo placuit, impletur. Secundò, quia regeneratio ex aquis, & Deo renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ vobis per hominem facta est, amputatur, & ita H
demum peruenire poteritis ad salutem. Aliter impossibile est. Sic enim nobis
Ioan.3.d cum sacramẽto verus Propheta testatus est, dicens: Amen dico vobis, nisi qs denuò renatus fuerit ex aqua viua, non introibit in regnum cœlorum. Et ideo accelerate. Est enim in aquis istis misericordia eius quædã, quæ ex initio ferebatur super eas, & agnoscit eos, qui baptizantur sub appelatione triplicis sacramenti, & eripit eos de supplicijs futuris, quasi donum quoddam, offerens Deo animas, per baptismum consecratas. Confugite ergo ad aquas istas, solæ sunt enim, quæ possint vim futuri ignis extinguere. Ad quas, qui moratur accedere, constat, in eo adhuc infidelitatis idolum permanere, & ab ipso prohiberi, ad aquas properare, quæ salutem conferunt. Siue enim iustus, siue sit iniustus, baptismus ei per omnia necessarius est. Iusto quidem, vt adim-

A adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo, iniusto verò, vt peccatorũ, quæ gessit, remissio concedatur. Omnibus ergo festinandum est, sine mora renasci Deo, & demùm consignari ab Episcopo, id est, septiformem gratiam spiritus sancti percipere, quia incertus est vniuscuiusq; exitus vitæ. Quùm autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiformi spiritus gratia ab Episcopo (vt memoratum est) confirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos si nõ necessitate, sed incuria aut voluntate remanserit (vt à beato Petro accepimus, & vt cæteri sancti Apostoli, præcpiente Domino, docuerunt) & demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinẽ eius, qui eum genuit, patris. Post hæc verò agnoscat, Deum honorare. Honor autem eius est, vt ita viuat, sicut ipse vult. Vult enim vnumquemque ita viuere, vt homicidium & adulteriũ
B nesciat, odium & auaritiam fugiat, iram, superbiam, iactantiam respuat & execretur, inuidiã quoq;, & cętera his similia, penitus à se ducat aliena. Est sane propria quędã nostræ religionis obseruantia, quæ nõ tam imponitur hominibus, quùm propriè ab vnoquoq; Deum colente, causa puritatis expetitur, de castimoniæ dico cautela, cuius species multæ sunt. Sed primò, vt ob- Lcui,18,c
seruet vnusquisq;, ne mẽstruatę mulieri misceatur, hoc em execrabile ducit lex Dei. Quod etsi lex de his non admonuisset nos, vt *catuli libenter volueremur in stercore. Debemus aliquid ampliùs habere animalibus, vtpote ra- *al.cantharides.
tionales homines & cœlestium sensuum capaces, quibus summum studiũ esse debet, ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire. Bonum est autem, & puritati conueniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum verò dico, non quasi principale illud, in quo mens purificatur, sed quòd sequela sit
C illius boni hoc, in quo caro diluitur. Sic enim & magister noster quosdam pharisæorum & scribarum, qui videbantur esse cæteris meliores, & à vulgo separati, increpabat, dicens eos hypocritas, quia ea solummodo, quæ hominibus videbantur, purificabant, corda verò quæ solus Deus aspicit, inquinata relinquebant, & sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes dice- Mat.23.c
bat. Væ vobis scribæ & pharisæi, hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem plena sunt sordibus. Pharisæe cæce, mũda prius, quod intus est, & quod deforis est, erit mundum. Verè enim, si mens mundetur luce scientiæ, quùm ipsa fuerit munda ac spendida, tunc etiã eius, qui deforis est hominis, ipsa necessario curã gerit carnis suæ, vt & ipsa purificetur. Vbi autem ista, quæ deforis est, purificatio carnis, negligitur, certũ est, neq; de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, vt is, qui
D intrinsecus mundus est, mũdetur sine dubio & extrinsecus. Nõ semper autẽ is, qui mundatur extrinsecus, etiã intrinsecus mundus est, videlicet quũ agit hęc, vt hominibus placeat. Sed & illa species castimoniæ obseruãda est, vti ne passim & libidinis solius causa, cũ fœminis coẽat quis, sed posteritatis reparãdæ gratia, quæ obseruantia, quũ etiam in nonnullis pecudibus inueniatur, pudoris est, si non ab hominibus rationalibus & Deum colentibus obseruetur. Ergo omnes peccauerunt, & egent auxilio Dei. Propter quod 1.Co,12.d
charissimi, sectamini semper charitatem, & æmulamini 1.Co.14.d
meliora, & spiritualia, & adiuuate vos inuicem, vt Deo semper in omnibus placere valeatis.

Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN QVINTAM DIVI CLEMENTIS EPISTOLAM ARG. PER IO. SICHARDVM.

E

Miremur uerò, si libet, quædam tanto seculorũ interuallo aliò decidisse, quàm sunt instituta, quædam uerò penitus in desuetudinem abijsse, cùm ex hac epistola non obscurè liceat cognoscere, illam mensæ totiusq; cultus rationem, quam inter se christiani peculiarem habuere, paulatim senuisse, ipsis etiam Clementis temporibus: apparetq; eam obsoleuisse citiùs, quàm esset paulò propius cognita; magna enim epistolæ pars in eo consumitur, ut in memoriam redigat id uiuitandi genus, quod non temere à dilectione apud Græcos nomen inuenit, qua refrigescente sensim precia uitæ pessum iere, & ut quidq; fuit honestiùs institutum. At Deum immortalem quantulo post Apostolos tempore? Eiusmodi autem tum fuit Christianorum uita, quemadmodum in actis Apostolicis describitur, ut sublata priuatarum rerum nomenclatura, in publicum quicquid uspiam esset abierit, indeq; ut uisa fuit cuiusq; necessitas postulare, expensum ab Episcopo tanquam œconomo. Res fuit per se honesta, ut uix alia æque, sed quæ lucri cupidioribus fenestram quodammodo aperuerit, qua ad diuitias, quas pro ruderibus ducere debebant, per fas atque nefas aspirarent. Dispertiebant enim ueteres illi Pontifices, ut de quorum fide nemini esse dubium posset, prout omnium ratio tulit, tantúmque absuit, ut eorum quicquam abraderent, ut etiam uitam si quo opus fuisset, impendere nihil essent grauati. Vsi sunt re honestissima posteriores aliquot pontifices ad quæstus aucupiam, & quod in hunc usum publico addiceretur, cœptum est primo decimari, paulò post, ubi res successit, & uita illa lautior arrisit, & sordium eos piguit, abiecta fronte palam pro suo omne id habuerunt, quod erat usibus omnium destinatum. Nihil addam ampliùs, ne argumentum scribens, imprudentiùs hic, quod nolim, Camarinam istam commoueam.

Mensa enim illa christianorum ἀγάπη dicitur.

F

EPISTOLA QVINTA SANCTI CLEMENTIS PAPAE, DE COMMUNI VITA, & reliquis causis, suis discipulis scripta, Hierosolymisque directa.

G

12.q.1. Dilectiss. fratribus.

DILECTISSIMIS fratribus, & condiscipulis Hierosolymis, cum charissimo fratre Iacobo coepiscopo habitantibus, Clemens Episcopus.

Communis vita, fratres, omnibus necessaria est, & maximè his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumq; discipulorum imitari volunt. Communis enim vsus omnium quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem, alius hoc suum esse dixit, & alius* istud: & sic inter mortales facta diuisio est. Denique Græcorum quidam, sapientissimus hęc ita sciens esse ait. Communia debere esse amicorum omnia. In omnibus autem sunt sine dubio & coniuges. Et sicut non potest, inquit, diuidi aër, neque splendor Solis, ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, diuidi debere, sed habenda esse communia. Vnde & Dominus per Prophetam loquitur, dicens: Ecce quàm bonum & quam iucũdum, habitare fratres in vnum, & reliqua. Istius enim consuetudinis more retento, etiã Apostoli, eorumq; discipuli (vt prædictum est) vna nobiscum & vobiscum communem vitam duxêre. Vnde (vt bene nostis) erat multitudinis eorum cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum

H

*al. aliud Pythagoras Philosophus.

Psal. 132.
Acto. 4. g

A eorum aut nostrum de his quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis & nobis erant cõmunia, nec quisquam egens erat inter nos. Omnes autem, qui domos vel agros possidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res, quas habebant, afferebát, ponentes ante pedes Apostolorũ, sicut nobiscum quidam vestrum cognouerunt & viderunt, & diuidebatur singulis, prout cuiq; opus erat. Ananias autem vir austerus, & Sapphira vxor eius, qui mentiti sunt Apostolis de pretio agrorũ, suorũ quos vendiderant, nobis præsentibus in conspectu omnium circunstantium, à conspectu Apostolorũ, propter peccatum eorũ & mendacium quod fererunt, mortui delati sunt ambo. Cæteraq;, quæ de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatione nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cauenda mandamus & doctrinis, & exemplis Apostolorum obedire præcipimus, quia hi, qui mã

Act. 5. a. b

B data eorum postponunt, non solùm rei, sed extorres fiunt. Quæ non solòm vobis cauenda, sed & omnibus prædicanda sunt. Relatum est etiam nobis, q̃ quidam in vestris partibus commorantes, aduersantur sanis doctrinis, & (prout eis videtur) non secundum* traditionem patris, sed iuxta sensum suũ docere videntur. Multas enim, quidam (vt audiuimus) vestrarum partium, secundum ingenium hominum, ex his, quæ legunt, virisimilitudines capiunt, & ideo diligenter obseruandum est, vt lex Dei, quùm legitur, non secundum propriam* ingenij intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisq; sponte præsumpsit, sed fieri non oportet. Non enim sensum, quem extrinsecus adulteretis, alienũ & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipsum ex scripturarum auctoritate confirmare, sed ex ipsis scripturis sen-

Di. 37. Relatum est.

*al. traditiones patrum.

*al. ingenij uirtutem, uel.

C sum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus, secundum veritatem sibi traditam, seruauit, vt & ipse possit ea quæ rectè suscepit, competẽter asserere. Quùm enim ex diuinis scripturis integram quis & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione ac liberalibus studijs, quæ fortè in puritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, vt vbi vera dicit, falsa & simulata declinet. Incertum est enim etiam iuuenibus vitæ tẽpus, senibus autem iam nec incertum est, non enim dubitatur, quod quantũcunque est, quod putatur superesse, breue sit. Et ideo tam iuuenes quàm senes oportet de conuersione & pœnitentia valde esse solicitos, & satagere, vt de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis id est dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, splendore iustitiæ, candore pietatis, alijsq; omnib.

D quibus comptam debet esse rationabilem mentem. Vnde consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, vt ab Apostolicis regulis non recedatis, sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras rectè intelligentes, quæ Domino vouistis adimplere satagatis. Et quùm, oratione assidua Dei gratiam obtinere merueritis, tunc, sine suspitione mali* interitus, vota possint celebrari festiua. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

2.q.1. Dilectiss. fratribus.

*al. interuos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN DIVI ANACLETI EPISTOLAM PRIMAM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

MAGNI referre D. Paulus non ab re existimat, quem quisque suæ doctrinæ habeat auctorẽ. Nec ita multo secus Tertullianus, de præscriptionibus contra hæreticos, hoc plus esse cuiq; deferendum censet, quo saniore sit is, atq; meliore nixus suæ sententiæ principe. Indeq; esse quod clementem pro se quisq; pluris facere debeat: nam is ut doctrinæ suæ instituta è Petro hausit, ita prærogatiuam quodammodo docendi ab eo tulerit. Atque ita demum cuiuslibet Ecclesiæ dignitatem esse colligendam, si quàm plurimos auctorum habuerit similes. Ea in re quis non uidet Anacletum esse, qui cum Clemente sit antiquior, quem hoc nomine uel maximè suspicere debeamus? Eius enim Episcopatus, cui magna innocentia XII. annis præfuit, cùm in Domitiani cruentissimi Imperatoris tempora incidisset, qui hanc sibi operam poposcerat, ut ferro igneq;, quod in se erat, christianorum penuriam ad interneciõẽ redigeret, essentq; non pauci defectionem iam, ob diutinum periculorum metum, cogitantes: eos ad patiẽtiam Anacletus animat, adfirmans eam esse, qua ueluti militari tessera, eius nos imperatoris esse milites testemur, ad cuius sumus imaginem creati. Vbi autem hoc se euicisse putat dilectionem proximi, ut quæ patientiæ umbra sit, illis commendat, exemplo Christi, qui cùm fratrum nomen unicè nobis cõciliare studeret, ex æquo uoluit & dici, & esse omnium parens.

DIVI ANACLETI
EPISTOLA PRIMA OMNIBVS ECclesiis scripta.

1.Petri.1. ANACLETVS seruus Christi Iesu, in sede, Apostolica Domino seruiens, Episcopis omnibus, & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualẽ noscum sortiti sunt fidem, gratia vobis & pax, atq; consolatio multiplicetur à Domino in secula. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnã misericordiam suam regenerauit nos in spẽ viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilẽ, conseruatam in cœlis, in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem, in salutem paratã reuelari in tempore nouissimo, in quo *exultabitis, modicum nunc si oportet constritari in varijs *tentationibus, vt probatio vestræ fidei multò precio sior sit auro, quod per ignem probatur, si tamen in tribulationibus experti, probati inueniamini. Patientes estote, dilectissimi, quia patiẽtia probationẽ operatur, probatio verò spem, spes autem non confundit. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinũ. Si agricolæ hæc patienter ferunt pro tẽporalibus fructibus, quantò magis vos pro æternis patientes esse debetis? Estote ergo patientes, & confirmate corda vestra, vt adueniẽte iudice Christo, læti & probati esse valeatis. Nolite ingemiscere in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite, charissimi, laboris & patientiæ Prophetas, qui loquuti in nomine Domini sunt. Et beatificamus, qui sustinuerunt. Sufferentiã Iob audistis, & finem Domini vidistis, qm̃ misericors & miserator Dominus est. Tribulationes vestras audiuimus, fratres, tam per* nostros, quàm &

*al. exultatis.
*al. tribulationib.
Roma.5.a
Iacob.5.a
Ibidem.
Iacob.5.b.
*al. uestros.

quàm & per aliorum apocrysarios, super quibus valde dolemus, vobisq; cõpatimur, & auxilium ferre (prout ipse largitus fuerit, qui pro nobis non solũ tribulatus, sed etiam passus est) parati sumus. Nolite mirari, charissimi, qui persecutiones patimini, quasi noui vobis aliquid contingat, sed cõmunicantes Christi passionibus, gaudete vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis, exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus non erubescat. Glorificet autẽ Deum in isto nomine, quoniam tempus est, vt incipiat iudiciũ à domo Dei. Si autem à nobis primum, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? Et si vix iustus saluabitur, impius & peccator, vbi parebunt? Itaq; & hi, qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis. Nam (vt ait beatus Clemens antecessor noster) similis est omnis Ecclesiæ status naui magnæ, quæ per vndosum pelagus diuersis è locis & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni vrbem properare cupiẽtes. Sit ergo nauis auctor huius Dominus ipse omnipotens Deus, gubernator verò sit Christus. Tum deinde proretæ officium Episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant, hi qui cathechizant, nautologis conferantur. Epibatis autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoq; mare hic mundus habeatur. Ventorum verò varietates, & turbinum, diuersis tentationibus conferantur, persequutiones, tribulationes, siue pericula, fluctibus exequentur. Terrenni verò spiritus, qui vel de torrentibus, vel de conuallibus spirant, pseudoprophetarum, & seductorum, seu prauæ doctrinæ verba *doceantur. Promontoria verò & loca confragosa, hi qui in potestatibus seculi sunt iudices, & qui pericula minantur, ac mortes. Bithalassa verò loca, quæ duplicibus vndæ fallacis æstibus verberantur, dubijs mente, & de repromissionum veritate nutantib. conferantur, atq; his qui irrationabili fidem nostrã ratione discutiũt. Hypocritæ verò & dolosi, piratis similes habeantur. Iam verò rapidus vortex, & tartarea charybdis, & saxis illisa naufragia, ac mortiferę submersiones, quid aliud æstimãda sunt, q̃ peccata? Restat igitur, vt hæc nauis cursu prospero, tuta possit portum desiderate vrbis intrare, & ita Deo precem fundere, vt nauigantes mereantur audiri. Audiuimus, fratres, quod quidam detrahũt, & accusant sacerdotes Dei, cupientes eos damnari, non intelligẽtes forsitan, quod iniuria sacerdotũ ad Christũ pertinet, cuius vice fungũtur. Nec hoc aspiciũt, quod beatus Petrus princeps Apostolorũ, instructor noster, ait: Deponentes igitur omẽm malitiam, & omnem dolũ, simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Et Dominus per Prophetam inquit: Qui vult vitam diligere, & videre Dies bonos, coẽrceat linguam suam à malo, & labia eius, ne loquantur dolũ, &c. Qui autem ista transgrediuntur, profectò tranrgressores legis Dei, & contemptores, atq; inobedientes eius præceptis existunt. Vnde & beatus Iacobus Apostolus ait: Si diligitis proximos sicut vosipsos, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatũ operamini, redarguti à lege, quasi transgressores, &c. Et beatus prædecessor noster Clemens, vir Apostolicus, & spiritu Dei plenus, vna cũ reliqs sanctis collegis suis statuit, dicens: Accusandi vel testificãdi licetia denegẽ his, q Christianæ religionis & nominis dignitatẽ, & suæ le-

1.Pe.4.d.
In epi.1.ad Iacobum.
*al. dicantur.
1.Pe.2.d.
Psal.33.
Iacob.2.b.
In epi. sua ad Iacobũ sententiaeliter.3.q4

Universidad de Deusto
Biblioteca

beatusprædecessor. Et in decr Iuo. li. 4. suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. E
Transgressio enim sponte legis suæ, eiusq; violatores, & recedentes, apostatæ
nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reuersionem suam,
non in accusatione rectè agentium, ant testimonio suscipiendus, quia vir du
Iacob.1.d. plex animo, inconstans est in omnibus vijs sui. Quicúque aût (vt ait Apo-
stolus Iacobus) totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, factus est re
Iacob.2.b us omnium. Qui enim dixit, non mœchaberis, dixit, & non occides. Quòd si
non mœchaberis, occidas aût, factus es transgressor legis. Sic loquimini, &
sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari: Iudicium enim sine
Ezech.18 misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Super exaltat aût miseri-
g.33.c. cordia iudicio. Et Dominus ait: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur
Ro.14.b. & viuat. Et multa talia, horumq; similia. Nemo enim (inquit Apostolus no-
Iac. 4. c. strũ sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domi F
Esa.45.d. ni sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & reuixit, vt viuorũ & mortuorũ
Phil.2.b. dominetur. Tu aût quid iudicas fratrem tuũ, aut in qua re spernis fratrem tu-
um? Omnes enim stabimꝰ antè tribunal Dei. Scriptũ est enim: Viuo ego dicit
Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebi-
tur Deo. Itaque vnusqiusque nostrum pro se rationem reddet Deo. Nõ ergo
amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ
fratri, vel scandalum. Scimus enim, quia multum derogatio præualet, quan-
do derogator creditur fide dignus. Ideo, fratres, varijs detractionibus & accu
sationibus non oportet labefactari iudices et primates Ecclesiæ, sed magis A-
postolorum & doctorum regulis informari & roborari. Vnde iustum est, o-
*al. eõsundere. mnes in vniuerso Romanorum orbe doctores legis ea, quæ legis sunt, rectè
sapere, & operari, & non regulas nascentis Ecclesiæ * confundi aut fi- G
6.q.1. Si omnia in. dem, aut doctrinam Apostolorum, varijs maculare doctrinis, nec fratres in-
festare. Si autem omnia in hoc seculo * vindicata essent, locum diuina iu-
*al. iudicata. dicia non haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui So
lẽ certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat, se Deo in hoc placere, quòd
seruos suos accusat, & vt meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanũ laborat
& plus inuidiæ stimulis agitatur, q̃ charitatis, quoniam gratiæ plenitudo ad-
iectione non indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta. Erigunt
ergo doctores conscientias suas, & si quando incertis temporum flatibus op
al. ætatibus. ponuntur, sustinẽt mala, quæ seculis magis sunt adsribenda, quàm meritis.
Luc.12.c. Datum enim scimus Satanæ potestatem, vt seruos Christi cribraret, vt quod
Luc.12.d. de tritico inueniri posset, horreis ingereretur, & quod de paleis, ad igniũ ali-
menta transiret. Ad uos specialiter dictum est: Nolite timere pusillus grex. H
quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Venit inter vos gladius per-
fidorum, vt marcida Ecclesiæ membra resecaret, & ad cœlestem gloriam sa-
Dist. 43. na perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit. Qui trium-
Scimus autem mul. phũ mereantur, per bella congnoscuntur. Scimus aût, multos ob id infestare
doctores, vt eos perdant, & propriæ voluntatis placita adimpleant. Nõ pro-
pterea tamen doctores (in quantũ vires suppetunt) à recta æmulatione, & bo
al. institutione. na intentione recedere debent, scientes, quia beati, qui persequutionem pati
Mat.5.a. untur propter iustitiam: Nihil autem illo est pastore miserius, qui luporum
Dist. 89. Nihil illo. laudibus gloriatur. Quib. si placere voluerit, atq; ab his amari delegerit, erit
hincouibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum placere lupis, & gregib.
ouiũ potest. Perdit enim laboris memoriã mens, terrenis obligata carcerib.

Sicut

A Sicut artiũ in suo quoq; opere inuenitur mater instantia, ita nouerca eruditi
onis est negligentia. Nullus ergo præiudicium alteri faciat, neque quod sibi Tob.4.e.
fieri non vult, exerceat. Nemo dictum de aliquo inueniat, quod in eius acti-
bus non agnoscat. Ego autem labefactatam non solum quietem meam, sed 1.Pe.4.d.
& salutem inimicorum valetudine, & rumorum procellis agnosco. Potens
est diuinitas immensa, tempestatis incerta bono serennitatis amouere. Et qd
aliud si Christus passus est pro nobis nobis relinquens exemplũ, vt sequantur
vestigia eius, & si Apostoli passi sunt, sequẽtes eius exemplum, & reliq patres
nisi vt sequamur tam doctrinam eorum, quàm & exemplum, & patiamur ad
uersa pro Christo, & cum patribus, atq; cum fratribus crucem portemus, eo-
rumq; tribulationibus compatiamur, vt Christi veri discipuli inueniamur,
qui dixit: Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, Mat.16.d.
B & sequatur me, & reliqua. Pręsumptio est, si Dominorũ beneficia famuli nõ Luc.9.e.
sequantur. Obsequiũ ergo æstimandũ puto, quod pariturus impendo. Quid
est enim, quod plus creditur filij vocabulũ valere, quàm obsequium, & non
quæritur, quid in amoris lance promoueas, sed quale ad præiudicium æsti-
manti nomen opponas, quùm apud prudenter frustrà sobolem dicimus, nisi
exhibeat, quod vocatur? Ego verò nolo, errore meo alienas culpat asserere,
vt factum, quod doleo, admisisse conuincar. Odisti (inquit Dominus per Psalm. 5.
Prophetam) omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. *al. abominaberis
Virum sanguinum, & dolosum* abominabitur Dominus, ego autem in mul Deus.
titudine misericerdiæ tuæ introibo in domum tuam, adoraboque in templo *al. insidiatores.
sancto tuo in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua propter* incan
tatores meos, dirige ante faciem tuam viam meam. Non est enim in ore eo
C rum rectum, interiora eorum insidiæ. Sepulchrum patens guttur eorum, lin-
guam suam lenificant. Condemna eos Deus, decidant à consilijs suis, iuxta
multitudinem scelerum eorum expelle eos, quoniam prouocauerunt te. Et
lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum laudabunt. Et proteges eos, &
lætabuntur in te, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto.
Domine, vt hasta placabilitatis coronabis eum. Deo enim sacrificantes per-
fectè, non debent vexari, sed portari, consolari, atque ab omnibus venerari.
Ipsi autem, quando Domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes
secum adhibeant, vt Domino perfectè in sacratis Deo sacrificare locis pro
bentur. Ait nanque auctoritas legis diuinæ: Vide, ne offeras holocausta tua Deu.12.b
in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegit Dominus Deus tuus. E-
piscopus Deo sacrificãs, testes (vt præfixũ est) secũ habeat, & plures, quàm ali De cõs.di. 1. Episcopus Deo sacr.
D us sacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonij
*incremẽtatione indiget. In solenniorib. q̃ppe dieb. aut septẽ aut quinq;, aut *al. incremeno.
tres diaconos, qui eius oculi dicũtur, et subdiaconos, atq; reliquos ministros,
secum habeat, qui sacris induti vestimentis, in fronte, & à tergo, & bresbyte
ri è regione dextra, leuaq; contrito corde, & humililiato spiritu, ac prono
stent vultu custodientes eum à maliuolis hominibus & cõsensum eius præbe
ant sacrificio. Peracta autem consecratione, omnes communicent, qui nolu
erint Ecclesiasticis carere liminibus: Sic enim & Apostoli statuerunt, & san-
cta Romana tenet Ecclesia. Seruite (inquit Dominus per prophetam Dauid) Psalm. 2.
in timore & exultate ei cum tremore Adorate purè, ne fortè irascatur, & pe-
reatis de via. Ille enim non perit de via, q̃ rectè graditur, & præcepta custodit
maiorũ. Doceri ergo omnes oportet, qui Domini sacerdotio funguntur, vt

Universidad de Deusto Biblioteca

Dan.12.b & cæteros instruant, & sibi proficiant. Scriptũ est aũt. Qui docti fuerint, ful- E
Dan.11.e. gebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, qua
Mat.11.a si stellæ in perpetuas æternitates. Et alibi. Populus autem sciens Deum suum
Luc.7.d. obtinebit, & faciet, & docti in populo docebunt plurimos. Ipsa enim veritas
Di.93.Il per se infert, & dicit. Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Ille pro-
le proculdubio. culdubio scandalizatur in Deum, qui rectè nõ docet, & qui eius scandalizat
Iaco.4.b. Episcopũ vel sacerdotẽ. Impiè nanq; agentes sunt impij, neq; intelligent oẽs
1.Pe.5.b. impij, porrò docti intelligent. Omnes enim inuicem humilitatem insinuate,
1.Io.4.a. quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nolite (inquit Io-
1.Io.2.d annes Apostolus) omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt,
quoniã pseudoprophetæ exierunt in mũdum. Et idẽ ipse alibi ait. Vos quod
audistis ab initio, in vobis permaneat. Si in vobis permanserit, quod ab initio
*al. nobis uita æterna. audistis, & vos in filio & patre manebitis. Et hæc est repromissio, quam ipse F
pollicititus est* vobis, vitam æternam. Hæc scripsi vobis de his, qui seducunt
vos. Et vnctio, quàm accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis
vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omibus, & verum est
& non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc, filioli,
1.Ioan.3.a manete in eo, vt quùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur
ab eo in aduentu eius. Si scitis, quoniam iustus est, scitote, quoniam & omnis
qui facit iustitiam, ex ipso natus est. Videte, qualem charitatem dedit nobis
pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Propter hoc mundus non nouit nos
quoniam non nouit eum. Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum appa
ruit, quid erimus. Scimus, quoniam quùm apparuerit, similes ei erimus, qm̃
Esa.53.b videbimus eum sicuti est. Et omnis, qui habet spem hanc in eo, sanctificat se,
sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & G
1.Pe.2.d peccatum est iniquitas. Et scitis, quia ille apparuit, vt peccata tolleret, & pec-
catum in eo non est. Omnis, qui in eo manet, nõ peccat, & omnis qui peccat,
non vidit eũ, nec cognouit eũ. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam,
iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam
ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diabo
li. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius
in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc mani-
festi sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, et
qui non diligit fratrem suum. Quoniam hęc est annunciatio, quam audistis
ab initio, vt diligamus alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, et oc
Gen.4.b cidit fratrem suum. Et propter hoc occidit eum, quoniã opera eius maligna
erãt, fratris aũt iusta. Nolite mirari, fratres si odit vos mundus. Nos scimus H
quoniam translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui nõ
diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis
quoniam omnis homicida nõ habet vitam æternam in se manentem. In hoc
cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit,
& nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam hu-
ius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera
sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus ver
bo, neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus, quoniam ex ve
ritate sumus, & in conspectu eius suademus cordi nostro. Quoniam, si repre-
henderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia.
Charissimi, si cor nostrũ non reprehenderit nos, fiduciã habemus ad Deũ, &
quicquid

A quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniã mandata eius custodimus, et
ea, quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius, vt creda-
mus in noĩe filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrũ, sicut dedit mandatũ
nobis. Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et in hoc sci- Gene.1.d
mus, quoniã manet in nobis, de spiritu, quem dedit nobis. Et sicut Deus cre-
ator, qui hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus, iu-
stus, patiens, atq; mitis, & misericors, & cętera sanctarum virtutum insignia,
quæ de eo leguntur, ita homo creatus est, vt charitatem haberet, vt bonus es-
set & iustus, vt patiens, atq; mitis, mundus, & misericors foret. Quas virtutes
quantò plus quisq; in seipso habet, tãtò proprior est Deo, & maior est, ac sui
conditoris gerit similitudinem. Si verò (quod absit) aliquis per deuia vitiorũ
& diuortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine dene-
B ger* oberret, tunc fiet de eo, quod scriptum est. Et homo cum in honore esset *al. aber-
non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est il- ret.
lis. Quis maior honor potuit homini esse, quàm vt ad similitudinem sui fa- Psal.48.
ctoris conderetur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & con-
ditor? De quo legitur, Dominus regnauit, decorem indutus est, id est, omniũ Psal.92.
virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius ho-
mini potest esse dedecus, aut infœlicior miseria, quàm vt hac similitudinis
gloria sui conditoris amissa, in informem & irrationabilem brutorum, iumẽ
torumq; similitudinem delabatur? Qua propter, quisq; diligentiùs attendat
primæ conditionis suæ excellentiam, & venerandam sanctæ trinitatis in se-
ipso imaginem agnoscat, honoremq; similitudinis diuinæ, ad q̃ creatus est,
nobilitate morum, exequutione virtutum, dignitate meritorum habere cõ-
C tendat, vt quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabi
liter ad similitudinẽ suam in primo Adam condidit, mirabiliusq; in secun-
do reformauit. Omnis ergo homo qui ad imaginẽ Dei factus est, illum de- Gene.1.d
bet imitari, cuius ad imaginem conditus est, illius debet sequi vestigia, qui
eum ad imaginem sui condidit. Consiliarium verò, ac protectorem, meliorẽ
reperire non poterit, quàm illum, qui eum ad imaginem sui condidit, qui eũ
pretioso sanguine suo redemit, & propter eum homo fieri non est dedigna-
tus. Quẽ proculdubio inueniet, si in eum totam spem suam, iuxta Psalmistæ Psal.54.
vocem proiecerit. Ait namq; :Proijce super Dominum charitatem* tuam, et *al. curã.
ipse te enutriet, nec dabit in æternam fluctuationem iusto. Omnis enim ho- *al. diffi-
mo in sua causa deficiens, & in suis hæsitans consilijs, quærit sibi amicũ fide debat.
lẽ, in cuius consilijs confidat, qui in suis confidebat*, & talẽ fiduciã habet in Cicero de amicitia.
D illo, vt omne secretum sui pectoris ei pãdat, & aperiat. Quid dulcius est, quã 1.Tim.2.a
vt habeas illũ, cũ quo omnia possis loqui vt tecum? Si ista cũ hominib. fiũt,
quantò magis cũ Deo hoc est agendum, qui omnes vult saluos fieri, & nemi-
nem perire? Nam si veraciter Deum credimus, eumq; diligimus, vt debemus Dan.14.f
& proximos sicut nosmetipsos, in eum quoq; totam spem proiecerimus no Acto.8.e
stram, ipse nos eripiet, & consolabitur. Et sicut per Angelũ suũ Abacuc Pro-
phetam cum prandio in lacum leonum ad Danielem vatem misit, & Phililip
pum, vnum de septem diaconibus ad Eunuchum, ita dabit nobis consolati
onem & liberationem. Hæc sectamini, charissimi, & nulli vnquam nocete.
Fratres estis, inuicem vos diligite, vt veri Domini discipuli effici mereamini. *al. uiuo-
Nam, qui rancida corda* virorum inficit, malitiam inter homines spargit, et um.
qui detrahit fratri suo, homicidæ est. Et qui abstulerit aliquid patri vel ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

tri dicitq; hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine B
dubio Deus est, qui nos creauit, mater verò nostra Ecclesia, quæ nos in bap-
tismo spiritualiter regenerauit. Ergo qui Christi pecunias, & Ecclesiæ rapit,
aut fert vel fraudat, homicida est, atq; homicida ante cõspectum iusti iudicis
esse deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur, qui
aût pecuniam vel res Ecclesię abstulerit, sacrilegium facit. Priuilegia enim Ec
clesiarum, & sacerdotũ, sancti Apostoli iussu saluatoris intemerata, & inuio
lata, eius omnibus decreuerunt manere temporibus. Leges Ecclesiæ Apostolica firmamus auctoritate, & peregrina iudicia submouemus. Vnde & Domi
nus mentionem faciens Loth, per Mosen loquitur, dicens. Ingressus es quidẽ
inquiunt, vt aduena, nunquid vt iudices? Vnaquæq; prouincia tam iuxta Ec
clesiasticas, q̃ iuxta seculi leges, suos debet iustos, & nõ iniquos habere iudi-
ces, & nõ externos, nisi Apostolicæ sedis huius decreuerit*auctoritas, quate B
nus, quicunq; causam habuerit, apud suos iudices iudicet, & non ad alienos,
causa vagandi, stimulante proteruia, suam despiciens patriã, transeat, sed ad
duodecim eiusdem prouinciæ iudices, ad quorum iudiciũ omnes causæ ci-
uitatum referuntur, deferatur negotiũ. Si aût fuerit Ecclesiasticũ, apud Episcopos (interueniente Primate) si quidem maior causa fuerit, si verò minor,
Metropolitano, si verò fuerit seculare, apud eiusdẽ ordinis viros, iudicio tan
tum Episcoporũ, quùm Apostolus priuatorũ Christianorũ causas magis Ec-
clesijs deferri, & ibidem sacerdotali iudicio terminari voluit. Omnis enim
oppressus, liberè sacerdotum (si voluerit) appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut maiora
negotia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur. Et si illic facile discerni
nõ poterint, aut iustè terminari, vbi fuerit summorũ congregata congratio, G
quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet, iustè & Deo placitè corã Patriarcha aut Primate Ecclesiastico, & coram Patricio secularia iudicentur
negotia in commune. Quòd si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, aut Episcoporum vel maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem Apostolicã (si appellatum fuerit) referantur, quoniam Apostoli hoc statuerunt
iussione saluatoris, vt maiores & difficiliores quæstiones, semper ad sedẽ de
ferantur Apostolicam, super quam Christus vniuersam construxit Ecclesiã,
dicente ipso ad beatum principem Apostolorum Petrum. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã, & reliqua. Sit ergo, fratres, constantia vestra aduersus contentiones eorũ, qui aduersa sapiũt, & nõ
quæ Dei sunt sapiunt, & erit fortior petra constantia vestra, sicut scriptũ est:
Ne timueritis ab his, neq; terreamini à facie eorũ, qui corpùs occidunt, ani- H
mam autem non possunt occidere. Quod aût in aure auditis, prædicate in lumine, illum timentes, qui potest animam & corpus occidere, & mittere in gehennam. Fratres mei, in carne ambulantes, non secundũ carnẽ militamus. Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem
munitionum, consilia destruentes, & omnem exaltationem extollentem
se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omẽm cogitationẽ,
& in obsequium Christo perducentes. De cætero, fratres conformamini in
Domino, & in potentia fortitudinis eius, vt pax vobis multa, & gratia à Deo
& Domino nostro Iesu Christo ministretur. Amplectimur, & osculamur, ac
si præsentes, charitatẽ vestrã, in vnitate spiritus, in vinculo pacis & charitatis
Christi. Propter quod, charissimi, expectantes satagite, immaculati & inuiolati inue-

12.q.1.qui abstulerit. Et partim ibidem. c. Qui Christi pecunias Et i decre. Lucij pap. 17.q.4. Qui rapit Et in decr. Lucij pap. 25.q.2. Priuilegia Ecclesiarũ ad sacerd. Et.3.q 6. Leges Eccle.3.q.6. leges Eccl. Gen.19.b *al.cẽsura 3.q.6.una quæq; prouincia.

2.q.6.Oĩs oppressus.

Mat.16.c

Matt.10.c Lucæ.12.d

2.C.10.d

Ephe.6.b 2.Pet.3.d

A lati inueniri in pace, & Domini nostri longanimitatem salutem arbitramini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam perditionem. Vos ergo, fratres, præscientes custodite, ne insipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate. Crescite verò in gratia, & cognitione Domini nostri Iesu Christi & saluatoris. Vos autem Charissimi, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimo tempore, venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietate. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, spiritum non haben- In epi. Iudæ post. f
tes. Vos autem charissimi, super ædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ
B fidei, in spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos verò saluate, deigne rapientes. Alijs autem miseremini in timore, odientes eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Ei autem, qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, soli Deo saluatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum, gloria, magnificentia & imperium, & potestas ante omnia secula, nunc, & per omnia secula seculorum, Amen.

C EPISTOLA SECVNDA ANACLETI PAPAE, DE ORDINATIONE Archiepiscoporum, & reliquorum Episcoporum, atque sacerdotum, & de fide, cæterisque causis, ad Episcopos Italiæ scripta.

D

ANACLETVS Episcopus vniuersis Episcopis in Italia constitutis.

Quoniam Apostolicæ sedis debitam reuerẽtiam erga me charitas vestra distribuit, & quia plurimũ venerationis, charissimi filij, præbuistis (nam licet Ecclesiæ, in qua sanctus Apostolus residens docuit, quo nam modo nos gubernacula teneamus, tamen profitemur nos honore & sanctitate minores esse, & propterea omninò festinamus, vt ad gloriam eius beatitudinis peruenire possimus) igitur consultationibus vestris pleniùs respondissemus, si licuisset, sed infirmitatis, ac reliquorum oppressionum, onere pressi breuiter (prout Dominus tribuit & vt à beato Petro principe Apostolorum sumus instructi, à quo & presbyter sum ordinatus) scribere vobis (sicut petistis) non denegauimus. Ordinationes Episcoporum, authoritate Apostolica, ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia Episcopis, sunt cælebrandæ. Qui simul conuenientes, scrutinium diligenter agant, ieiuniumque cum

Universidad de Deusto Biblioteca

Dis.64. Ordinationes Episcoporũ omnibus celebrent precibus,& manus cum ſanctis Euangelijs,quæ prædica E
Dist.75. Ordinationes Episcoporum. turi ſunt, imponentes ,dominica die hora tertia orantes,ſacraq; vnctione ex
emplo Prophetarum, & Regum capita eorum (more Apoſtolorũ & Moyſi)
vnguentes,quia omnis ſanctiſicatio conſtat in ſpiritu ſancto,cuius virtus in
uiſibilis,ſancto chriſmati eſt permixta,& hoc ritu ſolennem celebrent ordi
Et in dec. Iuo. lib.3. nationem.Quod ſi ſimul omnes conuenire minimè potuerunt,aſſenſum ta-
Dist. 64. Ordinationes Episcoporũ men ſuis præcibus prębeant,vt ab ipſa ordinatione animo non deſint.Porro
& Hieroſolimitarũ primus Archiepiſcopus beatus Iacobus, qui iuſtus dice-
Et in dec. Iuo.lib.3. batur,& ſecudum carnem,Domini nuncupatus eſt frater,à Petro,Iacobo,& E
Dist. 66. Porrò &c. Ioãne Apoſtolis eſt ordinatus,ſucceſſoribus videlicet dantibus formam eo-
rum,vt nõ minus quàm à tribus Episcopis,reliquisq; omnibus aſſenſum prębentibus,vllatenus episcopus ordinetur,& cõmuni voto ordinatio celebre-
Et in dec. Iuo.lib.3. tur.Reliqui verò ſacerdotes à proprio ordinẽtur Epiſcopo,ita vt ciues & alij E
Dist. 67. Reliqui ſacer. ſacerdotes aſſenſum præbeant, & ieiunantes ordinationem celebrent,ſimili
ter & diaconi ordinentur.Cæterorũ autem graduum diſtibutioni trium ve-
racium teſtimoniũ, cum Epiſcopi ſcilicet approbatiõe, ſufficere poteſt. Ac-
2.q.7 Accuſatio quoque. cuſatio quoq; eorum,ſuper qua nos conſulere voluiſtis, non niſi ab idoneis
Et in dec. Iuo lib.4 & probatiſsimis viris,qui & ſuſpitionibus & ſceleribus careant,fieri debet,
quia Dominus ſacri ſui corporis tractatores à vilibus & reprobis,ac nõ ido-
neis perſonis infirmari noluit, nec calumniari permiſit, ſed ipſi proprio fla-
Ioan.2.c gello peccãtes ſacerdotes à templo eiecit. Vnde liquet,quòd ſummi ſacerdo
tes,id eſt,Epiſcopi,à Deo ſunt iudicandi,non ab humanis aut prauę vitæ ho
Mat.21.b minibus lacerandi,ſed potius ab omnibus fidelibus portandi, ipſo Domino
Mar.11.b exemplum dãnte,quando per ſeipſum,& non per alium,vendentes & emen-
Ioan.2.c tes eiecit de templo,& menſas numulariorum & cathedras vendentiũ pro- G
*al. diſcernit. prio euertit flagello,&eiecit de templo.Et ſicut alibi ait,Deus ſtetit in ſyna-
goga Deorum in medio autem Deos*decernit.Et alibi.Ego dixi,dij eſtis, &
Pſalm.81. filij excelſi omnes.Nullus enim (vt reor) inuenitur inter nos, qui velit ſu-
Ibidem. 2.q.7. Accuſatio quoq; um ſeruum ab alio,quàm à ſe iudicari.Quod ſi præſumptum fuerit, aut mul
ta ipſe indignatione iraſcitur,aut potius vltionem quærit ſuper eum. Si verò
Pſal.93. hoc inter homines agitur,quid putatis faciet Deus Deorũ & Dominus Do-
minantium, qui vltionem ſuorum promiſit non differre ſeruorum? Vnde &
Rom.14.d ipſe per Prophetam loquitur,dicens, Deus vltionum Dominus, Deus liberè
2.q.7. Accuſatio quoq; egit,& reliqua.Et Apoſtolus inquit,Tu quis es,qui iudicas ſeruum alienum?
Ro.14.c. Suo enim Domino ſtat aut cadit.Et ipſe. Nolite iudicare inuicem ſed hoc
Zach. 2. c iudicate magis,ne ponatis offendiculum fratri,vel ſcandalũ.Et Dominus per
Prophetam inquit. Qui vos tangit,tangit pupillam oculi mei.Nam ſi aliquis H
nunc in malum oculos alicuius principis incipit tractare,manifeſtè reus ma
ieſtatis iudicatur, & infamis efficitur,aut potius capitali ſententiæ ſubiacet.
Hæc,fratres,valde cauẽda ſunt,&quod homines nolunt ſibi fieri,Deo Deo-
rum non debent inferri,ne fortè iraſcatur Dominus,& faciat vindictã eorũ,
etiam in eos,qui nõ peccauerunt,quia perit ſæpiſſimè iuſtus pro impio . Imi
Pſal. 100 tandus eſt etiam Propheta,per quem Dñs ait. Perambulabo in ſimplicitate
Pro. 26.c cordis mei,in medio domus meæ. Non proponebam coram oculis meis ver
bum os Belial.Detrahentem in abſcondito ſodalẽ ſuum, hũc interficiebam.
bam. Et hi cauendi ſunt, de quibus Salomon ait.Sicut noxius eſt,qui mit-
tit lanceas & ſagittas in mortem,ſic vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo,
& quùm fuerit depræhenſus,dicit,ludens feci. Sicut carbonas ad prunas, &
ligna

A ligna ad ignem,ſic homo iracũdus ſuſcitat rixas. Verba ſuſurronis quaſi ſim
plicia,& ipſa peruenìunt ad intima*ventris. Et ſi detractores quorumcunq; *al.cordis
grauiter iudicantur,& in perditionis laqueum cadunt,multò magis lacera- 2.q.7. Accuſatio quoq;.
tores & detractores atq; accuſatores memoratorum Dei famulorum, atque
perſequutores damnantur,& in barathrum,niſi ſe correxerint,& per eorum
ſatisfactionem condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt, &
vindicibus flammis exuruntur.Quapropter oportet omnes ab his cauere,& Rom.1.d
non ſolùm non facere,ſed nec facientibus conſentire, quia non ſolum, qui
faciunt,damnantur,ſed qui conſentiunt facientibus.De talibus, & his ſimi- Mat.8.c
libus, ipſa veritas ait. Vulpes foueas habent,& volucres cœli nidos,filius au- Luc.9.g
tem hominis non habet,vbi caput ſuum reclinet,id eſt,in talibus nõ habitat
Dominus,nec ipſi manent in eo,Et Salomon loquitur,dicens. Qui fodit fo- Eccl.27.d
ueam,incidet in eam,&qui voluit lapidem,reuertetur ad eum.Lingua fallax Pro.26.d
B non amat veritatem,& os lubricum operatur ruinas. Graue eſt ſaxum,& o- Pro.27.a
nerosa harena,ſed ira ſtulti vtroque grauior.Hominem, qui calumniatur a- Pro.28.
nimæ ſanguinem,ſi vſque ad lacum fugerit, nemo ſuſtinet. Qui ſe iactat,& c.d
dilatat,iurgia cõcitat.Qui ſperat in Domino,*ſanibatur. Qui cõfidit in cor- *al. ſaluabitur.
de ſuo,ſtultus eſt,qui autem graditur ſapienter, ipſe *ſaluabitur.Qui fortiter Pro. 30.d
premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum, qui vehementer emun- *al.laudabitur.
git,elicit ſanguinem,& qui prouocat iras, producit diſcordias. Hæc & alia 2.q.7 Accuſatio quoq;
periculoſa conſiderantes Apoſtoli,ſtatuerunt,ne facile commouerentur,aut Et in dec.
lacerarentur,vel accuſarentur colũnæ ſanctæ Dei Eccleſiæ, quæ Apoſtoli & Iuo.lib. 4
ſucceſſores eorũ, nõ immerito dicũtur.Sed ſi quis aduerſus eos,vel Eccleſias
eorum cõmotus fuerit, aut cauſas habuerit, prius ad eos recurrat charitatis
C ſtudio,vt familiari colloquio cõmoniti,ea ſanent,quæ ſananda ſunt,& cha
ritatiuè emendent, quæ iuſtè emendanda agnouerint. Si autem aliqui eos,
priuſquam hoc egerint,lacerare,accuſare,aut infeſtare præſumpſerint,excõ-
municentur,& minimè abſoluantur, antequam per ſatisfactionem (vt iam
dictum dictum eſt) condignam egerint pœnitẽtiam, quoniam iniuria eorũ
ad Chriſtum pertinet, cuius legatione funguntur. Nec hoc mirum, quia ſi *al. ſuorũ
quiſq; noſtrũ cuidam*ſeruorum legationem iniungeret,& à quoquã impe-
diretur,aut ab aliquo ſubditorũ ſuorũ deſpiceretur, mox indignatus iraſce-
retur,aut talia(prout poſſet)vindicaret & ad iniuriã, ac contumeliã ſuã,hoc
factum reputaret, & talionẽ (ſi in præſenti non poſſet) futuris temporibus
redderet.Nam ſi in hominis cauſa hæc fiũt, quid putatis Deus faciet de ſuis, Luc.21 d
q nec capillũ capitis eorũ perire dixerit? Vnde & Dñs per Naum Propheta Num.1 a
D loquitur, dicens,Deus æmulator,& vlciſcens Dñs,& habẽs furorẽ,vlciſcens Ibidem b
Dñs in hoſtes ſuos,&iraſcens ipſe inimicis ſuis,ante faciem indignationis e-
ius quis ſtabit,&quis reſiſtet in ira furoris eius? Indignatio eius effuſa eſt ſic-
ut ignis,& petræ diſſolutæ ſunt ab eo .Bonus eſt Dominus,& confortans in
die tribulationis,& ſciens ſperantes in ſe,& reliqua. Quædam autem ex his
iam alijs fratribus ſcripſimus,quæ toties ſunt replicanda,quoties fuerint ne-
ceſſaria.Eiectionem quoque(vt ſuprà memoratum eſt)ſummorum ſacerdo- Dist.80
tum ſibi Dominus reſeruauit,licet electionem eorum bonis ſacerdotibus & Eiectionẽ uerò, *al eiectionem ſummorũ.
ſpirtualibus populis conceſſiſſet. Electionem enim illorum taliter Apoſto-
lus fieri iubet. Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris virum, filios habentem
fideles,non in acuſatione luxuriæ, aut non ſubditos, & reliqua. Si enim ſine
crimine ſacerdos eligi pręcipitur,nullatenus ab hoĩbus,criminibus irretitis,
accuſari,

Universidad de Deusto Biblioteca

accusari, aut calumniari, permittitur, nec ab alijs quàm ab his, qui sine crimi E
ne sunt, & iuxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino ser
uire elegerint, sacerdotesq; sine crimine fieri & ordinari possint, & tales per
omnia fuerint, quales elegi sacerdotes, iubentur. Porrò & Moysi præcipitur,
vt eligat presbyteros. Vnde & in Prouerbijs dicitur, Gloria senum canities.
Hæc verò canities sapientiam designat, de qua scriptum est. Canities homi-
num prudentia est. Cumq; nongentos & ampliùs annos ab Adam vsque ad
Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellatus est presby-
ter, id est, senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis conuin-
citur. Non ergo propter decrepitã senectutem, sed propter sapientiã presby-
teri nominantur. Initiũ enim sacerdotij Aaron fuit, licet Melchisedech pri-
or obtulerit sacrificium, & post hunc Abraham, Isaac & Iacob. Sed hi spon-
tanea voluntate, non sacerdotali auctoritate ista fecerunt. Cæterùm Aaron F
primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusq; pontificali stola indu-
tus, victimas obtulit, iubente Domino, ac loquente ad Moysen: Accipe, in-
quit, Aaron & filios eius, & applicabis ad ostium tabernaculi testimonij.
Cumq; laueris patrem cum filijs aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est,
lineam & tunicam, & superhumerale, & rationale, quod cõstringes baltheo.
Et pones tyaram in capite eius, & laminam sanctam super tyaram, & oleum
vnctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur Domino.
Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesque baltheo
Aaron & liberos eius, & impones mitras eis, eruntque sacerdotes mihi re-
ligione perpetua. Quo loco contemplari oportet, Aaron summum sacer-
dotem, idest, Episcopum fuisse, porrò filios eius presbyterorum demõstras-
se figuram. Hoc enim fuit inter Aaron summum sacerdotem & filios eius G
qui sacerdotes erant, quod Aaron super tunicam accipiebat poderem, stolã
sanctam & coronam auream, mitram, & zonam auream & super humerale,
& reliqua quæ præfixa sunt. Filij autem Aaron super tunicas lineas cincti
tantummodo, & tyarati assistebant sacrificio Domini. In nouo autem testa-
mento, Post Christum nostrum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo,
quia ipsi primo pontificatus in in Ecclesia Christi datus est, dicente Domi-
no ad eum. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam
meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues
regni cœlorum. Hic ergo ligandi, atque soluendi potestatem primus accepit
à domino, primusq; ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit.
Cæteri verò Apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem
acceperunt, ipsumq; principem eorum esse voluerunt. Qui etiam, iubente H
Domino, in toto orbe dispersi Euangelium prædicauerunt, ipsis quoq; de-
cedentibus, in locum eorum successerunt Episcopi, quorum ordinatio præ-
tacto fieri debet ordine & modo, quos, qui recipit, & verba eorum, Deum
recipit. Qui autem eos spernit, eum, à quo missi sunt, & cuius funguntur le-
gatinone, spernit, & ipse indubitanter spernetur à Domino. Videntes autem
ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogauerunt Domi-
num messis, vt mitteret operarios in messem suam. Inde electi sunt ab eis *se-
ptuaginta discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atq; in eorum locũ
sunt constituti in Ecclesia, de quorum ordinatione & reliquorum ministro
rum, dixisse suprà sufficiat. Porrò quod Episcopus non ab vno, sed à cũctis,
consensu, aut præsentia comprouincialium est ordinandus, & nullatenùs
minus

7.q.1.Si sacerdos sine Dis.84. Porrò Moysi Exo.29.a Num.11. Pro.20.d Iob.12.b Sap.4.b. Abraham primus appellatus presbyter Gen.14.d Aaron primus pont. ue.test. Exo.29.a

21.dis. In nouo.test. & in dec. Iuo.li.3 Mat.16.c

Mat.10.b Mar.ult. Luc.10.d Luc.10.c

Mat.9.d Luc.10.a *al.lxxij.

A minus quàm à tribus cæteris cõsentientibus cunctis, idcircò, instituẽte Do-
mino, fieri iubetur, ne aliquid contra fidem Ecclesiæ vnius tyrannica auc-
toritas moliretur, & regula, vel fides confunderetur credentium. Prouinciæ
autem multo ante Christi aduentum tempore diuisæ sunt maxima ex parte,
& postea ab Apostolis, & beato Clemente prædecessore nostro, ipsa diuisio
est renouata. Et in capite prouinciarũ, vbi dudum primates legis seculi erant,
ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas ciuitates commorabã-
tur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere
non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressio-
nibus vel iniustitijs suis, ipsosq; appellabant, quoties opus erat, sicut in lege
eorum præceptum erat, ipsis quoq; in ciuitatibus, vel locis nostris, Patriar-
chas, vel Primates, qui vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges
B diuinæ & Ecclesiasticę poni, & esse iusserũt, ad quos Episcopi (si necesse fue-
rit) confugerent, eosq; appellarent, & ipsi primatum nomine fruerentur, &
non alij. Reliquæ verò Metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habe-
bant (licet maiores comitibus essent) haberẽt Metropolitanos suos, qui prę-
dictis *iustè obedirent primatibus, sicut & in legibus seculi olim ordinatũ
erat, qui non primatum, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum
nomine fruerentur. Et licet singulæ Metropoles ciuitates suas prouincias ha
beant, & suos Metropolitanos iudices habere debeant Episcopos, sicut pri-
us Metropolitanos iudices habebant seculares: primates tamen (vt præfixum
est) & tunc, & nunc habere iussæ sunt, ad quos, post sedem Apostolilicam
summa negotia conueniant, vt ibidem, quibus necesse fuerit, releuentur, &
iustè restituantur, & hi, qui iniustè opprimuntur, iustè reformentur, atq; ful-
C ciantur. Episcoporumq; causę, & summorũ negotiorũ iudicia (salua Aposto
licę sedis auctoritate) iustissimè terminẽtur. Hęc ab antiquis, hęc ab Aposto
lis, hæc à sanctis patribus accepimus, vobisq; (vt postulâstis) rimãda, & futu-
ris tenẽda tẽporibus mittimus, & reliquis fratribus prædicãda, ac cunctis fi-
delibus tradenda, mandamus, ne pastorum imperitia, qui sequuntur, deterio
res fiant, dicente Domino per Prophetam: Ipsi pastores ignorauerunt intelli
gentiam. Quos rursus Dominus detestatur, dicens: Et tenentes legem nescie-
runt me. Nesciri ergo veritas se ab eis conqueritur, & nescire se principatũ
nesciẽtium protestatur, quia profecto hi, qui ea, quæ sunt Domini, nesciũt,
à Domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur.
Hinc & Psalmista, nõ optantis animo, sed prophetantis mysterio, denũciat,
dicens: Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper in-
D curua. Obscuratis ergo oculis, dorsum flectitur, quoniam cùm lumen scien-
tiæ perdunt, qui præeunt, sine dubio, ad portanda peccatorum onera incli-
nantur sequentes. Hic ergo inter manus latronum, & dentes furentium lu-
porum, vtcunq; versamur. Ideo & docere alios, & nosipsos (prout Dominus
dederit) prouidere debemus. Sanè percussor ille doctor dicitur, qui sermone
inutili conscientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles,
oportet, eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit
consolari in doctrina sancta, & contradicentes redarguere, & rectè viuentes,
atq, rectam fidem tenentes, consolidare. Illis ergo, qui dicunt, quòd filius in
eo minor est, quia Propheta, inquit, verbũ faciet Dominus breuiatũ vniuer-
so orbi, ita respondendum est diuinis testimonijs. Verbum breuiatum quod
Dominus faciet super terrram, non minutionem deitatis in filio Dei signi-
ficat

Dis. 90. Prouinciæ multo. Et in.de.Iuo. lib.4.

*al.iure.

Esa.56.d Hier.2.b

1.Cor.14.f

Psal.68.

Dist.45. Sanè percussor.

Esa.10.f

Universidad de Deusto Biblioteca

ficat, sed dispensationem susceptæ carnis annuncias, in quali dispensatione, B
non solùm patre, hominis filium, sed etiam Angelis, legimus minoratũ. Pau-
lo attestante Apostolo: Eum autem, inquit, modice minùs ab Angelis mino-
Heb. 2. d ratũ, vidimus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatũ.
Ibidem. c Et infra: Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens:
Psal. 21. Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Et
Psal. 8. Propheta inquit: Minorasti eum paulominùs ab angelis, gloria & honore co
ronasti eum. Et vt verbum Dei patris, breuiatum in filio non esse, doceamus,
Esa. 50. d hanc Esaiæ Prophetæ volumine approbamus sententiam. Nunquid abbre-
uiatus factus est sermo meus, aut ita paruus est, vt non possim redimere, aut
Esa. 59. d non est in me virtus ad liberandum, dicit Dominus omnipotens. Et iterum:
Hæc dicit Dominus omnipotens. Nunquid abbreuiata est manus mea, vt sal
uare non possit? Aut non potest viuificare cor humilium, & spiritum contri B
Esa. 52. c torum? Et vt brachium patris, quæ manus est, filium esse doceret, intulit, di-
cens: Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentiũ,
& videbunt omnes fines terræ salutare eius. Nam & in nouissimo tẽpore hic
sensus non inaniter poterit coaptari, in quo tempore Dominus ex cœlesti
aula, ac empyreo domicilio, pessimi dæmonis iam ferre dedignans tyranni-
Hebr. 2. d dem, in creaturas suas crudelissimè sæuientem, plasmati cõdolens, ac suæ im-
Ioan. 12. c mensæ charitatis thesaurũ reserare volens in castissimæ virginis purissimũ
vterum, omnis thori virilis nescium, inenarrabili mysterio, pro redemptiõe
nostra carnem suscipiẽs, aduenit, vt & illum, qui habebat mortis imperium,
sua morte destrueret, & eos, quos in tenebris, & vmbra mortis, captiuos sub-
egerat, virtutis suæ potẽtia in ipso paruo & exigui temporis spatio, liberaret.
De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucem (cùm G
adhuc tempus haberent) incedere præmonebat. Pueri, inquit, nouissima ho
Ioan. 12. c ra est, dum lucem habetis, ambulate in lucem, ne vos tenebræ comprehen-
1. Ioan. 2. c dãt. Et in canonicis Apostolorũ legitur epistolis: Filioli, nouissima hora est,
1. Cor. 4. c quia multi Pseudoprophetæ exierunt in hunc mundum. Et Paulus Apostolus:
Ibidem. f Tempus enim breue est. Et iterum: omnia hæc ad * correctionem nostrã
1. Cor. 10. c facta sunt, in quos fines seculorum obuenerũt. Nam Dñs in ipsa oratione do
*al. correctionem. minica breuiauit nobis sermonem, dum nos à multiloquio prohibens, pau-
Mat. 6. b ca loqui docuerit, quæ pertinent ad salutem. Cùm oratis, inquit, nolite mul-
tum loqui. Et infra: Vos autem, cùm oratis, dicite. Pater noster, qui es in cœ-
lis, & cætera. Non enim Propheta filium Dei in hoc capitulo minoratũ desi-
gnauit in verbo, quoniam ipse in Prophetis retro tempore loquebatur, qui-
Esa. 52. b etiam nunc per Apostolos & Apostolicos viros nouissimo tẽpore loquitur. H
Eccl. 42. d Ego, inquit, qui loquebar in seruos meos Prophetas, ecce assum. Et alius Pro-
Eccl. 36. e pheta. Sicut est ab initio vsque in seculum, neque adiectum est ei, neque mi-
nuetur illi, quoniam ipse est Dominus creaturæ suæ. Ecce quale verbum bre
uiatum fecit Dominus in orbe terrarum. Non, quia (vt illi putant) inferior-
em patri intimaret hominibus filium, sed quia nouissimum eius annuncia-
ret aduentum. Si ergo (vt prædictum est) Aaron filij presbyterorum figuram
1. Tim. 2. b gestabant, & Aaron summi sacerdotis, id est Episcopi, Moyses indubitanter
Christi tenebat formam, quoniam fuit similitudo mediatoris Dei, qui est
inter Deum, & hominem Iesus Christus, qui est verus dux populorum, & ve-
rus princeps sacerdotum, & Dominus Pontificum, cui est honor, & gloria,
in secula seculorum, Amen.

EPISTO-

A EPISTOLA EIVSDEM ANACLETI PAPAE TERTIA, DE PATRIARCHIS & PRIMATIBUS AC RELIQUIS EPISCOPIS, & QUOD ECCLESIA ROMANA, CARDO & CAPUT OMNIUM ECCLESIARUM SIT.

B ANACLETVS Seruus Christi Iesu, in apostolica sede à Domino constitutus, & à sancto Petro Apostolorum principe presbyter ordinatus, omnibus Episcopis, ac reliquis Christi sacerdotibus, salutem.

Benedictus Deus, & pater Dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali Eph. 1. a. b. c. in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mũdi constitutionẽ, vt essemus sancti, & immaculati in cõspectu eius, in charitate, prædestinãs nos in adoptionẽ filiorum per Iesum Christũ in ipsum, secundum propositũ voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua *gratificatus est nobis in dilecto filio suo, in quo habemus *al. gratificauit nos. redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, vt notum nobis faceret sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quę in terra sunt in ipso. In quo C etiam sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum *consilium voluntatis suæ, vt simus nos in laudem *al. propositum. gloriæ eius, qui ante sperauimus in Christo. De Primatibus, charissimi, super quibus me quidam vestrum consuluerunt, & apostolicæ auctoritatis (qua, licet indigni, Domino dispensante, fungimur) decretum postulauerunt, aut si esse deberent, aut non, quantum hactenus de his, à beato Petro, Apostolo, & à reliquis Apostolis, ac beato Clemente nostro sancto prædecessore, & martyre nouimus statutum, denegare vobis minimè possumus. Et quis est, qui quærentibus fratribus denegare possit dubitationes, vel necessitates eorum? Sacerdotum, fratres, ordo bipartitus est, &, sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem, à Domino Apostolos esse ele- D ctos, & constitutos, & posteà per diuersas prouincias ad prædicandum dispersos. Cùm verò messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adiumentum septuaginta eligi pręcepit discipulos. Episcopi verò Domini Apostolorum presbyteri quoque septuaginta discipulorum, locum tenent. Episcopi autem non in castellis, aut modicis ciuitatibus, debent consti Luc. 10. a tui, sed presbyteri per castella, & modicas ciuitates, atque villas, debent ab Dist. 80. Episcopis ordinari, & poni, singuli tantum per singulos titulos suos. Et E- Episcopi non in. piscopus non ab vno, sed à pluribus debet Episcopis ordinari, & (vt dictum est) non ad modicam ciuitatem, ne vilescat nomen Episcopi, sed ad honorabilem vrbem titulandus & denominandus est. Presbyter verò ad quẽcumque locum, vel Ecclesiam in eo costitutã, est pręficiendus, atq; in ea diebus vitæ suæ duraturus. Amplius, q̃ isti duo ordines sacerdotum, nec nobis

Universidad de Deusto Biblioteca

à Deo collati ſunt,nec Apoſtoli docuerunt. Epiſcoporũ verò ordo eſt vnus, E
licet ſint Primates illi, qui primas ciuitates tenent, qui & in quibuſdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur.Illi autem,qui in metropoli à beato Petro Apoſtolo,ordinante Domino,& à prædeceſſore noſtro prædicto ſancto Clemẽte,ſeu à nobis,conſtituti ſunt,nõ omnes Primates, vel Patriarchæ eſſe poſſunt,ſed illæ vrbes,quæ præfatis,& priſcis temporibus primatum tenuere Epiſcoporum,Patriarcharum,aut Primatum nomine fruantur,reliquæ verò metropoles Archiepiſcoporum,aut metropolitanorum,& non Patriarcharum,aut Primatum vtantur nominibus,quia hæc eadem & leges ſeculi in ſuis continent principibus,aliæ autem primæ ciuitates, quas vobis cõſcriptas in quodam tomo mittimus,à ſanctis Apoſtolis,& à beato Clemente, ſiue à nobis Primates prædicatores acceperunt. Hæc verò ſacroſancta Romana & apoſtolica Eccleſia,non ab Apoſtolis,ſed ab ipſo Domino ſaluatore noſtro, F
primatum obtinuit,& eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias,ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſe beato Petro Apoſtolo dixit:Tu es Petrus & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam,& portę inferi non præualebunt aduerſus eam,& tibi dabo claues regni cœlorum: Et quicunq; ligaueris ſuper terrã, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; ſolueris ſuper terram,erũt ſoluta & in cœlo. Adhibita eſt etiã ſocietas in eadem Romana vrbe beatiſſimi Apoſtoli Pauli vaſis electionis, qui vno die, vno quoq; tempore,glorioſa morte cum Petro,ſub principe Nerone agonizans, coronatus eſt & ambo Sanctam Romanam Eccleſiam conſecrârunt, alijsq; omnibus vrbibus,in vniuerſo mundo eam ſua præſentia,atq; venerando triumpho,prætulerũt. Et licet pro omnibus aſſidua apud Deum omniũ ſanctorum effundatur oratio,his tamen verbis Paulus beatiſſimus Apoſtolus Ro- G
manis proprio chirographo pollicetur,dicens:Teſtis enim mihi eſt Deus,cui ſeruio in ſpiritu meo, in Euãgelio filij eius, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis.

Prima ergo ſedes eſt,cœleſti beneficio Romanę Eccleſiæ, quã(vt memoratum eſt)beatiſſimi Petrus & Paulus,ſuo martirio conſecrarunt.

Secunda autem ſedes apud Alexandriã, beati Petri nomine, à Marco eius diſcipulo, atq; Euangeliſta conſecrata eſt, quia ipſe & in Aegypto primum verbum veritatis,directus à Petro, prædicauit, & glorioſum ſuſcepit martyrium.Cui venerabilis ſucceſſit *Abilius.

Tertia autem ſedes apud Antiochiam eiuſdem,id eſt, beati Petri Apoſtoli nomine habetur honorabilis,quia illic,priuſquàm Romam veniret,habitauit,& *Ignatium Epiſcopum conſtituit,& illic primum nomen Chriſtia- H
norũ nouellæ gentis exortum eſt.Reliquas verò(vt prædiximus) in quodam tomo,prolixitatẽ vitantes epiſtolæ,vobis cõſcriptas, direximus.Inde namq; & beati Apoſtoli inter ſe ſtatuerũt,vt Epiſcopi ſingularũ ſcirent gentiũ,quis inter eos primus eſſet, quatenus ad eum potior eorum ſolicitudo pertineret. Nam & inter beatos Apoſtolos quædam fuit diſcretio.Et licet omẽs*eſſent Apoſtoli,Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe idipſum voluerunt,& reliqs omnibus præeſſet Apoſtolis,& Cephas, id eſt,caput & principium, teneret apoſtolatus. Qui & eandem formam ſuis ſucceſſoribus, & reliqui Apoſtoli,Epiſcopis tenendam tradiderũt. Et nõ ſolùm hoc in nouo teſtamẽto eſt cõſtitutum,ſed etiam in veteri fuit. Vnde ſcriptum eſt. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, id eſt, primi inter vos fuerint. Et quamuis ita ordinatum

Diſt.22. Sacroſancta Romana. Et in decr. Iuo. lib.4. Mat.16.c

Paſſio beatorum Petri & Pauli uno tempore & uno die ſcribitur facta. Rom.1.b

Et in dec. Iuo lib.4.

*al. Anianus & poſt hunc Abilius.

*al. Zachæum,poſtea Euodium,poſtquẽ Ignatium.

Diſt.22. Sacroſancta Romana.

*al. pares eſſent.

Pſal.98.

A ordinatũ fuerit,nemo tamen quod ſuũ eſt, quærat, ſed quod alterius: Vnde ait beatus Apoſtolus Paulus. Vnuſque placeat proximo ſuo in bonũ ad ædificationẽ. Et ſicut ipſe ſaluator ſuis ait diſcipulis:Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Et reliqua. Et licet ſuper his aliqua dicta fuerint,repetẽtes tamẽ ſæpius,admonemus, vt ſemper in omnibus,& ab omnibus vitẽtur elationes mentis & corporis. Et quanto maior vnuſquiſq; videtur eſſe,tãtò ſit humilior,ſicut Dominus ſaluator noſter nõ venit miniſtrari,ſed miniſtrare. Et ſi frater aliquis præoccupat' fuerit in aliquo delicto,vos qui ſpirituales eſtis inſtruite eũ in ſpiritu lenitatis. Si quæ verò aliæ cauſæ difficiliores inter vos ortæ fuerint,ad huius ſanctæ ſedis apicem eas,quaſi ad caput,referre,vt Apoſtolico terminentur iudicio,quia ſic Dominum velle,ab eoq; ita conſtitutũ eſſe,antedictis teſtimonijs declaratur. Hæc verò Apoſtolica ſedes cardo, & B caput(vt prætactũ eſt)omniũ Eccleſiarũ à Domino, & non ab alio eſt conſtituta. Et ſicut cardine oſtiũ regitur,ſic huius ſanctæ ſedis auctoritate,omẽs Eccleſiæ,Dño diſponẽte,regũtur. Accuſatores aũt, & teſtes eſſe nõ poſſunt, qui ante heſternũ diẽ,aut nudiuſtertius inimici fuerũt:ne irati,nocere cupiant,vel læſi,ſe vlciſci velint. Inoffenſus igitur accuſatorum, & teſtiũ affectus quærẽdus eſt,& nõ ſuſpectus. Cauſam enim veſtrã alieno nolite cõmittere iudicio. Valde enim iniquũ eſt,vt omiſſis ſuis,alij quilibet aliorũ ſe cauſis immiſceant, qm̃ nullis in locis ſpiritualis cura deficit, ſed ſe per oĩa,quocunq; nomen Dei prædicatur,extendit. Studendũ eſt omnibus,ne(ut ſunt) æmulationes malæ,ſed piæ ſint inter vos dilectiones,quia in hoc vos omnes Domini diſcipulos eſſe veros noueritis,ſi dilectionem habueritis ad inuicẽ. Ex omni ergo genere plurimos Deus dignatur attrahere,quos erutos de poteſtate C tenebrarũ,tranſferat in regnũ filij charitatis ſuæ,& de vaſis irę faciat vaſa miſericordiæ. Vnde nobis ſummopere ſtudendũ eſt, vt cooperatores ſimus gratiæ Dei,quia ad hoc vocati ſumus,eiusq; familiari colloquio ſociati, & ſacerdotes ſacrati,vt fructuoſos illi manipulos reportemus, cooperante gratia eius. Neceſſe eſt enim,vt rectores à ſubditis timeãtur,ab ipſisq; corrigantur, vt humana formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant, Deteriores quippe ſunt qui doctorum vitam, moresq; corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum,prædiaq; diripiunt. Ipſi autem ea,quæ extra nos,licet noſtra ſint,auferunt,noſtri quoq; detractores,& morum corruptores noſtrorũ,ſiue qui aduerſus nos armantur,propriè noſipſos * decerpũt. Et ideo iuſtè infames ſunt,& merito ab Eccleſia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis ſę pe paſtores deprauantur Eccleſiæ,vt procliuiùs corruant qui ſequntur. Capi D te videlicet languеſcente, facilius reliqua membra corporis inficiuntur,vt ſcriptum eſt. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas. Quapropter manifeſtum eſt, diabolum(qui,ſicut leo rugiens,circuit,quærens quem poſſit deuorare)cordibus plebium ſuadere,vt doctores, atq; paſtores ſuos detractionibus accuſent,vt plebibus languſcentibus,vel mala agentibus,(non tenentib. paſtorib. frena eorum)laſciuiant,atq; in ima ruant. Multum verò diſtant damna morum à damnis rerum temporalium,cum iſta extra nos ſint,illa verò in nobis. Sententia quoque Cham filij Noe damnantur, qui ſuorum doctorum, vel præpoſitorũ culpam produnt,ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, ſed magis deridenda monſtrauit. Doctor autem, vel paſtor Eccleſiæ, ſi à fide exorbitauerit, erit à fidelibus corrigendus, ſed pro reprobis moribus magis

Rom.15.a Mat.20.d Mar.10.g. Ma.20.d Galat.6.a Di.22.Sacroſancta Romana. 3.q.5 Accuſatores & teſtes. Et in decret. Iuo.lib.4. Ioan.13.d 6.q.1.Deteriores ſunt. *al. decipiunt. Eſaiæ.1.b 1.Pet.5.c 2.q.7.Sẽtentia Chã Gene.9.c

Universidad de Deusto Biblioteca

In dec. Iuo lib. 4. Psal. 31. est tolerandus quàm distinguendus, quia rectores Ecclesiæ à Deo iudicandi sunt, sicut ait Propheta: Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat. Vnde oportet, vnumquemque fidelẽ, si viderit, aut cognouerit, plebes suas aduersus pastorẽ suum tumescere, aut contra clerũ detractionibus vacare, hoc vitiũ pro viribus extirpare, prudenterq; corrigere satagat.

24. q. 3. Tam sacerdotes. Nec eis in quibuscunque negotijs misceri, si incorrigibiles apparuerint, antè quàm suo reconcilientur doctori, præsumãt, qm̃ tam sacerdotes, quàm reliqui fideles, omnes summam curam habere debent de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur. Ait ergo beatus princeps Apostolorum Petrus de sancto prædecessore nostro Clemente, plebibus prædicando, quando docebat eas, qualiter ei obedire deberent, eumque obseruare, inter cętera ait. Si inimicus est alicui pro actib. suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque *communicatione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, vt vnusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, cùm obedire cœperit monitis præsidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare Dei Ecclesiam volunt. Et reliqua. His, alijsque quam plurimis documentis, facile vnusquisque aduertere potest, qualiter obedire, & obtemperare debet præpositis suis, & qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi aut amici sunt, aut inimici. Si quis enim hæc præcepta non obseruauerit, hostis est animæ suæ, & non tantum infamis; sed & excommunicatus, atque alienus ab Ecclesia efficiatur, quoniam necesse est, ea vitia ferro abscindere, quæ alijs medicaminibus non sanantur. Parcat vnusquisque à laceratione, vel detractatione lingnæ suæ, caueatque, ne aut linguam, aut aures, habeat prurientes, id est, ne aut alijs deroget, detrahatque quibuscunque, aut alios audiat derogantes, vel detrahentes, custodiatq; quisq; sermones suos, & sciat, quia, quicunq; de alijs loquitur, sua sententia iudicabitur. Caueat etiam omnis fidelis, ne derogando, quod in domo cuiusquam agitur, alia domus per eum cognoscat, sed omnium Christianorũ domos, quasi proprias amet. Nemo enim inuito auditori libenter refert, sitq; vniuscuisq; studium, non solũ oculos castos seruare, sed & linguã.

In Epi. 10. clementis pa. ad Iac. & di. 93. Si inimic^s. Et in dec. Fab. papæ. *al. cõio ne uel cõ monitiõe.

1. Cor. 4 a Esa. 24. a Vos autem, charissimi, qui estis sub Domini disciplina constituti, sic vos exhibete, vt veri ministri, & dispensatores mysteriorum eius, vt nõ vituperetur ministerium vestrum, ne fiat in vobis, sicut scriptum est. Et erit sicut populus sic sacerdos. Sic enim vos, vestrosq; & cunctos corrigite vt nemini noceatis, quatenus & ab hominibus bonam acquiratis famã, & à Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid aduersi de vnitate Ecclesiæ acciderit, radicitus amputetur, vt Dei Ecclesia, fructusque seruorum eius maneant inconcussa. Propter quod charissimi, expectantes satagite, immaculati ei inueniri in pace, & Domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitramini. Estote ergo prudentes, atq; vigilate in orationib, ante omnia aũt mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habẽtes, quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Hospitales inuicẽ sine murmuratiõe. Vnusquisq; sicut accepit gratiã in alterutrũ illã administrãtes, sicut

2. Pet. 3. d 1. Pe 4. b. c

A tes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, sicut sermones Dei, si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

IN PRIMAM EVARISTI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

DIV multumq; de receptis Ecclesiæ institutis cogitantem, torsit me aliquandiu illa in speciem ambitiosa, de diaconibus ceremonia, præsertim cui ne ullæ ueteris illius functionis reliquiæ apparerent. Eam tamen ut non libuit indicta causa condemnare, ita uisa est insolentior, quàm ut credi à quoquam facile posſit Apostolos habuisse auctores. Reliqua enim Ecclesiæ ex magna parte eius sunt loci, ut etiamsi ociosa plerisq; uideantur, ipsæ tamen qualescunq; ruinæ satis declarant, quàm ab B honesto principio degenerauerint. Hæc autem sola, extra cæterarum propè omnium sortem, regium quẽdam imitata apparatum, in eo tantum occupata est, ut non modo Episcoporum, eos dico qui in Ecclesijs hodie sacrificant, iussa capessant, uerum & ad nutùm inseruiant. Deosculantur enim manus, mouent capita, deducunt, reducunt ad altaria, atq; demũ hic oīa licet conspicere, quæ uel in potẽtißimi Regis aula poterant accidere. Anacleti aũt Epistolã cùm legisse, & eã quæ nũc in manibus est Euaristi, statim animad uerticirca diaconos usu uenisse, quod nusquã non, nimirũ ab honestis partibus, rem in mollitiem quãdam decidisse, & à loco quem poterat cum dignitate tueri, in nugas quasdam plus quàm pueriles uocatam. Præter alia enim quæ essent diaconorum cura credita, hoc erat non postremum, ut obseruarent tanquam excubitores, Episcopos omnibus modis rebus sacris intentos, atq; hac de causa de se parum solicitos, ne aduersariorum incursione, id quod factum fuisse uerisimile est, sacra turbarentur, aut aliqua ipsis rei sacræ operantibus noceretur. Proinde istiusmodi insidijs cùm essent omnia suspecta, fuere, aliquandiu ab oculis Episcoporum. Nunc cum altißima sit, quod huc pertinet, securitas, poterant illa pulchrè abrogari ne, quod solet fieri, dum illa paulò acutioribus risum mouent, dent etiam occasionem, qua de maximis qui busq; nihilo melius sentiant. Hactenus de diaconis. Cæterum quod ad matrimonium pertinet, docet E- C uaristus ea tantummodo rata esse debere, quæ teste populo, solenni ritu essent peracta, oblatione antea facta. Hic non dubio exorituros, qui tanquam anile, hoc quicquid est rei, putent rbijciendum. His, uelimin memoriam ueniat nostrorum seculorum sinisteritas, quo uix utcunque durant nuptiæ bis auspicijs quæ ab Euaristo præscribuntur, exorsæ. Quid ergo futurum existimamus, si clandestino id fiat assensu, remotis arbitris? cùm facile cuique eßet, quod recepißet uxori inficiari, aut pro re nata excludere omninò quam habuißet usurariam. Oblationum uerò eiusmodi quæ fiebant nuptiarum die, memi nit etiam Tertullianus in eo libello cui titulum fecit, de corona militis, cùm scilicet quædam conferrent in mensam, quæ in Ecclesia tum publicè pauperibus seruiebat, ut & ad illos tanquam partes celebritatis huius peruenirent, unde reficerentur. Eius nimirum rei sunt in hunc usque diem, nisi fallor, in Germania ex ipsa uetustate durantia uestigia. A sacro enim ut primum fuerint, cum noua nupta reuersi domum, pro ipsis foribus, mißilia quædam in confluentem turbam, quæ officij gratia comitatur, pro cuiusque facultatibus mittunt.

D PRIMA EVARISTI EPISTOLA AD ECCLESIAM Africanam.

DILECTISSINIS fratribus, vniuersis Africæ regionis Episcopis, Euaristus. Consulentibus vobis fratres charissimi, quid super his quæ in vestris continebantur scriptis, visum nobis esset, vel quid docilis ratio persuaderet, aut quid à beatis Apostolis, nobis traditum aut custoditum remaneret, optantes, vt retulistis, nostris instrui documentis. Siquidem dilectio vestra normã sequuta prudentiũ ad sedẽ Apostolicã referre maluit, quasi ad caput, qd deberet de rebus dubijs custodire, potiùs

Universidad de Deusto Biblioteca

VII. diaconi in qualibet ciuitate.

potiùs quàm vſurpatione præſumere. Diaconi, qui quaſi oculi videntur eſſe
B Epiſcopi, in vnaquaque ciuitate, iuxta Apoſtolorum conſtituta, ſeptem debent eſſe, qui cuſtodiant Epiſcopum prædicantem, ne aut ipſe ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtetur, aut lædatur à ſuis, aut uerba diuina detrahendo, aut inſidiando polluantur, vel deſpiciantur, ſed veritas ſpiritali redoleat

Coniugia quæ ſint legitima.

feruore, pax prædicata labijs, animi cum voluntate concordet. Similiter cuſtoditum & traditum habemus, vt vxor legitimè viro iungatur: aliter enim legitimum, vt à patribus accepimus, & à ſanctis Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus traditum inuenimus, non fit coniugium, niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à parentibus, propinquioribus, ſponſetur, & legibus detur, & ſuo tempore ſacerdotaliter, vt mos eſt, cum precibus & ablationibus à ſacerdote benedicatur, & à paranymphis, vt conſuetudo docet, cuſtodita, & ſociata à
C proximis, tempore congruo petita, legibus detur, & ſolenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant, vt bonæ ſoboles generentur, & domino ſuis in actibus placeant. Taliter enim & Domino placebunt, & filios non ſpurios, ſed legitimos atque hæreditabiles generabunt. Quapropter filij chariſsimi, & merito illuſtres, fide catholica ſuffragãte, ita peracta legitima ſcitote eſſe coniugia: aliter verò præſumpta, non coniugia, ſed aut adulteria, aut contubernia, aut ſtupra, vel fornicationes, potiùs quàm legitima coniugia eſſe non dubitate, niſi voluntas propria ſuffragata fuerit, & vota ſuccurrerint legitima: nam fructus diuinus eſt, pręcepta diuina cuſtodire, ea quoq; deſerere, præſumptionem fieri nulli dubium eſt. Cur ergo indignum eſt veritatem Eccleſiæ cuſtodire, cùm idem omnes pariter et ſentiamus & pronunciemus? Si aliter enim præſumpta fuerint, perdunt pro-
G fectò ipſi tranſgreſſores ſeipſos, qui ſemetipſos decipiunt. Hæc cuncta, recitanda per omnes Africanas Eccleſias, ſcripta dirigite, & iſtis connectite, quas adiunximus literas præfectorum, vt de his quæ iniquè laudantur, ſi quid tale probari poterit, iudicium fiat, & inhibita coërceantur, & præterita mala & illicita coniugia ſi doceantur admiſſa, digna ſęueritate corripiantur. De cætero verò caueantur talia per omnes Eccleſias, ne Eccleſiæ ſanctitas, per noſtram fatigata negligentiam, perdat priuilegia, quæ eſt per viros venerabiles conſequuta. De his verò quibus ab inſidiatoribus fatigamini, vnde & nos cõſulere, & à nobis edoceri inter cætera voluiſtis, eo quòd ſint quidam qui arbitrantur de patre ſolo dictum eſſe, quia ipſe ſolus habet immortalitatem, et

Hæreſis de luce inacceßibili.

lucem habitat inacceſſibilem, ita eos Apoſtolicis repercutite ferulis, & diui-
H nis redarguite pręceptis. Non enim ſolus pater ſine filio, lucem inacceſſibilẽ habitat, quia vbi pater eſt, ibi etiam filium eſſe indubitabili fide credendum eſt: nam ſi ſolus pater ſine filio, quod dicere nefas eſt, lucem habitat inacceſſibilem, neceſſe eſt vt ſequeſtratam pater à filio habeat manſionem. Quod ſi

Acto. 7.

ita eſt, quonam modo idem filius ad dexteram patris ſtans à beato martyre Stephano dicitur conſpici? ſi ſecundum eos ſolus dicitur ſedibus lucis contineri. Abſit hoc à ſenſu fidelium, Chriſto in vnitate fidei adhærentium: quoniam ſicut non obeſt filio, cum ſolus pater dicitur lucem inacceſſibilem habitare, ita non obeſt patri cùm ſapientia, quæ eſt filius, gyrum cœli ſola dicitur circuire. Pater itaq; cũ ſit inuiſibilis, & ingenitus in ſe, in filio viſus Apoſtoli teſtimonio comprobatur, & in filio, à ſe inenarrabiliter genito, manſiſſe ac requieuiſſe monſtratur, ipſo filio in Propheta loquente: Qui genuit me

requieuit

A requieuit in tabernaculo meo. Et in Euangelio: Pater in me manens facit opera hęc. Et: Deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris. Si in ſinu patris erat filius ab initio, & ex corde patris verbum bonum eructatum eſt, quomodo non ex corde paterno conſiſtens, lucem cum eodem inacceſſibilem habitaſſe credendus eſt? Nunquid pater abſq; vlla luce in filio potuit commanere, aut in tabernaculo filij ſine eadem potuit requieſcere? cùm idem filius candor ſit æternæ lucis, & ſpeculum ſine macula deitatis, quam Salomon ſuper ſalutẽ ſuam dilexiſſe ſe dicit, in cuius ſpecie ſemper delectari geſtiuit: Super ſalutem & ſpeciem, inquit, dilexi illam, & pro luce propoſui habere eam, quoniam inextinguibile eſt lumen eius: Hanc igitur lucem Dauid Propheta deſiderans, anxiùs proclamabat dicens: Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Et iterum: In lumine tuo videbimus lumen. In
B huius igitur luminis claritate, filius ſeipſum in monte tribus diſcipulis præoſtendit, qui metu mortis perterriti, proſtatiq; in faciem, finem ſibi vitæ adeſſe ſenſerunt. Hanc inquam, lucem in ſe fuiſſe demonſtrans filius proclamabat, & vt in eadem incederent, diſcipulos præmonebat: Dum lucem habetis, inquit, ambulate in luce. Et iterum: Ego ſum lux huius mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ æternæ. Et Euãgeliſta: Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si hæc lux quæ credentibus promittitur, in filio eſſe probatur, & cum æterno æterna eſſe dicitur, quomodo à vobis ab inacceſſibili luce patris filius ſeparatur? Si enim filius Deus verus, & vita æterna eſt, ſine dubio in hac luce ſimul cum patre habitare credendus eſt, quam nullus modo noſtrum, in hoc mortali corpore conſtitutus, potis eſt aliquatenus contueri,
C ſed cùm apparuerit, tunc verè illum videbit ſicuti eſt, qui eius conſpectibus dignus fuerit coaptari: & non ſicut Moyſes, cæteriq; Prophetæ per ænigmata & figuram, ſed ipſam veraciter in filio, ſecundum Apoſtolum, contuebitur deitatis imaginem. Nam ſi hunc eundemque Prophetæ teſtimonio ſubſequenter ſereno mentis intuitu inueſtigare volueris, inuenies filium non poſſe ab hac luce patris penitus ſeparari: quoniam cùm ſolum filium dixerit in terra cum hominibus conuerſatum, patrem ab illo non eſt credendum fieri alienum Si teſtimonium enim hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: qm̃ hoc eſt teſtimoniũ Dei quod maius eſt, quia teſicatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium quod teſtificatus eſt de filio: & hoc teſteſt imonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius eſt. Qui habet filium, habet vitam: qui non habet
D filium Dei, non habet vitam. Hæc ſcribo vobis, vt ſciatis, quoniam vitam æternam habetis, qui creditis in nomine filij Dei: & hæc eſt fiducia quam habemus ad eum, quia quodcunque petierimus, ſecundum voluntatem eius, audit nos, & ſcimus quia audit nos quicquid petierimus. Scimus quoniã habemus petitiones quas poſtulemus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis: omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatum ad mortẽ. Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus quia ex Deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verũ Deum, & ſimus in vero filio eius: hic eſt verus Deus, & vita æterna. Hæc verò

Eccl. 24. Ioan. 14. Ioan. 1. Pſal. 44. Sapien. 17 Pſal. 42. Ioan. 17. Ioan. 12. Ioan. 1. 1. Ioan. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lego doctissimorũ uirorũ iudicio, viris clarissimis consulibus.

fratres prædicate, hæc omnib. nunciate, vos verò inuicẽ exhortamini, perfecti estote, semperque gaudete: pacẽ autẽ sectamini in omnes, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum, Amen. Data IX. Calend. Aprilis, Valente & Vetere V V. CC. COSS.

IN ALTERAM EVARISTI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

ECCLESIAE, *cuius sancti modulatissima inter se proportione membra sunt, christum constituit hæc Epistola caput & sponsum, cuius dicto ita per omnia iubet sponsam esse audientem, ut in animum nihil sibi facere inducat, nisi id ex summa mariti uoluntate fiat. Eius uerò sponsæ paranymphos quodammodo, Episcopos facit, quibus hoc datum est negotij, dent operam ne ullæ adulterij speciei obnoxia fiat. Adulterij autem tum de se præbet suspitionem, cùm præ nugis quibusdam hominum, segnius obit quod à uero marito in mandatis habet, aut cùm pastorum partes his credas, quorum fidem in leuiusculis non sis ad plenum antè periclitatus. Qui cum hoc maximè spectare debebant, ui à procorum lenocinijs tuta esset sponsa, uolentes accersunt discrimina, ex pernicie ouium, Christiq; coniuge constuprata pretium, atq; si dijs placet, popularem etiam plausum sperantes. Cæterùm accusationis Episcoporum, quoniam nulla epistola non meminit, & propediem aliàs erit opportunior locus, quo id tractem exquisitiùs satis fuerit si in præsentia rem ueluti suspensa manu attingam. Non quilibet temerè est ad eorum insectationem admittendus, nisi illustria quædam bene actæ superioris uitæ extent exempla, ne litem aliqui maleuolentia non re ipsa adducti, intendere malint, quàm iusto sacramento contendere. Quod autem circa Episcopos obseruari uult Euaristus, uelim posset eadem opera persuaderi omnib. iudicibus: quemadmodum enim innocens esse nullus poterit, dicente Iuliano Cæsare si accusasse sufficiet, ita tranquillè uiuere nunquam satis licebit, si quibuslibet promiscuè sit præbitum hoc accusationis tãquam telum, quod impune in optimos quosq; pro libidine detorqueant.*

ALTERA EVARISTI[a] EPISTOLA AD FRATRES Aegypti.

EVARISTVS vrbis Romæ Episcopus, omnibus per Aegyptũ cõglutinatis fratribus in Domino salutem. Vnum nos fratres sentire oportet & agere, vt sicut legimus, in nobis vnum cor, & vna anima esse probetur. Scimus nanque sicut à patribus accepimus. Christum esse caput, cuius & membra sumus: H ipse enim sponsus, & Ecclesia sponsa, cuius filij nos sumus, & ideo vnum patrem habemus Deum in cœlis. Sacerdotes verò vice Christi legatione funguntur in Ecclesia: & sicut ei sua est coniuncta sponsa, id est Ecclesia, sic Episcopi iunguntur Ecclesiæ vnicuique proportione sua. Et sicut vir non debet negligere vxorem suam, sed diligere, & castè custodire, sic & Episcopus debet Ecclesiam suam & amare, atque prudenter regere. Et velut vxor quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumque amare, & diligere: ita debat etiam Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, eumque amare, & diligere vt animam suam debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter. Et sicut vir non debet adulterare vxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiã suam, id est, vt illam

Collatio Episcopi & boni mariti.

A illam dimittat, ad quam sacratus est, absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica vel regulari mutatione, & altari se ambitus causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum, vt alteri se, viuente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta Apostolum, aut viro suo debet reconciliari, aut manere innupta: ita Ecclesiæ non licet dimittere, aut ab ea segregare Episcopum suum, vt alterum viuente eo accipiat, sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, ne alterum Episcopum suo viuente accipiat, vt fornicationis aut adulterij crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est, si se alteri Episcopo iunxerit, aut super se alterum Episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desiderauerit, per accerrimam pœnitentiam, aut suo reconcilietur Episcopo, aut innupta permaneat. Vnde *Matth. 5.* & Dominus in Euangelio loquitur, dicens: Si quis viderit mulierem ad con-
B cupiscendum, iam mœchatus est eam in corde suo. Episcopum verò oportet opportunè, & importunè atque sine intermissione Ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere, & amare, vt à vitijs se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reuerentia, eius doctrinam debet suscipere, eumque amare & diligere, vt legatum Dei & præconem veritatis: quia attestante veritate, quodcunque ligauerit super terram, erit ligatum & in cœlo, & quodcunque soluerit super terram, erit solutum & in cœlis. Nimis ti- *Matth. 6* menda est fratres hæc sententia, & præuidendum vobis, ne offendatis eos, qui tantam à Domino habent potestatem. Et ideo potiùs obediendi, diligẽdi, & summopere sunt venerandi, non detrahendi, vel lacerandi, aut eijciendi, sed amandi, ipso dicente Domino: Qui vos audit, me audit, & qui vos sper nit, me spernit. Ideo hæc vobis omnib. fidelib. scribimus fratres, vt ab his vos *Luca 10.*
C caueatis, & posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis, quoniã iniuria Episcoporũ ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Audiuimus enim quosdam à vobis infamatos, & dilaceratos Episcopos, à ciuitatibus propulsos, quia alibi Episcopi constitui non possunt, nisi in ciuitatibus nõ minimis, & alios in eis ipsis viuentib. cõstitutos: Ideo hæc vobis scribimus, vt sciatis hoc fieri non licere, sed proprios reuocari, & integerrimè restitui debere: illos verò qui adulterina fœditate suas sponsas, quas & vxores eorum præfixo tenore esse intelligimus, tenent, eijci vt adulteros atque infames fieri, eosq; ab Ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquã querelã habueritis, his peractis, inquirendũ erit & auctoritate huius sanctæ sedis terminandum. Et ne omnia nũc singillatim dicamus, om *Charitas optimo bonorum præceptor.* ne bonum, si ipsa per se in vobis fuerit, charitas facere vos docebit, sicut è
D cõtrario eos qui à salute alieni sunt, omne malum facere odium docet. Vnde & vos qui veri Dei estis discipuli, abijcite à cordibus vestris ante omnia discordias, & animorum dessensiones, ex quibus omne opus malũ procedit, & benignitatẽ ac simplicitatem tota mente seruate. Veruntamen scitote cũcti, quia supra omnes vos laboret Episcopus, quia vnusquisque vestrũm suũ proprium fert laborem, illic verò & suum, & singulorũ. Et ideo sicut ille pro vobis omnibus, ita & vos omnes pro eo summopere laborare debitis, in tantũ vt si etiam necesse fuerit, animas vestras pro eo ponatis, sicut & ipse animam suã pro vobis, si necesse fuerit, ponere debet, ipso dicente saluatore: Bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis. Vos verò obedite eis & vigilate pro eis, quia ipsi peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum *Ioan. 10* gaudio hoc faciant, non gementes. Non est itaque à plebe, aut vulgaribus

Universidad de Deusto Biblioteca

hominibus arguendus, vel accusandus Episcopus, licet sit inordiatus, quia B
pro meritis subditorum, disponitur à Deo vita doctorũ, exmplo Dauid pec-
cantis ad comparationem principũ, qui ex merito plebis præuaricantur. Sa-
cerdotes enim exquirere debent peccata populorum, & sagaci sollicitudine
Hiere. 6. vnumquenque probare, iuxta testimonium Domini ad Hieremiam dicentis:
Probatorem, inquit, dedi te populo meo robustum, vt scias & probabis via-
m eorum. Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissimè solet conuertere in
malũ, & in electis ponit maculam. Vnde si qui sunt vituperatores, aut accu-
satores Episcoporum, vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos à iudici-
bus Ecclesiæ audiri, ante quàm eorum discutiatur æstimationis suspicio, vel
opinio, qua intentione, qua fide, qua veritate, qua conscientia quoũe, meri-
to, si pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista
sumpserint nec ne. Hæc omnia fideliter sunt perscrutanda, & diligenter per- B
tractanda. Nam sunt nonnulli qui præpositos suos peruersè reprehendunt, si
vel parum ipsis molesti extiterint: idcirco recto oculo Primatibus Ecclesia-
Marci. 9. rum præuidendum est, ne quisquam eorum innocens vexetur, aut scandalize
tur, intendentes sententiæ Domini, quæ ait: Si quis scandalizauerit vnum de
pusillis istis, melius est illi vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & de-
mergatur in profundum maris, & reliqua. Deus omnipotens vt nos à præci-
pitatæ sententiæ prolatione cõpesceret, cùm omnia nuda & aperta sint ocu-
lis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priùs quàm manifestè
Gene. 18. agnosceret, quæ dicebantur. Vude ipse ait: Descendam & videbo vtrum cla-
morem qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita, vt sciam. Deus o-
mnipotens cui nihil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt, etiam an
te quàm fiant, non ob aliud hæc & alia multa, quæ hic prolixitatem vitantes G
non inseruimus, per se inquirere dignatus est, nisi vt nobis exemplum daret,
Ne simus ad iudicãdũ præcipites. ne præcipites in discutiendis & iudicandis negotijs essemus, & ne mala quo-
rundam priùs præsumamus credere, quàm probare. Cuius exemplo mone-
mur, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites simus, aut temere,
indiligenterque indiscussa queq; quoquomodo indicemus, dicente veritatis
voce: Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis,
Matth. 7. iudicabimini. Nam mala audita nullum moueant, nec passim dicta absque
certa probatione quisquã vnq̃ credat, sed antè audita, diligenter inquirat, ne
præcipitando quiddam aliquis agat. Si enim Dominus omnium Sodomorũ
mala, quorum clamor ad cœlum vsque peruenerat, omnia sciens, priùs nec
credere, nec iudicare voluit, quàm ipse ea cum fidelibus testibus diligenter
inuestigans, quæ audierat, opere veraciter cognosceret: multò magis nos hu- H
mani & peccatores homines, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei,
hæc præcauere, & nullum antè veram iustamque probationem iudicare, aut
Roma. 14. damnare debemus, manifestè Apostolo dicẽte Paulo, qui ait: Tu q̃s es, qui iu
Psalm. 74 dicas alienum seruum? suo enim Domino stabit aut cadet. Vnde per Prophe-
tam Dauid Dominus loquitur, dicens: Nolite exaltare in excelsum cornu ve
strũ, loquentes in ceruice veteri. Quia neq; ab oriente, neq; ab occidente, ne-
q; à solicitudine montiũ: sed Deus iudex hunc humiliabit, & hũc exaltabit;
quia calix in manu Domino, & vino meraco ad plenum mixtus, & propina
bit ex eo. Veruntamen feces eius potabunt bibentes omnes impij terræ. Ego
Psalm. 75. aũt annunciabo in sempiternũ: psallam Deo Iacob. Et alibi idẽ ait Propheta:
Ab increpatiõe tua Deus Iacob, cõsopitus est & currus & equus. Tu terribilis

& quis

A & quis stabit aduersum te? & tũc ira tua. De cœlo auditum fecisti iudicium,
terra timuit & tacebit. Cum surrexerit ad iudicandum Deus, vt saluos faciat
omnes mites terræ. Et Apostolus ait: Mihi vindictam, ego retribuam. Et alibi Rom. 12.
idem, inquit Apostolus: Sufficit vnicuiq; obiurgatio, quæ fit à pluribus, ita 2. Cor. 2.
vt magis donetis & consolemini, ne fortè abundãtiori tristitia absorbeatur
is qui in angustia est. Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in illo chari-
tatem. Et Dominus in Euangelio ait: Diliges Dominum Deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tu- Mat. 22.
um sicut teipsum: dilectio enim proximi malum nõ operatur. Propter quod
iuxta Apostolum, inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas: in quo enim Rom. 2.
iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Scimus
enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.
B Existimas autem hoc ô homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt, & facis
ea, quia tu effugies iudicium Dei? an diuitias bonitatis eius, & patientiæ, &
longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitenti-
am te adducit? Secundum duritiam autem tuam, & impœnitens cor, thesau-
rizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicui-
que secundum opara eius: his quidem qui secundum patientiam boni operis
gloriam & honorem, & incorruptionem quærentibus vitam æternam: his
autem qui ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem
iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam ho-
minis operantis malum, Iudæi primum & Græci. Gloria autem & honor
& pax omni operanti bonum. Et alibi idem Apostolus: Causati enim sumus Rom. 3.
omnes sub peccato esse, sicut scriptum est, quia non est iustus quisquam, nõ
C est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt simul inuti-
les facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sepulchrum
patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub
labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces
pedes eorum ad effundendum sanguinem: contritio & infœlicitas in vijs
eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor Domini ante oculos
eorum. Scimus autem quoniam quęcunque lex loquitur, his qui in lege sunt
loquitur, vt omne os obstruatur & subditus fiat omnis mundus Deo, quoni
am ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo: per legem e-
nim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, &
testificata à lege & Prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi super
omnes qui credunt. Non enim est distinctio: omnes enim peccauerunt & e-
D gent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ
in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine
ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium deli-
ctorum in sustentationem Dei, ad ostensionem iustitię eius in hoc tempore,
vt sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi. Item idem: Quis Rom. 8.
accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet?
Christus Iesus qui mortuus est, imò & resurrexit, qui est ad dexterã Dei, qui
etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tri
bulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an
gladius? sicut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die, estimati
sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus separamus propter eum qui
dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors, neque vita, neq; Angeli, neq;

Universidad de Deusto Biblioteca

principatus,neq; virtutes,neq; instantia,neq; futura, neq; fortitudo, neque E
altitudo,neque profundum, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate Dei,quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Debemus autem nos (vt ait idem Apostolus) firmiores imbecillitates infirmiorum sustinere,& non nobis placere. Vnusquisque vestrûm proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit,sed sicut scriptum est,improperantium tibi ceciderunt super me. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi,pater misericordiarum & Deus totius cõsolationis,qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi cõsolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur ipsi à Deo:quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute:siue exhortamur,pro vestra exhortatione,quę operatur in vobis tole- F
rantiam eorundem passionum, quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro vobis,scientes quoniam sicut socij passionum estis,sic eritis & consolationis. Fidelis autem Deus qui non patietur vos tentari super id quod potestis,sed faciet cum tentatione etiam prouẽtum,vt possitis sustinere. Propter quod Charissimi sectamini charitatem inuicem, & æmulamini meliora & & spiritualia,& adiuuate vos inuicem,vt Deo semper in omnibus placere valeatis.Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen. Data Calend. Nouembris,Gallio & Bradua Consulibus.

EPISTOLA PRIMA

ALEXANDRI DE SACERDOTIBVS NON G vexandis,nec scriptis ab eis per metum aut aliquam fraudem exigendis: de passione Domini in consecratione corporis eius miscenda: de aqua cum sale populis benedicenda: de fide sanctæ Trinitatis.



ALEXANDER Episcopus omnibus orthodoxis per diuersas prouincias, Christo Domino famulantibus.Cogitantibus nobis metum diuini iudicij, fra H
tres charissimi, & post vitam hãc vnumquenq; prout gesserit recepturum,quid veniat in querelam, tacere non licuit, sed nobis vobis loqui necessitas imperauit,dicente Propheta : Exalta vt tuba vocem tuam:& cui omnium Ecclesiarum commissa est cura, Esa.40.
dissimulem,audiam,Domino dicente:Reiecistis mandatum Dei,vt statuatis traditiones vestras.Quid enim aliud est reijcere mandatum Dei,quàm priuato consilio, iudicio humano nouis rebus constituendis liberiùs delectari? Mat.15. Pro.22.
Vnde & alibi scriptum est:Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Terminos indubitanter transgreditur qui statuta patrum postponit atque confundit. Peruenit nanque ad conscientiam Apostolicæ sedis,

A sedis,quod nõnulli sunt tam stolidi qui dominica præcepta & Apostolorũ, eorumq; successorum statuta minimè obseruant,& eos de quibus Dominus ait:Qui vos tangit,tangit pupillam oculi mei:non solùm tangere minimè dubitant,sed etiam persequi non formidant.Et licet nos persequãtur,quia nec nos sine illis,nec illos sine nobis persequi possunt,quoniã illius sumus discipuli, qui animas pro fratribus præcepit ponere, tamen eis pericula & perditiones eorum non sumus ausi celare,ne Prophetica (quod absit) damnemur sententia,quæ ait:Si annunciaueris iniquo iniquitatem suam,animam tuam liberasti.Si autem non annunciaueris ei, sanguinem eius de manu tua requiram.Est etiam & hoc ad hanc sanctam sedem perlatum(quod pudet dicere) & nõ solum sacerdotali,sed etiã omni Christiano nomini est inimicũ,id est, quod nõnullos Episcopos vel sacerdotes aut metu compellunt,aut vi extor- Zach.2. Ezech.3.
B quẽt,aut fraude decipiũt,aliquas cõfessionis suæ in alterã partem quàm debeant,aut pro suarum non requisitione rerũ,aut quod deterius est alieni erroris secta,scripturas facere & proprijs manibus roborare,& coram populis recitare atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergastulis recludi, vt saltem his territi insidijs deuient Domini sacerdotes, & suis faueant voluntatibus.Relatum insuper est ad huius sanctæ & Apostolicæ sedis apicem,cui summarum dispositiones causarum & omnium negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipsoque dicente principi Apostolorum Petro : Tu es Petrus, & super hanc petram Ecclesiam meam ædificabo:quod quidam æmuli Christi,eiusque sanctæ Ecclesiæ insidiatores,sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare præsumant, cùm magis Apostolus Christianorum causas ad Ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Mat.16.
C Taliter præuaricantes præuaricati sunt in Dominum suum, & non obediũt præceptis eius, de quibus Dominus per Prophetam Oseæ loquitur, dicens: Quasi vaccæ lasciuientes declinauerunt, & dilexerunt afferre ignominiam protectoribus suis,Et idem: Væ eis quoniam recesserunt à me, vastabuntur, quia præuaricati sunt in me,& ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia, & non clamauerunt ad me in corde suo , sed vlulabant in cubilibus suis,super triticum & vinũ ruminabant & recesserunt à me. Ego erudiui & cõfortaui brachia eorũ,& in me cogitauerunt malitiã. Reuersi sunt vt essent absq; iugo,facti sunt quasi arcus dolosus.Abijciet eos Dominus(ait idẽ Propheta)quia non audierunt eum,& erunt vagi in nationibus.De his enim clericis vel laicis qui Episcopos vel reliquos sacerdotes priùs tam ad primates eorũ quàm ad reliquos accusant iudices, quàm auribus eorũ à quibus se Oseæ.4. Cap.7.
D læsos æstimãt,inculcent,vt ab eis aut ius suum aut iustam recipiãt apologiã. Item per eundem ait Dñs Prophetam:Audi domus Israel, & domus Regis audiscultà,& attendite sacerdotes,quia vobiscum iudicium est, quoniã laqueus facti estis speculatiõi & rete expassum super Thabor, victimasq; declinastis in profundum.Et ego eruditor omniũ vestrûm.Et alibi:Omnes calefacti estis quasi clibanus,quia deuoratis iudices vestros.Ipsi autem declinant victimas Domini in profundum,qui eos deuorant vel iniustè lacerant,quia oculi Domini dicũtur. Nam si modo quisquam principis secularis oculos laceraret aut amoueret,esset reus maiestatis an non?profectò aut morti traderetur,aut perpetua notaretur infamia.Si pro seculi potestatibus talia ab hominibus fiunt, quid pro his fieri putatis,de quibus Dominus ait:Qui vos tangit tangit pupillã oculi mei.Proculdubio hi qui eos persequuntur & amouere nitũtur Cap.5. Cap.5.

iniustè

Universidad de Deusto Biblioteca

iniustè,contra Apostolicam auctoritatem, si à morte prohibentur, dicente B
Domino,Nolo mortem peccatoris,sed vt conuertatur & viuat,perpetua tamen notantur infamia,& exilio digni iudicantur finitimo, de quibus à tem
poribus Apostolorum & infra ista tenemus,atque decreta habemus, eorum
accusandi Episcopos,vel testificãdi in eos vocem obstruimus,quos non humanis sed diuinis actibus mortuos esse scimus : de quibus Dominus loqui-
tur per eundem Prophetã : Calumniam patiens Ephrain fractus est iudicio,
Cap.5. quoniam cœpit abire post sordem, & ego quasi tinea Ephrain, & quasi putredo domui Iuda.Et vidit Ephrain languorem suum & Iudas vinculum suum,& abijt Ephrain ad Assur,& misit ad Regem vltorem, & ipse non poterit sanare vos,nec soluere poterit à vobis vinculum.Qui enim sacrilega perse
quuntur persuasione,& lacerare nitũtur Episcopos, vel eos qui Domino rectè sacrificant, indubitanter eum persequuntur & dilaniant cuius vice fun- B
Cap.3. gũtur,vt ait Dominus per Iohel Prophetam : Nunquid vltionem reddidistis mihi?& si vlciscimini vos contra me, citò velociter reddam vicissitudinem
Osee.14. vobis super caput vestrum. Et per Oseę Prophetam Dominus, inquit: Quis sapiens,& intelliget ista,intelligens & sciet ea?Quia rectæ viæ Domini,& iusti ambulabunt in eis,præuaricatores verò corruent in eis.Et ipsa per se veri-
Luc.19. tas ait:Qui vos audit me audit,& qui vos spernit me spernit. His & alijs fultũ quamplurimis dominicis præceptis vetantes hominum perditiones, cum o-
mnibus huius sanctæ sedis,quam Dominus caput totius Ecclesiæ constituit membris,talia fieri prohibemus, ne cõfundatur populus Domini in æternũ.
Nam & à prædecessoribus nostris inhibitum legimus, vt nemo contristet doctores,neq; accusationem aduersus eos suscipiat. Ipse nanq; Apostolorũ
Gal.6. princeps in ordinatione beati Clementis populum instruens ait : Quicunq; C contristauerit doctorem veritatis,peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum,propter quod vita carebit. Et doctor gentiũ inquit:Si præ-
occupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos qui spirituales estis,sustentate illum,in spiritu lenitatis,considerans teipsum,ne & tu tenteris:alter alterius onera portate,& sic adimplebitis legem Christi.Has considerantes pietates,
& pericula vitantes animarum,vnà cum omnibus Domini sacerdotibus,qui vobiscum in hanc sacram conuenerunt vrbem,& cum omnibus huius capitis membris,sicut à beatis Apostolis, & à reliquis sanctis patribus, & à suc-
cessoribus eorum accepimus,statuentes decreuimus, omnes qui sanctos patres persequuntur, aut amouere, vel dilacerare manifestè nituntur, infames esse,& alienos à liminibus Ecclesiæ,vsque ad satisfactionem fieri:quia sic o-
dit Deus eos, qui aduersus patres armantur, vt patrum inuasores, vel destru- H
ctores:qui ideo infames efficiuntur, quia patres persequuntur. Quod si nec loqui eis licet, quibus doctores summi (quos Episcopos vocamus) propter eorum scelera aduersantur,quanto magis eis,qui eos infestant,nec consenti-
endum est,nec loquendum,ne participes eorum inueniãtur sceleribus, quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus rei sunt. Vnde & beatus princeps apostolorum Petrus in ordinatione sancti prædecessoris nostri Clementis instruens clerum & populum ait : Si inimicus fuerit Cle-
mens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse:sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque communicatione obsecundare, & auertere vos ab eo cui ipsum sentitis aduersum,sed nec loqui his quibus ipse non loquitur,vt vnusquisque qui in

culpa

A culpa est,dum omnium vestrum cupit amicitias ferre, festinet citius recon-
ciliari ei qui omnibus præest,& per hoc redeat ad salutem,cùm obedire cœ-
perit monitis præsidentis.Si verò quis amicus fuerit his quibus amicus non est,& locutus fuerit his quibus ipse non loquitur,vnus est & ipse ex illis qui exterminare Ecclesiam Dei volunt,& cum corpore vobiscum esse videatur,
mente & animo contra vos est, & est multo nequior hostis hic, quàm illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt.Hic enim per amicitiarum speciem quæ inimica sunt gerit,& Ecclesim dispergit,ac vastat.Similiter si huiusmo di personis,quædam scripturæ quoquo modo per metum,aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possent, quocunque modo ab eis conscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio,ad nullum eis præiudicium aut no cumentum peruenire censemus,neque vllam eius infamiam,vel calumniam,
B aut à suis sequestrationem bonis vnquam, auctore Domino & sanctis Apo-
stolis eorumq; successoribus, sustinere permittimus. Confessio verò in tali- Mat.25.
bus non compulsa,sed spõtanea fieri debet, ipso attestante qui ait : Ex corde enim procedunt homicidia,adulteria,fornicationes,blasphemiæ, & cætera quæ sunt ad hæc pertinentia.Nec tantum attendenda sunt quæ fiunt, quan-
tum quo animo fiant:quorum exempla, si omnia scribere cœperimus, antè
dies quàm exempla deficient. Vnde & illud est quòd Dominus ad munera Psalm.53.
Abel respexit, & non ad Cain, quia magis intendit ad offerentes animum, Cap.8.
quàm ad ea quæ offeruntur.Inde & Dominus per prophetam inquit.Domi- Matth.6.
nus scit cogitationes hominum.Et per Oseæ ait:In gutture tuo sit tuba qua- Rom.10.
si aquila super domum Domini,& reliqua.Et Dominus, inquit, in Euange-
lio:Tu autem cũm oraueris, intra in cubiculum, & clauso ostio ora patrem
C tuum.Omnis enim confessio quæ fit ex necessitate,fides non est.Et Apoſto-
lus ait:Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Amplius autẽ respicit Deus ad cogitationes,& spontaneas voluntates,quàm ad actus qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt. Confessio enim non extorquæri debet in talibus,sed potius sponte profiteri:pessimum est e-
nim de suspitione,aut extorta confessione quenquam iudicare, cum magis inspector cordis sit Dominus quàm operis,& potiùs requirit Dominus cogi tationes puras,& voluntates bonas, quàm labia mendacia. Vnde & Domi-
nus per Prophetam loquens ait: Populus iste labijs me honorat, cor eorum
autem longè est à me.Peius malum fore non æstimo, quàm Christianos suis Esa.29.
inuidere sacerdotibus.Nouit enim Dominus qui sunt eius.Non potest autẽ humano condemnari examine, quem Deus suo reseruauit iudicio.Si omnia
D nanque in hoc seculo vindicata essent, locum diuina non haberent iudicia.
Quod autem ad alios iudices priùs nõ debeant, quàm ad sacerdotes, vel au-
ditores Ecclesiæ accusare, ita à tempore Apostolorum & infra obseruatum & definitum inuenimus.Si quis erga Episcopum vel actores Ecclesiæ quam-
libet querelam aut actionẽ iustè habere crediderit,ipse redemptoris sui (cu-
ius actio nostra est institutio) viarum non immemor, sed sectator egregius, qui cùm malediceretur, non maledicebat,sed tanquam ouis coram tonden
te se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendens apud patrem in-
tercessit,nõ prius Primates, superiores, aut alios iudices adeat,quàm ipsos à quibus se læsum æstimat,conueniat familiariter,& nõ semel, sed sæpissimè, vt ab eis aut suam iustitiam accipiat, aut iustè excusationem.Boni nempe & verè Christiani hominis est rem ipsam omnibus amicitiæ, ac pacis legibus

Gg priùs

Universidad de Deusto Biblioteca

priùs tentare quàm in iudicio (vbi frequenter amarissimus animæ rancor E
innascitur) suum ius pertinaciter experiri. Si quis enim cum Deo, qui pacis
est auctor, habitare cupiat, ei necesse est vt pacem inquirat. Si ergo secus ege
rit, ab ipsis & ab alijs communione priuetur, tanquam Apostolorum, pa-
trumq; aliorum contemptor, de quibus ait Propheta: Erunt quasi non sint,
& peribunt viri, qui contradicunt vobis. In sacramentorum quoq; oblatio-
nibus, quæ inter missarum solennia Domino offeruntur, passio Dñi misce
da est, vt eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur: ita vt re-
pulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permixtũ,
in sacrificio offerantur. Non debet enim, vt à patribus accepimus, & ipsa ra-
tio docet, in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrun
que permixtum, quia vtrunque ex latere eius in passione sua profluxisse legi-
tur. Ipsa verò veritas nos instruit calicem & panem in sacramento offerre, F
quando ait: Accepit Iesus panem & benedixit, deditq; discipulis suis, dicẽs:
Accipite & manducate, hoc est enim corpus meum, quod pro vobis trade-
tur. Similiter postquam cœnauit, accepit calicem, deditq; discipulis suis, di-
cens: Accipite & bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro
vobis fundetur in remissionem peccatorũ. Crimina enim atque peccata, obla
tis his Domino sacrificijs delentur: idcirco & passio eius in his commemo-
randa est, qua redempti sumus, & sæpiùs recitanda, atque hæc Domino offe-
renda: talibus hostijs delectabitur, & placabitur Dominus, & peccata dimit-
tet ingentia. Nihil enim in sacrificijs maius esse potest quàm corpus & san-
guis Christi. Nec vlla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit. Quæ
pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atq; ab o-
mnibus venerãda. Et sicut potior est cæteris, ita potius excoli & venerari de- G
bet. Aquam enim sale consperſam populis benedicimus, vt ea cuncti asperſi
sanctificentur ac purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendũ esse
mandamus. Nam si cinis vitulæ asperſus sanguine populum sanctificabat
atque mundabat: multò magis aqua sale asperſa diuinisq; precibus sacrata,
populum sanctificat atque mundat. Et si sale asperſo per Helisæum Prophe-
tam, sterilitas aquæ sanata est, quantò magis diuinis precibus sacratus, ste-
rilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, atq; mundat,
& expurgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & à phan
tasmatis versutijs hominum defendit. Nam si tactu fimbriæ vestimenti sal-
uatoris, saluatos infirmos esse non dubitamus, quantò magis virtute sacrorũ
eius verborum diuinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis &
animæ humana percipit fragilitas. His ergo & alijs instructi documentis, vo H
ta singulorum Domini sacerdotes respicite, & in virtute spiritus sancti diui-
nis precibus, per ministerium vobis diuinitus collatum perficere certate. Ele
menta quoque tam ea quæ prædiximus, quàm cætera diuinis apta vsibus &
humanis necessaria infirmitatibus sacrate, infirmos curate, & cætera quæ ad
vos pertinent diligenter perficite, ipse enim saluator tribuendo nobis exem-
Luc.10. plum, discipulis suis ait: In nomine meo dæmonia eijcite, infirmos curate, æ-
gros sanate, leprosos mundate & cætera. Super infirmos etiam manus impo-
nite & bene habebunt. Fidem quoque sanctæ trinitatis sic docendam à pa-
tribus accepimus, vobisque tradendam subditis destinamus. Esaias nanque
Esa.6. Propheta ait: Vidi Dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum,
& Seraphim stabant in circuitu eius, sex alę vni, & sex alæ alteri, duabus vela-
bant

A bant faciem, duabus autem velabant pedes, & duabus volabant, & clamabãt
ad alterutrũ, dicentes: Sanctus sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth. Si tri-
nitas non est, quare tertiò sanctus dixerunt? Aut si vnitas non est, quare sub
trina repetitione vnum Deum ac dominum intimarunt? Si trinitas non est,
cur in Genesi dicitur, dixit Deus, fecit Deus, & benedixit Deus? Si vnitas non
est, quare tertiò Deus, & Deos plurali numero non commendauit: Si trinitas
non est, quare in Exodo dictum est tertio: Domine, domine, domine mi- Exod.34.
serator & misericors? Si vnitas nõ est, quare dum tertio Domine diceret, po-
stea miserator & misericors, singulariter dicit, & nõ miseratores, vt plures o-
stenderet, intimauit? Si trinitas non est, Cur Abraham ad ilicem Mambræ se- Gen.18.
dens, tribusq; occurrens, vni Domine dixit, & non vt viderat, tribus salutationis obsequium reddidit? Si vnitas nõ est, cur, cùm Moysi Deus Abraham,
B Deus Isaac, & Deus Iacob tertio diceretur, vnitatem ostendens, hoc mihi no
men est dixit, nõ hæc sunt nostra nomina designauit? Si trinitas non est, qua-
re Dauid tertio dixit: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus?
Si vnitas nõ est, quare cum Deum tertiò nominasset, benedicat dixit, & non
benedicant adiunxit? Si trinitas non est, cur Esaias denuò dicit, Dominus Psal.66.
Deus sabaoth, Deus Israël, qui sedes super Cherubim? Si vnitas non est, quare
qui sedes dixit, & non qui sedetis astruxit? Si trinitas non est, quare in Regnorum libro dicitur, dominus Deus omnipotens, dominus Deus Israël
sermones tui fideles sunt? Si vnitas nõ est, quare tui dicitur, & nõ vestri potiùs
intimatur? Si trinitas non est, cur in Psalmo cantatur: dñe Deus virtutũ Deus Psal.59.
Israël, intende ad visitandas omnes gentes? Si vnitas non est, quare intende po
suit, & non intendite intimauit? Si trinitas non est, quare in Apocalypsi ter-
C tiò dicit, sanctus dominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat? Si vnitas nõ
est, quare non qui sunt, & qui erant pluraliter designatur? Si trinitas non est,
quare in Deuteronomio dictum est: dominus Deus tuus misericors est, & au Deut.4.
diet vocem tuam? Si vnitas non est, quare audiet, & non audient intimauit?
Si trinitas est, quare in Hiesu dicitur libro, Deus Deus eorũ est? Si vnitas non
est, quare est dixit, & non sunt, more loquutionis induxit? Si non trinitas est,
quare Helias adorando, domine domine Deus Israel, ostende quia tu es De- 3.Reg.10
us meus, dixit? Si vnitas non est, quare ostende, & non ostendite posuit: Si trinitas non est, cur Mardochæus orando domine domine Deus omnipotens,
omnia in potestate tua sunt, dixit? Si vnitas non est, quare in tua posuit, & nõ
in vestra significauit? Si trinitas non est, cur etiam Iudith orando dixit, do- Iudith.6.
mine domine Deus omnipotens omnium virtutum, respice in orationem
D meam? Si vnitas non est, quare respice, & non respicite designauit? Si trinitas
non, quare in Hieremia dicitur dominus Deus vester Deus verax est? Si vni- Hier.10.
tas non est, quare verax est dixit, & non veraces potiùs intimauit? Si trinitas
non est, cur in Apocalypsi scriptum est, Dominus Deus & spiritus Prophetarum misit Angelum suum, ostendere seruis suis quæ oportet fieri cito: Si
vnitas non est, quare cùm Patrem & filium & Spiritum sanctum nominasset, Apoc.1.
misit dixit, & non miserunt, sub prætaxato trium personarum & nominum
numero introduxit? Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dicitur, Do- Deut.6.
minus Deus vester hic est Deus vester hic est Deus? Si vnitas non est, quare hic est, & non hi sunt, plurali numero designauit? Si trinitas non e st, quare in eodem dicitur libro, Dominus Deus tuus, Deus magnus & potens est? Si vnitas nõ est, quare magnus & potens singulariter nominantur: Si trinitas

Universidad de Deusto Biblioteca

non eſt,cur Tobias cùm filium ſuum in Rages ciuitatem, cum Raphaele An E
gelo mitteret,benedicens eos ita dixiſſe docetur:Deus Abraham,Deus Iſaac,
Deus Iacob,ipſe impleat benedictionē ſuam in vobis?Si vnitas non eſt,quare
ipſe impleat dixit,& non ipſi impleāt,intimauit?Poſtremò ſi trinitas nō eſt,
quare Dns diſcipulos ſuos in nomine patris, & filij & Spiritus ſancti vni-
Mat.ult. uerſas gentes miſit baptizare? Si vnitas non eſt,quare in nomine dixit, & nō
nominibus præcipiendo perdocuit?Si trinitas non eſt,quare Apoſtolus Pau
lus ait:Ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia?Si vnitas non eſt,quare ex
Rom.11. ipſo poſuit,&non ex ipſis aſtruxit?Si enim certo certiùs volueritis vnitatem
2.Cor.ult trinitatis agnoſcere, à ſæpe dicto doctore gentium Apoſtolo poteritis vni-
uerſa condiſcere,& ſequi catholicam fidem,& horum reſpuere prauitatem.
Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, inquit, & charitas Dei, & communica-
tio Spiritus ſancti,ipſe eſt patris & filij & Spiritus ſancti gratia, & ſic fidem F
ſanctæ trinitatis, & intelligere,& diſcere,Domino adiuuante,pleniter pote
ſtis.Idcirco ergo chariſſimi, fidei regulas iuxta huius epiſtolæ finem poſui-
mus,vt in eius confeſſione fideliter perſeueremus, & Domino auxiliante bo
nam fidem habere mereamur.Quicunq; ergo voluerit amicus eſſe ſeculi hu-
ius,inimicus Dei conſtituitur.Aut putatis,quia inaniter ſcriptura dicit? Ad
1.Pet5. inuidiam concupiſcit ſpiritus qui habitat in vobis, maiorem autem dat gra
tiam:proprer quod dicitur:Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gra-
tiam.Subditi igitur eſtote Deo,reſiſtite autē diabolo, & fugiet à vobis. Ap-
propinquate domino, & appropinquabit vobis: & mundate vobis manus
peccatores,& purificate corda vobis duplices animo.Miſeri eſtote, & luge-
te,& plorate,riſus veſter in luctum conuertatur,& gaudium in mœrorē. Hu
Iac.4. miliamini in conſpectu domini,& exaltabit vos.Nolite detrahere alterutrū G
fratres mei,quia qui detrahit fratri,aut qui iudicat fratrem ſuū, detrahit le-
gi,& iudicat legem:ſi autem iudicat legem,non eſt factor legis,ſed iudex. V-
Iac.5. nus eſt enim legiſlator & iudex, qui poteſt perdere & liberare:tu autem quis
es qui iudicas proximum?Agite nunc diuites,plorate vlulantes in miſerijs ve
ſtris,quæ aduenient vobis: diuitię veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta ve-
ſtra à tineis comeſta ſunt.Aurum & argentum veſtrum eruginauit, & erugo
erum in teſtimoniū vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. The
ſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorum, qui
meſſuerunt regiones veſtras,quæ fraudata eſt à vobis clamat,& clamor eorū
in aures domini Sabaoth introibit. Epulati eſtis ſuper terram, & in luxurijs
enutriſtis corpora veſtra,in die occiſionis cōdemnaſtis &occidiſtis iuſtū,&
non reſiſtit vobis.Vę fratres his qui tribulāt,vos verò quāto ampliùs tribula H
mini,tantò purgatiores atq; beatiores efficiamini, ſi tn ipſa tribulatio patiē
ter fuerit ſupportata.Vnde & ipſa veritas per ſe dicit:Beati qui perſecutionē
Mat.5. patiuntur,ppter iuſtitiā.Et alibi:Beati eritis cùm vos oderint homines,
& perſequuti fuerint,& eiecerint nomen veſtrum tanquam ma-
lum: gaudete in illa die& exultate, quoniam merces
veſtra multa eſt in cœlo. DATA IX.
CAL.AVGVSTI, Traiano
& Eliano VV. CC.
COSS.

IN

A IN SECVNDAM ALEXANDRI EPISTOLAM ARGV-
MENTVM PER IO. SICHARDVM.

ORATIONVM *quanti ſint fructus, declarat hæc Epiſtola,ad quas magnopere nos inuitat: eam tamen magis celebrat, quæ communi multorum inter ſe adfectione fit. Si enim Chriſtianis debent omnia eſſe communia, uotis etiam communibus quibus impetremus quod uolumus, opus eſſe docet Si qui uerò,ut neceſſe eſt in promiſcua multitudine aliquando accidere,Epiſcopos in miniſterio importunius interpellant,aut turbant, eos arcendos aliquandiu à Chriſtianorum commercio ducit,ut uel iſthoc pacto ad cor reuerſi, Chriſto lucrifiant. Proinde ad dilectionem mutuam hortatur, cùm alios,tum ipſos maximè Epiſcopos,ut communibus auxilijs,ſcuto fidei, & gladio uerbi hoſtes profligāt, aut in ditionem redigant. In eo certamine,ut humanitus fermè fit, ſi quem ex fratribus uiderint duriùs acceptum,aut ab aduerſarijs præualentibus proſcriptum, iubet eos qui integri etiam dum ſunt condolere,ut ethnicos,ſi nullis alijs machinis debellare poſſint,patientiæ tamen & concordiæ inter ſe glutino la beſfictent. Non enim raro patientia plus proficitur,quàm ſi uel omnia omnium generum tormenta adhibeas,præſertim ſi animus nullius mali ſibi conſcius,innocentia pro muro uti poterit.*
B

SECVNDA ALEXANDRI EPISTOLA OMNIBVS FRATRIBVS ſcripta.

C

DILECTISSIMIS fratribus, omnibus Epiſcopis, per diuerſas conſtitutis regiones, Alexander Epiſcopus.Nulli fratres dubium eſt, quia boni à malis ſem- 1.Pet.5.
per perſecutionem patiuntur & tribulantur, propter quod nos humiliari oportet ſub potenti manu Dei, vt liberet nos in tempore tribulationis:Nam ſicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, ſic diabolus non ceſſat circuire & quærere, quos ex fidelibus perdat,& maximè illos,quos ardētiores in ſeruitio ſaluatoris,eiq; familiariores inuenerit.Familiariores dico eos quos ſibi ſacrari,& in ordine Apoſtolatus conſtitui voluit.Ipſi enim pro populo interpellant,& peccata populi comedunt,quia ſuis precibus & oblationibu ea delent atq; conſumunt:qui quantò digniores fuerint,tantò facilius pro neceſſitatibus quibus clamant exau- Iacobi.5.
diuntur.Multum enim,vt ait beatus Apoſtolus Iacobus,valet deprecatio iuſti aſſidua:qui enim vos perſequitur,ipſum, cuius vice legatione fungimini, perſequitur.Quia ſicut ipſe filius Dei mediator fuit Dei & hominū,ita &vos
D eius vice,in Eccleſia eſtis conſtituti,vt inter Deū &hoīes legatione fungimini.Si quis aūt veſtram legationē impedit,non vnius,ſed multorū profectū auertit.Et ſicut multis nocet,ita à multis arguendus eſt, & bonorum ſocieta- Excōmu-
te coercendus:& quia Dei cauſam impedit,& ſtatum conturbat Eccleſiæ, i- nicatio.
deoque ab eius liminibus arceatur. Ab omnibus hominibus quoque talis eſt cauendus,& non in communionem fidelium,vſq;ad ſatisfactionem reci piendus.Eſt enim ſtatutum olim, vt qui ſtatum conturbat Eccleſiæ, ab eius liminibus arceatur,nec cū fidelib.cōmunicet,qui eorū bona auertit.Vos ergo ſi dilectionē habueritis ad inuicem,& vnanimes fueritis,facile tales ſupe Canino
rare poteritis.Si verò,quod abſit,diſcordes fueritis,& canino dēte vos dero dente ar-
dere cœperitis,nō ſolū eos nō ſuperabitis,ſed & vobis ipſis nocebitis,atq;ab rodere.
eis ſuperabimini,& innocēter fortè peribitis.Qui aūt ex veſtro collegio fuerit,&

Universidad de Deusto Biblioteca

rit,& ab auxilio vestro te subtraxerit,magis schismaticus quàm sacerdos es- B
se probabitur.Ecce,inquit,Propheta,quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum.Illi verò non in vnum habitant, quia fratrum se solatio subtrahunt,& quod deterius est,fratribus insidias præparant,aut laque-
Osce.4. os ponunt. De his enim & eorùm similibus Dominus per Oseam Prophetã loquitur dicens:Propter vos lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea.In ea bestiæ agri,& volucres cœli,sed & pisces maris congregabuntur. Verũtamen vnusquisq; nõ iudicet,& non arguatur vir. Populus enim tu us sicut hi qui contradicunt sacerdoti, & corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum.Nocte tacere feci matrem tuam, conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam . Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.Et quia oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum qui peccauerunt mihi:gloriam eorum & ignominiam commu C
tabo,peccata populi comedent,& ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum,& erit sicut populus,sic sacerdos,& visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei,& comedent,& non saturabuntur, fornicati sunt,& non cessauere, quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo.Hæc cauete fratres,& bona semper agere festinate, quia in hoc cognoscent omnes,dicit Dominus,quoniam mei estis discipuli,si dilectionem ha-
Ioan.13. bueritis ad inuicem.Bonum est nanque proculdubio,& omnibus timentib. Deum desiderabile, cohibere dissensiones & altercationes,fratribusq; subuenire,& inuicem non ridere,sed adiuuare.Nos ergo qui discipuli Domini, & dici & esse cupimus,portare crucem Christi, & compati fratribus debe-
Gala. 6. mus,& non quascunque eis insidias aut foueas præparare, quia tale nomen non meretur,qui fratribus foueam parat Nolite errare fratres quia Deus nõ G
Hiere.22. irridetur.Huius rei gratia vobis Dominus commisit Ecclesiam suam, vt pro omnibus laboretis,& cunctis oppressis opem ferre non negligatis. Vnde & Dominus per Prophetam loquitur dicens:Hæc dicit Dominus iudicate mane iudicium,& eruite vi oppressos de manu calumniantis, ne fortè egrediatur quasi ignis indignatio mea,& succẽdatur, & non sit qui extinguat. Vos ergo qui in summa specula à Domino constituti estis,attẽdere eos,& opprimere oportet,qui inter fratres seditiones & scandala excitant,ne simul cum eis pereatis.Salutate omnes qui rectè laborant in Euangelio Christi, & iustè gubernant nauem eius,ne cohabitantes in ea mergantur,aut suffocentur.Salutat vos omis Apostolica Ecclesia in Domino,Amen. DATA IX.CAL. NOVEMB. Traiano & Eliano VV. CC. COSS.

IN TERTIAM ALEXANDRI EPISTOLAM ARGV- H
MENTVM PER IOAN. SICHARDVM.

QVale debeat esse Episcoporum officium,docet hæc Alexandri Epistola,nempe ut omne uitæ tẽpus in cognitione diuinarum scripturarum collocent,atq; ex ea leges uitæ hominibus præscribant.Sicuti enim ut credam facilè adducor, ex inscitia scripturarum quædam in Ecclesiam redundasse, non ita ex præscripto Christi, ita in spem uenio rem Christianam & melius & constantius habituram, si id studium quod in prophanis quibusdam rebus consenescit,incipiant Episcopi atq; presbyteri legi diuinæ addicere,ut qui Christi legatione funguntur,eius etiam mandata in procinctu habeant,cuius titulo præ cæteris apud homines conspicui sunt.

A TERTIA ALEXANDRI
EPISTOLA OMNIBVS PRESBYteris scripta.

ALEXANDER Episcopus omnibus diuino sa- 1.Cor.15.
cerdotio fungentibus,pax & misericordia multiplicetur, & sapientia atque bona voluntas in omnibus augeatur,& fructificetur à Domino . Gratia Dei sumus,fratres charissimi,id quod sum⁹, idcirco nobis prouidendum est, & oppido decertandum, ne in ea vacui inueniamur, sed eadem nobis cooperante gratia, fructum Domino plurimum reportemus: quod B aliter fieri non potest,nisi sapientiam scrutando, eiusq; præcepta lectionib. & hymnis meditando,atque eo adminiculante implendo,orando, vigilando,& voluntatem eius in quantum ipse largitus fuerit, perficere studeamus. Nec enim negligendam gratiam nobis Dominus dedit, sed fideliter exercẽdam tribuit. Dilectio enim sine simulatione in nobis esse & apparere debet: quia omnis qui odit fratrẽ suum, homicida est:qui verò diligit eum,in Deo manet,& Deus in eo.Vnde Apostolus ait:nolite iudicare fratres in inuicem, Roma.14.
sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratribus vel scandalum. Et Dominus inquit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.Et alibi:In hoc Ioan . 13.
cognoscent omnes,quia mei estis discipuli,si dilectionem habueritis ad inuicẽ.Et Salamon ait:Sacrificiũ salutare est,attendere mãdatis,& discedere ab omni iniquitate.Summa enim iniquitas est fratres,detrahere & accusare. Vn 1.Ioan . 3.
C de scriptum est:Omnis qui detrahit fratri suo, homicida est, & omnis homicida non habet partem,aut hæreditatem in regno Dei Et alibi:Cauete vos Ephe.5.
fratres charissimi,ne participes efficiamini,quod absit,malis eorum:& non solùm vos cauete à talibus, sed & alios cauere ab eis, & auertere docete. De Mich. 1.
his enim Dominus ait per Prophetam Michæam: Væ qui cogitatis inutile, & operamini malũ in cubilibus vestris,in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt,& domos rapuerunt,& calumniabantur virũ & domum eius, virũ & hæreditatem eius Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego cogito super familiam istam malum,vnde non auferetis colla vestra,& non ambulabitis superbi,quoniam tempus pessimum est.In die illa sumetur super vos parabola & cantabitur canticum,cum suauitate dicẽtium: Depopulatione vastati sumus,pars populi mei cõmutata est. Quomodo recedet à me cum reuertatur D
qui regiones nostras deuorat? Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini.Ne loquamini loquentes: Non stillabit super istos, non comprehendet confusio,dicit domus Iacob. Nunquid abbreuiatus est spiritus Dñi,aut tales sunt cogitationes eius?Nónne verba mea bona sunt cũ eo qui rectè graditur?Et è cõtrario populus meus in aduersariũ consurrexit. Desuper tunicã,palliũ sustulistis,eos qui transibant simpliciter,conuertistis ad bellũ.Et contrà de his qui accusantur vel tribulantur,per Naum Prophe- Naum . 2.
tam confortans eos,sic loquitur Dominus?Et confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Et diluuio prætereunte consummationẽ faciet loci eius,& inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra Dominũ?consummationẽ ipse faciet.Nõ cõsurget duplex tribulatio,quia sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpinæ ſe inuicem complectuntur, ſic conuiuium eorum pariter potantium. E
Conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit Dominus: Si perfecti fuerint & ita plures, ſic quoque attondentur & pertranſibit. Afflixi te, & non affligam te vltrà. Facile eſt fratres verbo fallere hominem, ſed non Deum: ſapiens non eſt qui nocet, nec vir linguoſus in malum ſe diriget in terra. Nihil verò mali vult qui fidelis eſt, malo enim & prauo ingenio fides aliena eſt, ait Apoſtolus de infidelium ignorantia: Si enim cognouiſſent, nũquam Dominum gloriæ crucifixiſſent: crucifigunt enim Dominum qui eum in ſacerdotibus ſuis perſequuntur: quia crux à cruciatu dicitur: magnum verò cruciatum ſuſtinet qui vim patitur. Sed tamen beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiã, ecce ait Iudas Apoſtolus, veniet Dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudicium, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem de omnibus operibus impietatis eorum. Hęc fratres valde timẽda ſunt, & perpendenda, ne veniens vnuſquiſque ad iudicium, pœnam cum impijs recipiat, ſed cum iuſtis gloriam: quod pius Dominus præſtare dignetur, qui viuit & regnat per ſecula cuncta: DATA CAL. MAII, Eliano & Vetereo VV. CC. COSS.

IN XISTI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

XIStus ab Apoſtolis ſextus Rom. Epiſcopus, trinitatis myſterium paucis attingit uerius quàm tractat, cui tanquam rei peruulgatæ, & quæ extra controuerſiæ aleam eſſe debeat, ab omnibus, quotquot Chriſtiano cenſemur uocabulo, aſſentiendum docet, apertè hoc præ ſe ferens, ut de rebus, quarum agnitio non ad plenum noſtræ imbecilitati conſtare poßit, potiùs piè & liberaliter ſuſpicemur, quàm ut curioſiùs & ob id incautiùs inueſtigemus. Quod enim noſtræ ſalutis intereſt, id fermè totum ſitum eſt loco illuſtri, ut nec poßit ignorari etiam ab his qui uel huius profeßionis limen ingreßi fuerint. Trinitati autem ſacroſanctæ, indiuiduam coniungit unitatem, ita ut tantundem deferatur filio, quantum patri, nec ſit quicquam honorificum patris, quod non idem filio competat: quod uſq; adeo uiſum eſt indignum Ebionitis, ut gradibus aliquot ſuperiorem fecerint patrem, filium autem interuallo quodam ſequentem. Porrò nec deſunt alij, qui dum anxiè magis quàm piè huic rei inſudant, in admirabilem illam trinitatem, tanquam in ſcopulos impegerunt. Iudiciorum uerè quia hucuſq; ex induſtria non meminimus, & nulla eſt omnino epiſtola, quæ non obiter ſaltem eorum mentionem inijciat, dicam ſemel, ſed prolixius paulò. A ſecularibus, ita enim loquuntur, non donant alicuius criminis inſimulari epiſcopum, niſi de accuſatoris iam antea fide, integritate, ſit apud nos teſtatum. Eſt hoc equidem uel maximum ueteris innocentiæ argumentum, quod cùm à bonorum eſſent criminationibus ſuapte innocentia ſatis muniti, ſecularibus uerò tantum occurrendum ducerent. Ne uero hic quenquam ſecularium nomen torqueat, uideo eos hoc uocabulo dicere uoluiſſe, quos ferè ſycophantas hodie appellant, qui cum à fide Chriſtiana eſſent remoti, magni quiddam ſe conſequutos exiſtimabant, ſi confecto pro tempore crimine, negocium Epiſcopis faceſſerent, & tanquam remoram inijcerent, quo minus poſſent ex animi ſententia miniſterio uerbi inſeruire.

Ebionitarũ hæreſis

Seculares qui appellentur.

XISTI EPISTOLA DE VNITATE DEI OMNIBVS FRATRIBVS ſcripta.

OMNIBVS in Deo patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto dilectis fratribus, in charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, Xiſtus Romanæ vrbis Archiepiſcopus, ſalutem. Chariſsimi fideliter agite in omnibus, vt fideles & non infideles inueniamini. Nolite imitari malum, ſed quod bonum eſt agite, quia qui bene agit ex Deo eſt, qui autem male, non ex Deo, ſed ex diabolo eſt. Fidem enim rectam vos tenere oportet, vt diſſentientes ab Apoſtolica non ſitis doctrina. Vnum enim verum Deum, patrem & filium à Prophetis & Apoſtolis oſtendimus prædicatum, à quibus etiam ſpiritum ſanctum credimus non eſſe diſcretum, Eſaia propheta dicente: Ego ſum Deus, & non eſt alius præter me. Et per meipſum iuro, quia exiuit ex ore meo veritas, & ſermo meus non reuertetur, quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua confitebitur per Dominum, dicens: Iuſtitia & gloria ad eum veniet. Et vt in hoc teſtimonio patrem ſimul & filium fuiſſe cognoſcatis, Paulum Apoſtolum audite dicentem: Vt in nomine Ieſu omne, inquit, genu flectatur, celeſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei omnipotentis. Quòd ſi ſecundum aliquos filius minor eſt patre ſuo, ergo minorata eſt & gloria patris in filio. Et vbi eſt quod in Salomone ſcriptura loquitur, dicens: Sicut etiam in conſpectu eorũ, inquit, magnificatus es in nobis, ita in conſpectu noſtro magnificaberis in illis, vt cognoſcant te ſicut & nos cognouimus, qm̃ non eſt Deus præter te Domine. Diligenter attende, & agnoſce filium eſſe, qui magnificabitur in iudicio, dum venerit uiuos & mortuos iudicare. Item Eſaias: Audite domus Iacob & reſidui domus Iſraël, qui egredimini ex vtero, & erudimini à puero vſque ad ſenectutem, ab initio ego ſum, & quouſque ſeneſcatis ego ſum, ego vos feci, & ego ſuſtineo, ego remittam, ego ſuſcipiam dicit Dominus. Et iterum: Ego ſum Deus, præter me non eſt alius Deus, annuncians nouiſsima priuſquàm fiant. Audite me Iacob & Iſraël quem ego feci, ego ſum Dominus Deus tuus, & non eſt alius præter me. Itẽ alibi: Ego ſum Dominus primus, & ego nouiſsimus, & in ea quæ ſuperuentura ſunt in nouiſsimo ego ſum. Item ibi: Ego ſum Deus qui te creaui, qui te adiuui, & communiui dextera mea. Et unitatem patris & filij aſsignas, loquitur dicens: Ego teſtis veſter dicit Dominus Deus, & puer meus tu quem ego eligi, vt ſciatis & credatis, quia ego ſum, & ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit. Vnum hi, qui non ſanè ſapiunt, eligant è duobus: aut fateantur patrem & filium vnum Deum, aut ſi ſolum patrem Deum eſſe contendunt, ergo illis Dominus Ieſus Chriſtus Deus filius, non erit Deus, quia ſcriptum eſt: Ante me non eſt alius Deus, & poſt me non erit. Si ſecundũ tales ita eſt, cur Apoſtolus talia prædicat, & eũdem filiũ Deũ ſuper omnia benedictum inſinuat? quorũ patres, inquit, ex quibus Chriſtus ſecundũ carnẽ, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Item Eſaias dicit: Dominus Deus Iſraël, qui liberauit eum de Aegypto: ego ſum primus, & ego poſt hęc, & pręter me

Eſaiæ. 45.

Philip. 2.

Eſa. 46.

Eſa. 41.

Eſa. 43.

Roma. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter me non est Deus sicut ego sum, qui stet & vocet, & præparet mihi, ex quo E
hominem feci in seculo. Item alibi: In te est Deus, & nesciebamus, & non est
alius præter te. Tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israël saluator. Vnus
Deus non sunt pater & filius? Quis est hic Deus, in quo esse dicitur Deus pa-
ter, quem alium Deum non esse Propheta sæpenumero protestatur? Et Hie-
remias: Hic Deus noster, ait, & non adplicabitur alter ad eũ, qui inuenit om-
Eccl. 36. nẽ viã scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo, post hæc
in terris visus est, & inter homines cõuersatus est. Et in Salomone habetur: Mi
serere nobis Deus omniũ, & ostende nobis lumẽ miserationis, & immitte ti-
Deut. 4. morẽ tuũ super gentes, quę nõ exquisiẽrunt te, vt cognoscant, qm̃ non est ali
Psal. 17. us Deus, nisi tu. Itẽ alibi: Domine Deus Israël, non est tibi similis in cœlo sur-
Gene. 19. sum. Et in psalmo: Quoniã quis Deus præter Dominũ, aut quis Deus præter
Deum nostrũ? Et in Genesi: Et pluit Dominus à Domino ignẽ & sulphur su- F
Deut. 32. per Sodomam & Gomorrhã, & euertit ciuitates illas. Si solus pater Deus est,
Roma. 3. quis pluit ignem & sulphur à Domino super prædictas ciuitates, vel eas euer-
2. Cor. 5. tit? quæso responde. Et in Deuteron. Dominus solus deducebat eos, & nõ fu
Galat. 3. it cum illis Deus alienus. Et Paulus Apostolus: Vnus Deus qui iustificat circũ
Ephe. 4. sionem ex fide, & præputium per fidem. Et ad Corinth. Deus erat in Christo
mundũ reconcilians sibi. Et iterum: Non est Deus nisi vnus. Et ad Gal. Media
tor autem vnius nõ est, Deus autem vnus est. Et vnitatẽ patris & filij & spiri-
tus sancti demonstrans, Ephesijs scribẽs, ita cõfirmat: Sufferentes inuicem in
charitate, soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis, vnum corpus & v-
nus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ, vnus Dominus, vna
fides, vnũ baptisma, vnus Deus. Si non sanè sapientes, vnitatẽ fidei voluerint
simplici corde recipere, ex hoc itaq; testimonio, in vno spiritu poterunt si- G
mul patris & filij vnitatem condiscere. Patrũ igitur, vt superiùs cõprehensum
est, in diuinis literis genitum propriè positũ, nec legere possunt penitus, nec
probare: sed quia idipsum fides exigit Christiana, absq; vlla dubitatione in-
genitus creditur, qui tamen secundum seriem scripturarum, in filio à se geni
*vnus to*visus esse monstratur. Cæterum placuit propter malorũ hominũ infesta-
In accusantibus quæ sint spectanda. tionem, vt in accusatione Domini ministrorũ, primò persona, fides, vita, &
conuersatio blasphemantium enucleatim perscrutetur Nam fides omnes a-
ctus hõinis pręcedere debet, quia dubius, in fide infidelis est, nec eis omnino
est credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectè conuersationis vitam
ducunt, quoniam tales facile & indifferenter lacerant, & criminantur rectè
& piè viuentes. Ideo suspicio eorum discutienda est primum & corrigenda,
neq; accusatoribus suspectis vel de inimicor domo prodeuntibus est credẽ H
dum. Erant enim quidã qui prius videbantur esse ex nobis, sed non erant ex
nobis: si verò essent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscũ, & non conturbassent
fratres. Exacuerunt enim, vt ait Propheta, linguas suas sicut serpentes, venenũ
aspidum sub labijs eorum. Quapropter hi respuendi sunt, si incorrigibiles ap
paruerint, & vitandi, ne Domino decipiant famulantes. State ergo dilectissi-
mi super vias, aspicientes & interrogantes de semitis Domini antiquis,
& videte quæ est via Domini bona & recta, & ambulate in
ea, & inuenietis requiem animabus vestris,

DATA XVII. CAL. MAII.
sub Adriano &
Vero.

IN EPIS-

A IN EPISTOLAM HYGINI ARGVMENTVM PER IOAN. SICHARDVM.

COMMENDATVRVS nobis humilitatem, animique submißionem Hyginus, ut auspicatiùs id faciat, à capite Christo rẽ repetit, qui cùm esset in forma Dei, nõ rapinã arbitratus est, ut esset Deo similis, sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo, humiliauit seipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: dicente diuo Paulo ad Philippenses: Eius autem cùm omnis uita, rerumq; gestarum series, sit nobis ad imitationem proposita, tamen ægrè reperies aliud, in quo propiùs erga nos diuinæ uoluntatis affectum agnoscas, quàm quod extra omnem huius mundi iniuriam positus, uolens tamen pro hominum salute, omnes calamitates subierit, suo nos exemplo inuitans, ut quo simus superiores, hoc nos geramus submißius.

B PRIMA HYGINI EPIstola catholica.

HYGINVS in Christi nomine almæ vrbis Romæ Episcopus, cunctis Apostolica fide & doctrina vigentibus, salutem. Charissimi, Deus filium suum misit in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur. Filius non secundum deitatem solam à patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer & piè pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quòd semetip-
C sum (exinanita maiestatis suæ potentia) id est, se filius miserit, Apostolus te- Philip. 2.
statur, qui ait: Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & humiliauit Esa. 35.
semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: Et E- Esa. 65.
saias: Non legatus neque Angelus, sed ipse dominus veniet, & saluabit eos. Hier. 20.
Item alibi: Palàm apparui non quærentibus me. Et Hieremias: Dereliqui domum meam, et dimisi hæreditatem meam, veni et factus sum illis in obprobrium. Et in Michæa: Ecce dominus veniet, et commouebuntur montes sub
eo. Et in Zacharia: Gaude et exulta filia Sion, quia ecce venio ego, et commo Zach. 1.
rabor in medio tui, dicit dominus. Et Apostolus ad Timoth. Humanus ser- 1. Tim. 1.
mo, et omni acceptione dignus, quoniã Christus Iesus venit in hunc mundũ,
peccatores saluos facere. Et Michæas: Ecce subito veniet in templo sancto
suo dominus quem vos quæritis, et Angelus testamenti quem vos vultis. Et Lucæ. 5.
D in Euangelio: Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Item Matth. 8.
alibi: Quid nobis, et quid tibi Iesu fili Dei, venisti ante tempus perdere nos? Ioan. 10.
Item alibi: Ego veni vt vitam habeant, et abundantiùs habeant. Item alibi: Ne
mo ascendit in cœlũ, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœ
lo. Nunquid in his tantis ac talibus testimonijs, quibus se filius Dei à semet-
ipso venisse testatus est, poterit quis dicere, ab alio, et non à semetipso venis-
se? dum manifestum est eum qui carnem nostram dignanter assumpsit, volũ
tariè et non ab alio missum aduenisse: nam qui in patre manens, vbique po-
tentia sua consistit, quo à patre mitteretur omninò non habuit. Quoniam
nulla pars cœlorum ac terræ, à conspectu patris excipitur, vbi secũdum vos à Ephe. 4.
patre filius mitteretur. Et Paulus: Renouamini, inquit, spiritu mentis vestræ,
et induite nouum hominẽ, qui secundũ Deũ creatus est, in iustitia et sancti-

Universidad de Deusto Biblioteca

Hebræ. 2. tate veritatis. Et ad Hebræos: In eo enim in quo passus est, nam potens est E
ei qui tentatur auxiliari. Vnde sanctæ vocationis semper cœlestis participes,
considerate Apostolum, & pontificem confessionis nostræ Iesum fidelem
Colos. 3. existentem ei qui creauit eum. Et ad Colos. Nunc autem deponite & vos vni
uersa, iram, indignationẽ, malitiaq; ex ore vestro non procedat. Nolite men-
tiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induite
nouum, eum qui renouatur in agnitione secundum imaginem eius qui crea
uit eum. Nunquid is qui vniuersam creaturam, visibilia & inuisibila, propria
potestatis virtute procreauit ac fecit, seipsum ante aut postmodum, quod di
Ioan. 14. cere nefas est, creauit vel facere potuit? Et dominus in Euangelio ait: Qui me
Ioan. 15. videt, videt & patrem. Et iterum: Qui me odit, & patrem meum odit. Et ite-
Ioan. 5. rum: Vt omnes honorificent filium, sicut & honorificant patrem. Et iterum:
Ioan. 14. Vt sint in nobis vnum, sicut & nos sumus vnũ: tu in me, & ego in eis. Et ite- F
Ioan. 1. rũ: Omnia mea tua sunt. Et iterum: Ego in patre, & pater in me. Et iterum: Pa-
1. Ioan. 5. ter in me manens, facit opera hæc. Et Ioannes Euangelista ait: In principio e-
rat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et iterum ipse
alio loco: Tres sunt, inquit. qui testimonium perhibẽt in terra, aqua sanguis,
& caro. Tres in nobis sunt qui testimonium perhibent in cœlo, pater, verbũ,
& spiritus, & hi tres vnum sunt. Nos itaq; in Natura deitatis, quia vnũ sunt
pater & filius & spiritus sanctus, nec patrem credimus aliquo tẽpore præces-
sisse, vt maior sit filio, nec filium postea natum esse, vt deitate patris minore-
tur. Cæterum fratres, saluo in omnibus Romanæ Ecclesiæ priuilegio, nullus
Metropolitanus absq; cæterorum omnium cõprouincialium Episcoporum
instantia aliquorum audiat causas eorum, quia irritæ erunt aliter actæ quàm
in cõspectu eorum omnium ventilatæ, & ipse si fecerit coërceatur à fratrib. G
Criminationes maiorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina
intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis pub-
licis docuerint, omni se suspicione carere & inimicitia, atq; irreprehensibilẽ
fidem ac conuersationẽ ducere, nec non & peregrina negotia & iudicia pro
hibemus: quia indignum est, vt ab externis iudicentur, qui prouinciales & à
se electos debent habere iudices: Nos quidem ex omni parte carpendo occa
siones abscidimus. Nos enim supernæ memores disciplinæ, quibuscunq; ca-
dentibus dexteram porrigimus, & à ruinæ præcipitio quos possumus releua-
mus, & defensiones atq; adminiculum totis viribus præbere cupimus. Certè
vel si mens sit recti conscio, vindicta dignus est, qui alij existit causa periculi:
qui verò innocentem vel fratrem quocunq; ingenio persequitur, ipse in iu-
gulũ mortis impingit, vt ait diuinus & beatus præco: Noli detrahere ne eradi H
ceris: noli accusare, ne accẽseris: noli iudicare, ne iudiceris: qa in quo iudicio
iudicaueris, iudicabitur de te. Nemo creditur nos odisse, quorũ relatione nõ
læditur. Dicit enim Dominus: Omne regnum in se diuisum, nõ stabit: & om
nis scientia & regula aduersum se diuisa, non stabit. Ideoque necesse est vt cõ
corditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes
sed ad omne studium deuotionis, vnanimes diuinis & Apo
stolicis constitutionibus pareatis DATA
XVII. CAL. OCTOB. Ma-
gno & Camerino
COSS.

IN

A

IN ALTERAM HYGINI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IOAN. SICHARDVM.

*ATheniensés, quos etiam dum circa idola pueriliter ineptire uidit, familiariter admonet Hygi-
nus hac epistola, ut tandem dedisceant idolorum cultum, & à putribus, ut Lactantius appellat,
dijs gentium, ad uerum Deum animos adplicent. Quos uerò eo usq; in fide promouisse cognoue
rat, ut præ uero Deo idola contemnerent, certo consilio ab eorum commercio, qui admoniti ad ueri Pro-
phetæ cognitionem proficere nollent, sibi temperare iubet, ne mali huius contagio ex conuictus fami-
liaritate clanculum serpens eos etiam inficiat, qui Christum quidem amplexi quauis tamen persuasio-
ne poterant aliorsum impelli. Si enim abluti baptismo, ex professionis præscripto cum illotis nõ uesce-
bantur: etsi commissum est Apostolis, ut prædicationis gratia uenientes in ciuitates, uideant qui sint di-
gni apud quos cibum capiant: quantò magis conuenit, ab eorum communione esse nos immunes, quibus
gratum esse nihil planè potest, nisi quod morem suum resipiat? Et quia plerique Christianorum grauiter
ob id audirent, atque asperiùs in idola loquuti, passim etiam exularent, iubet bono animo diem iudicij
B expectare, ut tanta mercedis spe, leuiora fiant, quæ ethnici, ridiculis suis dijs exæcati in christiano
statuebant.*

ALTERA HYGINI EPISTOLA ATHENIENSIbus scripta.

C HYGINVS Episcopus Atheniensibus salutem. Mul
ta mihi fiducia est apud vos fratres, & multa gloria-
tio pro vobis: repletus sum consolatione, superabun
do gaudio in omni tribulatione nostra. Tribulor e-
nim quando de vobis audio quod non oportet. Cõ
solor verò quoties ea inter vos fieri cognouero, quæ
bonos Christianos decet implere. Nolite fratres iu-
gum ducere cum infidelibus. Vnde doctor gentium
loquitur, dicens. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? quis autem tem- 1. Cor. 6.
plo Dei consensus cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit
Dominus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum De-
us & ipsi erunt mihi in populos. Si enim Deus Angelis peccantibus non pe- 2. Pet. 2.
percit, sed catenis noctis in infernum detractos, in tartarum tradidit ad iu-
dicium cruciandos reseruari, & originali mundo non pepercit, sed octauum
Noë iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens,
D & ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersiõe
damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi sunt ponens: quid putatis ini-
quis & impijs perseuerantibus in nequitia eorum erit? Iustum verò Loth op
pressum à nefandorum iniuria & conuersatione eruit, aspectu enim & audi-
tu iustus erat, habitans apud eos qui in diem de die animam iustam iniquis
operibus cruciabant. Nouit Dominus pios de tentatiõe eripere, iniquos ve-
rò in diem iudicij cruciandos reseruare, magis autem eos qui post carnem
in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemq; contẽnunt, au
daces, sibi placentes, sectas nõ metuunt facere, blasphemantes: vnde alieni er
roris socium à sui propositi tramite recedentem, aut Apostolicæ sedis iussio-
nibus inobedientem suscipere nõ possumus inter fideles, nec impedire rectè
credentes, uel sanctorum patrum suorũ iussionibus obtemperãtes permitti-

Universidad de Deusto Biblioteca

mus:quia inter fideles & infideles magna debet esse distinctio. Si Deus, fra- E
tres, iustis non pepercit,quid de nobis peccatoribus fieri putatis? Custodite
vos ab omni inquinamento carnis & corporis,vt salui sitis in aduentu do-
3.Pet.3. mini. Illud autem hoc non lateat vos,vt ait Apostolus,charissimi, quia vnus
dies apud Deum sicut mille anni,& mille anni sicut vnus dies:Non tardat do
minus promissis,sed patienter agit propter vos,nolens aliquos perire, sed o-
1.Thes.5. mnes ad pœnitentiam reuerti.Adueniet autem dies domini vt fur,in qua cœ
li magno impetu transient,elementa verò calore soluentur.Cùm hæc igitur
omnia dissoluenda sunt,quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus,
& pietatibus? expectantes & properantes in aduentu diei,per quem cœli ar-
dentes soluuntur,& elementa ignis ardore tabescent. Nos verò cœlum &
nouam terram,& promissa ipsius expectamus,in quibus iustitia habitat.De-
us autem omnis gratiæ,qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo F
Iesu,modicũ passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq;, ipsi gloria & im
perium in secula seculorum, Amen. DATA X. CAL. MAR. Magno
& Camerino COSS.

IN SOTERI EPISTOLAM, ARGVMENTVM PER IOAN. SICHARDVM.

DIuersitas naturarũ in christo efficit,ut propriè loquentes alio atq; alio modo de humana natura atq; diuina dicant. Eo enim quod Deus est,in scripturis genitus, homo uerò factus dicitur. Ea autem prædicata, ut scholasticorum more loquar, maximè huc conducunt, ut intelligamus de rebus diuinis circunspectè pronunciandum esse.Sunt enim omnium profeßionum usq; ad carbonariã, solennes dicendi ritus, quos miscere graue sit piaculum, Etsi quælibet ars etiam mœchanica consecrata quædam & pecularia habet nomina,quibus inter se ijsdem artibus initiati utuntur, multò religiosiùs profectò obseruandum est in sacris,nedum illoto de tantis rebus ore loquimur,ipsis uideamur etiã cer- G
donibus stultiores,qui de artis suæ mysterijs,non nisi uerecundè loqui consueuerunt.

SOTERI EPISTOLA EPISCOPIS CAMPANIAE scripta.

SOTER Apostolicæ sedis Archiepiscopus, Campanis omnibus salutem in domino.Gaudere vos oportet fratres,quod diuina largiẽte gratia, familiares domini vocamini, eiusque sacerdotij dignitate fungimini. Nunc autem rogo vos, vt circa plebes vobis H
commissas laborare dignemini, & fructuosos manipulos domino reportare nitamini. Paulus enim Apo
Rom.1. stolus de fide loquitur, ita dicens: Quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de
filio suo,qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Item ipse ad
Gal.4. Galatas:postquam autem venit plenitudo temporis,misit Deus filium suum
natum ex muliere,factum sub lege.Et ad Philippenses: In similitudinem ho-
Phil.2. minum factus,& habitu inuentus vt homo. Et psalm. Infirmata est in pau-
Psal.3. pertate virtus mea,& ossa mea conturbata sunt,&super omnes inimicos me-
os factus sum obprobrium,Item :Obliuioni traditus sum tanquam mortuus
à corde,factus sum tanquã vas perditũ.Et idem:Tanquã prodigiũ factus sum
multis

A multis,& tu adiutor fortis.Et idem:Vt iumentum factus sum apud te, & e- Psal.70.
go semper tecum.Et idem:Mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea, Psal.72.
& ipse fundauit eam altissimus. Et idem:Factus sum sicut homo sine adiu- Psal.86.
torio,inter mortuos liber.Et idem:Et factus sum opprobrium illis,viderunt Psal.87.
me,& mouerunt capita sua:Et idem:Vigilaui,& factus sum sicut passer soli- Psal.109.
tarius in tecto.Et in Euangelio:Verbum caro factum est,& habitauit in no- Psal.101.
bis.Filius igitur secundum carnem dicitur factus:nam secundũ diuinitatẽ,à Ioan.1.
patre nusquã legitur factus,sed genitus.Dum eñ pater loquitur,filius loqui-
tur,& cum filius loquitur,pater in illo loquẽs documẽtis cœlestibus cõpro-
batur,Paulo attestante,q; ait:Multis partibus,multisq; modis olim Deus lo- Heb.1.
quutus est patribus in Prophetis,nouissimè autẽ loquutus est nobis in filio.
Et vt eundẽ filiũ,excepto patris præcepto,doceã fuisse locutũ,ex Esaiæ Pro-
B phetæ volumine proferimus documentũ.Hæc dicit Dñs, in illa die sciet po-
pulus meus,quoniã ego sum ipse qui loquebar in seruis meis Prophetis,Euã-
gelizans auditũ pacis,& ecce adsum.Item alibi : Cogitaui & locutus sum, & 2.Cor.13.
adduxi,& creaui,& feci.Et Apostolus:An experimentũ quæritis eius qui in
me loquitur Christi?Et in Psalmo : Loquebar in testimonijs tuis in conspe- Psal.118.
ctu Regum, & non confundebar. Et ipse Dñs in Euãgelio cæco à se illumi-
nato dicit:Et vidisti eum,& qui loqtur tecũ ipse est. Et Samaritanæ mulieri
ait:Ego sum qui loquor tecũ. Et ad discipulos inqt: Verba quæ ego locutus Ioan.6.
sum vobis,spiritus & vita sunt.Et ad Patrẽ:Ego ad te venio,& hoc loquor in
mũdo. Et iterũ Iudæis dicit:loquor vobis,& nõ audistis,si aũt venerit alius,
illũ audietis.Et iterũ: Hæc loquutus est Dñs in gazophilacio,docẽs in tẽplo, Ioan.8.
& nemo apprehẽdit eum, quia nondũ venerat hora eius.Ecce in his omnibus
C quæ superiùs iam enarrata sunt,nõ docetur filius p̃cepto patris fuisse loqu-
utus,sed multo magis propriũ exercuisse in loquẽdo sermonem. Esaias quoq; Esa.48.
Propheta ait:Hæc dicit Dñs,ego feci terrã sensu meo,& hoĩem sup̃ eam, ego
solidaui cœlũ manu mea, ego oĩbus sideribus mãdaui vt lucerẽt in cœlo. Itẽ
ibi:Ego omñe consiliũ meũ statui & oĩa quęcunq; cogitaui,ego feci.Item ibi
sic dicit Dñs : Qui cõstituit cœlum & terram, & fecit eam,& fundauit eam.
Item alibi:Ego primus,& ego in æternũ, manus mea fundauit terrã, dextera
mea solidauit cœlũ.Item ibi: Ego feci terrã in fortitudine mea magna, & in
brachio meo excelso.Et in Hieremia: Dñs fecit terram in virtute sua magna, Hier.51.
& erexit orbem terræ in sapientia & prudentia sua, extendit cœlum & po-
suit sonũ aquæ in cœlo. Defendite charissimi rogamus cõtra maleuolos ho
mines inconcussum Ecclesiæ statum,vt vos Christi dextera defendat in æuũ.
D DATA NON. MAII,Rustico,& Aquilino IIII. VV. CC. COSS.

IN EPISTOLAM VICTORIS ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

DE sacramentorũ administratione nõ satis cõuenerat Episcopis Africæ, ob id post longas easq; capitales dissensiões,res uidebatur in apertũ bellũ eruptura. Necesse est enim quotiescunq; de rebus summis cõtrouertitur,& quæ uenerari nos decebat.scurriliter deridẽda propinemus,ut quod mutuæ inter nos cõcordiæ causa donatũ sit,simultatũ fiat seminariũ. Nã cum p baptismi,corporisq; dominici,atq; aliarũ rerũ cõmunionẽ, Christus amicitias uellet coalescere,atq; in oẽm posteritatẽ ppagari accidit ut inexpiabiliũ odiorũ fierẽt initia.Quod tum maximè solet cõtingere, quãdo de administratiõe pugnatur,& usus rei in dubio est. Quamobrẽ eos qui propriũ sibi quendã administrationis sacramentorũ modũ excogitauerãt, abhorrentẽ ab Euãgelij regula,hortatur uictor,ueluti in nullã orbis partem, pro hominũ salute nõ intentus,ut depositis cõtentionibus in gratiã redeant,potiusq; cogitent sacramentorum commoda, quàm litium studiosi aucupentur causas,quibus ex industria dißideant.

VICTORIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

VICTORIS EPISTOLA EPISCOPIS AFRICANIS scripta.

VICTOR Romanæ Ecclesiæ & vrbis Archiepiscopus, vniuersis Episcopis per Africam constitutis, in Domino salutem. Semper enim in æterno consilio Dei mansit, humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum per Dominum Iesum Christum temporaliter gerẽdarum, dispositione diuini verbi sumpsit exordium. Quapropter oportet vos fratres vnanimes esse & adminiculum vicissim ferre: in recta ergo fide, & in sacramentis diuinis non discrepare, sed concordes esse: quia licet pauci sitis, malorũ cõparatione, si tñ cõcordes fueritis, facilè auxiliãte Dño vestros insidiatores superabitis: si verò discordes, quod absit, fueritis, nõ superabitis, sed superabimini. Perlatũ est eñ ad nostrã sedẽ aliquos vestrûm nocere fratres velle, & vt cadãt decertare, similiter in sacra mẽtis discrepare, & ob id cõtentiones & æmulationes inter vos fieri: à qbus dissensionib. vos auertere & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim mãdamus. Nam si hoc agere citò neglexeritis, & vicissim recõciliari nõ studueritis, ab Apostolicæ sedis, & totius Ecclesiæ communione vos pellere non dubitetis. Nec attenditis charissimi, qualiter Dominus talibus per
Esa.24. Esaiam Prophetam comminatus est, dicens: Dominus enim loquutus est verbum hoc: luxit & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terræ, & terra interfecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius. Ideoq; insanient cultores eius & relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonus lætantium, conticuit dulcedo citharę. Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus, nullo introeunte, clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, & translatum est gaudium terræ. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas: quia hæc erunt in medio terræ, & in medio populorum. Quomodo si paucæ oliuæ remanserunt excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam atq; laudabunt, cùm glorificatus fuerit Dominus hinnient de mari. Propter hæc in doctrinis glorificate Dominum, in insulis nomen Domini Dei Israël. Et Dominus in oratione quam discipulos suos
Matt.6. docuit orare ait: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. In bonis & iustis hominibus sanctificatur nomen Domini, & in malis blasphe-
Mat.5. matur. Et ipsa per se veritas ait: Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo & postea offeres munus tuũ Nullis verò liceat doctrinam Euangelicã deserere, & sacerdotali honore gaudere. Data Calend. Septemb. Laterano & Rufino XIIII. VV. CC. COSS.

IN

IN ZEPHYRINI EPISTOLAM, ARGVMENTVM PER IOAN. SICHARDVM.

IN legibus non solùm ueteribus, sed & nostratibus cautum est, ne quicquam nobis aut in rem, aut in dignitatem hominis permittamus liberiùs, prius quàm sit iudicio de his pronunciatum. Et cùm in primis hoc sit legum ingenium, ut uno ore omnibus loquantur, erant qui Christianis hoc negari contenderent, tanquam his quos, cùm nouam & in speciem ridiculam religionem inuehe rent, merito suo dij homines q; odissent. Atq; ob id à nummarijs quibusdam iudicibus prædæ inhiantibus, conductitij quidam accusatores, & circunferanei allegabantur, qui simul atque in uulgus absurdum aliquod commentum, domi per insidias confictum, sparsissent de Christianis, in eorum fortunas mox fiebat impetus, qui non modò criminum non feruant conuicti, sed ne litis quidem esset dies denunciata. Appellat Zephyrinus leges diuinas ac humanas, quibus tanquam uinculis cùm publica tranquillitas confirmetur, non licere ait, ut eijciantur malis modis, mulctentur fortunis, conijciantur in carceres, quales quales fuerint professione, nisi de criminibus iam ante constiterit. Et quia tot essent ubique paratæ insidiæ
B præsbyteris etiam innocentibus & eruditis, facilè suspicans quid demùm esset futurum de indoctis, & quorum uitæ ratio non constaret, admonet idem ut in electione nouorum presbyterorum sint circunspecti, adhibeantq; iudicium, ne parum eruditos huc loci prouehant, aut indignos. Vellem equidem uel serò paterentur sibi Episcopi nostræ tempestatis persuaderi, ut aduigilarent quoad fieri posset, ne sine delectu obuium queq; in presbyterorum numerum referrent, quibus, dicam liberè, cùm debemus optimarũ quarumq; rerũ interitũ, tum & ipsi Episcopi contemptũ, duriùs hoc fortasis est, at uerum, in quem, dũ gratiosi student uideri & clementes nimium, inciderunt. Quod ergo pro temporis ratione à Zephyrino de eruditione & uitæ innocentia est dictum, quid prohibet quo minus nostri seculi rationem considerãtes, de numero statuatur? Quis enim non uidet ministrorum numerum? hoc enim est eorum nomen in sacris receptum, propemodum creuisse ultra eorum numerum quibus inseruire debebant. At hic interim usqueadeò nihil est uidere seruile, ut ipsis sint aliquãdo tyrannis nocentiores, mentiar uerò nisi satis hoc ille status rerũ per se clamet. Olim multitudo principum cariam, hodie sacrificulorum indoctorũ, totum ferme orbem in bella coniecerat, à quibus ita nos asseruit bonus quidam genius, ut uideantur de integro capitalius exoritura, nisi tandem Episcopi hoc esse incipiant, quod nomine præ se ferunt.

C

ZEPHYRINI EPISTOLA DE PATIENTIA catholica.

ZEPHYRINVS Romanę vrbis Archiepiscopus, omibus fratribus per Aegyptum in Domino militantibus, salutem. Tantam à Domino huius sanctæ sedis & Apostolicæ Ecclesiæ fundatore, & à beato Petro principe Apostolorũ, accepimus fiduciam, vt pro vniuersali, Christi sanguine redempta Ecclesia, impigro laboremus affectu, & omibus Domino famulantibus succurramus, &
D cunctis piè viuentibus Apostolica authoritate opem feramus. Omnes qui in Christo volunt piè viuere, necesse est vt ab impijs & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tanquam stulti & insani, vt meliores & purgatiores efficiantur, qui temporalia bona perdunt, vt percipiant æterna. Eorum verò dispectio & irrisio in ipsos retorquebitur qui eos affligunt, & contumelijs afficiunt, cùm & abundantia eorum in egestatem, & superbia transierit in confusionem. Nunciatum est enim nobis per apocrysiarios vestros, quosdam fratrum nostrorũ, Episcoporum videlicet, ab Ecclesijs & sedibus proprijs pelli, suaq; ab eis auferri supellectilia, & sic nudos & expoliatos ad iudicia vocari, quod omi ratione caret, cùm statuta Apostolorum, eorumq; successorum, & præcepta imperatorum, ac constitutiones legũ idipsum prohibeant, & Apostolicæ sedis auctoritas idipsum fieri nolit. Præceptum est

Universidad de Deusto Biblioteca

Accusandi, sunt in integrũ restituendi.

ergo in antiquis statutis, Episcopos eiectos atq; suis rebus expoliatos in Ecclesijs proprijs recipi, & primò sua omnia eis reddi, & demùm si quis eos iuste accusare voluerit, æquo periculo facere: Iudices esse decernentes, Episcopos recta sapientes, & in Ecclesia cõuenientes, vbi testes essent singlorũ, qui oppressi videbantur, nec priùs eos respondere debere, quàm omnia sua eis & Ecclesijs eorum legibus integerrimè restituantur. Nec mirum fratres, si vos persequuntur, cùm caput vestrum Christum Dominum nostrũ, vsq; ad mortem sint persequuti: ipsæ tamen persequutiones patienter portandæ sunt, vt eius discipuli esse cognoscamini, pro quo & patimini. Vnde & ipse ait: Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. His suffulti suffragijs non multum debemus timere obprobrium hominum, neq; eorum exprobationibus vinci, quoniam hoc nos Dominus iubet per Esaiam Prophetã, dicens: Audite me qui scitis iudiciũ populus meus, in quorũ cordibus lex mea est. Nolite timere obprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis. Considerantes quod in Psalmo scriptum est: Nónne Deus requiretista? Ipse enim nouit abscondita cordis, & cogitationes talium hominum, quoniam vanæ sunt. Vana autem loquuti sunt vnusquisq; ad proximũ suum, labia dolosa, & in corde loquuti sunt mala, sed disperdet Deus vniuersa labia dolosa & linguam magniloquam. Qui dixerunt labia nostra à nobis sunt, quis noster est Dominus? Nam si hæc in Memoria retinerent, minimè ad tãtam prosilirent iniquitatem. Non enim propter probabilem & paternam doctrinã hoc faciunt, sed vt suam exerceant in seruos Dei vindictam. Scriptum est namq;: Via stulti recta in oculis eius, & sunt viæ quæ videntur homini iustæ: nouissima autem earum deducunt ad mortem. Nos enim qui hæc patimur iudicio Dei, hęc reseruare debemus, qui reddet vnicuiq; secundũ opera eius, qui etiam per ministros suos intonuit dicens: Mihi vindictam, ego retribuã. Vos enim in recta fide & operibus, bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis à supplemento fratri subtrahat manum, quoniam in hoc, ait Dominus, cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Vnde & ipse per Prophetam loquitur dicẽs: Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum: Spiritali dico habitaculo, & concordia quæ in Deo est & vnitate fidei, huius delectabilis secundum veritatẽ inhabitaculi, qui videlicet in Aaron magis decorabatur, atq; sacerdotalem induentibus dignitatem, sicut vnguentum super caput principalem intellectum irrigans, & vsq; ad ipsam extremam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionis æternam vitam promisit Dominus. Huius igitur Propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, præsentem fraternam sylabam exposuimus, nostra propter charitatem minimè quærentes, aut quęsituri, non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo, secundum vulgarem fabulam, excutere palum. Absit, non sunt nostra ista, hæc enim auertat diuinitas. Iusto iudicio Dei plerunq; datur peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, vt qui spiritu Dei iuuantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores, ipsis tamen qui eos persequũtur, atq; detrahunt, erit proculdubio, væ væ væ illis qui detrahunt seruis Dei, quia detractio eorum ad eum pertinet, cuius ministerium agunt & vice funguntur. Oramus autem, ostium circunstantiæ, qui neminem perire, aut labijs suis pollui volumus, eorum moribus imponi, & verbũ minimè nociuum concipere, nec ore proferre. Vnde & Dñs per Prophetam loquitur, dicens: Dixi, custodiam via mea

Mat. 5. *Esa. 51.* *Psal. 43.* *Prou. 12.* *Ioan. 13.*

meas, vt non delinquam in lingua mea. Dominus omnipotens, & huius vnigenitus filius, & saluator noster Iesus Christus, hoc uobis tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus, quibuscunq; tribulationum molestijs laborantibus, viribus quibus potestis succurratis, & eorum, vt dignum est, iniurias, vestras æstimetis, maximum adminiculũ eius verbis & factis præbeatis, vt eius discipuli inueniamini veri, qui fratres vt se, omnibus diligere præcepit. Ordinationes verò presbyterorum & leuitarum tempore congruo, & multis coram astantibus solenniter agite, & probabiles ac doctos viros ad hoc opus constituite, vt de eorum societate & adiumento plurimùm gaudeatis. Ponite indefinẽter corda vestra in virtute Dei, & enarrate hæc & cætera diuina verba in progenies alteras, qm̃ hic Deus est noster in æternũ, & ipse reget nos in secula. DATA VIII. CAL. NOVEMB. Saturnino & Gallicano CC.S.

Psalm. 38.

IN VRBANI EPISTOLAM, ARGVMENTVM PER IOAN. SICHARDVM.

IN hunc usq; diem fuêre Christianis inter se omnia communia, eo modo quem Acta Apostolorũ præscribunt, nẽpe ut uendentes agros ac possęßiones, id pretij quod ex rebus diuenditis cõflauerant, pro se quisq; in medium proferret, ne esset uspiam gentium quod cogitationes Christo per omia destinatas auerteret. Ausus est urbanus, quàm fœliciter ipse uiderit, nonnihil immutare hic, id tamen quod existimauit bono futurum Christianis, & non pretium agrorum in communem usum, ut solitum est fieri, deferri, sed agros ipsos satiùs putat incorporari, hoc enim uerbo utar, Ecclesiis, ut non solum diurnos ex his caperent fructus, sed & contra ingruentem rerum penuriam, quod fortè poterat accidere, essent annuo prouentu securi. Episcopos autem tanquã patresfamiliàs constituerunt, qui diuiderent ea quæ annuò prouenirẽt pro cuiusq; usu. Hic, ut opinor, nõ est difficilè coniectatu, qui factũ fuerit, ut sensim ueteri obliterato more, omnia illa apud paucos quosdã subsederint, atq; eiusmodi plerunq;, ad quos si rectè agerẽtur omnia, ne quidẽ eorũ minima portio peruenire debebat. Apparet & hic, nisi fallor, ratio, qua spes fiat, posse quædam longè lateq; à ueteri instituto delapsa reuocari ad frugem.

VRBANI EPISTOLA DE RERVM communione.

VRBANVS Episcopus, omnibus Christianis in sanctificatione spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Christi, salutem. Decet omnes Christianos, charissimi, vt eũ imitentur cuius nomen sortiti sunt. Quid prodest, fratres mei, ait Apostolus Iacobus, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumpturi simus: in multis enim offendimus omnes. Qui sapiens & disciplinatus est inter vos, ostendat ex bona conuersatione operam suam in mansuetudine sapientiæ. Scimus vos non ignorare, quia hactenus vita cõmunis inter bonos Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget, & maximè inter eos qui in sorte Dei sunt electi, id est clericos, sicut in actibus legitur Apostolorum: Multitudinis aũt credentium erat cor & anima vna, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat, sed erant illis omnia communia, & virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini, & gratia magna erat in omni-

Iaco. 3. *Act. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

in omnibus illis. Neq; eñ quisquam egens erat inter illos. Quotquot eñ pos- E
sessores agrorum aut domorũ erãt, vendẽtes afferebant pretia eorũ quæ ven-
debant, & ponebant ante pedes Apostolorũ. Diuidebantur aũt singulis pro-
ut cuiq; opus erat. Ioses autẽ qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis,
quod est interpretatum, filius cõsolationis, Leuites, Cyprius genere, cum ha-
beret agrum, vendidit illũ, & attulit preciũ, & posuit ante pedes Apostoli, &
reliqua. Videntes aũt sacerdotes summi, & alij, atq; Leuitæ, & reliqui confi-
deles, plus vtilitatis posse afferre, si hæreditates & agros quos vendebant, Ec-
clesijs, quibus præsidebant Episcopi, traderent, eò quòd ex sumptibus eorũ,
tam pręsentibus q̃ futuris temporibus, plura & elegãtiora possent ministrare
fidelibus, cõmunem vitã ducentibus, q̃ ex precio ipsorũ, cœperunt prędia &
agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesijs tradere, & ex sumptibus
eorũ viuere. Ipsæ verò res in ditione singularũ parœciarũ Episcoporũ, qui lo E
cum tenent Apostolorũ, erãt & sunt vsq; adhuc, & futuris semper debẽt esse
temporibus. E quibus Episcopi & fideles dispensatores eorũ, oñibus cõmu
nem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debẽt, prout me-
lius potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur. Ipsę eñ res fidelium oblatio-
nes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in alijs vsibus q̃
Ecclesiasticis, & prędictorum Christianorũ fratrum, vel indigentiũ cõuerti,
quia vota sunt fidelium, & precia peccatorũ, ac patrimonia pauperum, atq;
ad prædictum opus explendum Dño tradita. Si quis autem, quod absit, secus
egerit, videat ne damnationem Ananię & Sapphiræ percipiat, vt reus sacrile-
gij efficiatur, sicut illi fuerunt, qui precia prædictarũ rerum fraudabant, de
quibus legitur in Apostolorũ actibus: Vir autem quidam nomine Ananias,
cum Sapphira vxore sua, vẽdidit agrum & fraudauit de precio agri, conscia G
vxore sua, & afferens partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit. Dixit
autem Petrus Ananię: Cur tentauit satanas cor tuum mentiri Spiritui sancto,
& fraudare de precio agri? Nónne manens tibi manebat, & venundatum in
tua erat potestate? nõ es mentitus hominibus, sed Deo. Audiens aũt Ananias
hæc verba, cecidit & expirauit, & factus est timor magnus in omnes qui au-
dierant. Surgentes aũt iuuenes amouerunt eum, & efferentes sepelierunt. Fa-
ctum est quasi horarũ trium spacium, & vxor ipsius nesciens quod factum
fuerat, introiuit. Respondit aũt ei Petrus: Dic mihi, si tanti agrũ vendidistis?
At illa dixit: Etiã, tanti. Petrus aũt ad eam: Quid vtiq; conuenit vobis tentare
Spiritum Domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad ostium,
& efferent te. Confestim cecidit ante pedes eius & expirauit. Intrãtes autem
iuuenes, inuenerunt illam mortuam, & extulerunt ad virum suum. Et fa- H
ctus est timor magnus in vniuersam Ecclesiam, & in omnes qui audiebant
hæc. Hæc fratres valde cauenda sunt & timenda, quia res Ecclesiæ non quasi
propriæ, sed vt communes, & Domino oblatæ, cum summo timore non in
alios quàm in præfatos vsus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegij reatũ
incurrant, qui eas inde abstrahunt, quò traditæ sunt, ne pœnam & mortem
Ananiæ & Sapphiræ incurrant. Et quod peius est, anathema maranatha fiãt,
& si non corpore vt Ananias & Sapphira, qui mortui ceciderũt, anima tamẽ
quæ potior est corpore, mortua & alienata à consortio fidelium cadat, & in
profundum barathri labatur. Vnde attendendum est omnibus, & fideliter
custodiendum, & illius vsurpationis contumelia depellenda, ne prædia vsi-
bus decretorum cœlestium dicata, à quibusdã inruentibus vexẽtur. Quod si

Episcopi dispensatores erãt rerum cõmunium.

Res Ecclesiariũ quo debeãt insumi.

Act. 5.

qui

A quis fecerit, post debitæ vltionis sacrimoniam, quæ erga sacrilegos iure pro-
menda est, perpetua damnetur infamia, & infernali carceri tradatur, aut exi-
lio perpetuæ deportationis vratur: quoniam iuxta Apostolum, tradere opor- 1. Cor. 5.
tet huiusmodi hominem satanæ, vt spiritus saluus sit in die Domini. Memo-
ratis ergo augmentationibus ac cultibus, in tantum Ecclesiæ, quibus Epis-
copi præsident, Domino adminiculante creuerunt & in tantis maxima pars
earum abundat rebus, vt nullus sit in eis communem vitam agens, indigens,
sed omnia necessaria ab Episcopo, suisque ministris percipit. Ideo si aliquis
extiterit, modernis aut futuris temporibus, qui hoc auellere nitatur, iam
dicta damnatione feriatur de sede Episcopi. Quod autem sedes in Episco- *Episcoporum sedes*
porum Ecclesijs excelsæ constitutæ & præparatæ inueniuntur in thro- *quia altiores sunt*
no, speculationem & potestatem iudicandi & soluendi atque ligandi, à Do- *admoneãt eos speculæ.*
B mino sibi datam materiẽ docent. Vnde ipse saluator in Euangelio ait: Quæ-
cunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Et alibi. Accipite spi
ritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum re-
tinueritis, retenta erunt. Ideo ista prætulimus charissimi, vt intelligatis po-
testatem Episcoporum vestrorum, in eisque Dominum veneremini, & eos
vt animas vestras diligatis: & quibus illi non communicant, non commu-
nicetis: & quos eijcerint, non recipiatis. Valde enim timenda est sententia
Episcopi, licet iniustè liget aliquem, quod tamen summopere præuidere de-
bet. Vos autem hortantes monemus omnes qui Christianitatem suscepistis,
& à Christo vocabulum Christianorum suscepistis, ne in aliquo Christiani-
tatem vestram irritam faciatis, sed desponsionem, quam Domino in baptis-
mo fecistis, firmiter teneatis, ne reprobi, sed condigni coram eo inueniami-
C ni. Et quicunq; vestrũm communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil *Votũ paupertatis hinc habet*
propriũ habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat, sed hoc quod
Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium *à presbyteris originem.*
sibi acquirat, quoniam satius est non vouere, quàm votum prout melius po-
test, non perficere: grauiùs enim puniuntur, qui votum fecerunt aut fidẽ per-
ceperunt, & votum non perfecerunt, aut male vitam finierunt, quàm illi qui
sine voto aut fide mortui sunt, & tamẽ bona egerũt opera. Ad hoc enim sen-
sum rationabilem Naturæ munere & secundum natiuitatis reparationẽ sus- *Coloß. 3.*
cepimus, vt secundum Apostolũ, magis quæ sursum sunt sapiamus, non quæ
super terram, quia sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum. Quid aũt
suadet, charissimi, sapientia huius seculi, nisi nocitura quærere, & amare peri
tura, negligere salutaria, pro nihilo reputare perpetua? Cupiditatem commẽ- *Sapientia carnis.*
D dat, de qua dicitur, radix omnium malorum est cupiditas, quæ in primis hoc
malum habet, quod dum ingerit transitoria, abscondit æterna, & dum foris
posita conspicit, intra se latentia nõ introspicit, & dum aliena quærit, lecta-
tori suo, semetipsum reddit alienum. Ecce quid suadet seculi sapientia? viuere
in delitijs. Vnde dicitur: Vidua quæ in delitijs est, viuens mortua est. Suadet *1. Tim. 5.*
ergo mollissimis suauitatibus, peccatis, vitijs, & flammis nutrire carnem, cibi
& vini intemperantia animam premere, ac vitam spiritus intercludere, & cõ
tra se hosti suo de se gladium ministrare. Ecce quid suadet seculi sapientia? vt
qui boni facti sunt, mali esse malint, & per errorem mentis, fieri etiam stude-
ant peccatores, & non cogitant illam terribilem Dei vocẽ, cũ exurentur pec-
catores sicut fœnum. Omnes enim fideles per manus impositionem Episco-
porũ, spiritum sanctũ post baptismum accipere debẽt, vt pleni Christiani in-

Universidad de Deusto Biblioteca

ueniantur. De ſpiritu ſancto accipimus vt ſpiritales efficiamur, quia animalis B homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, quia cũ ſpiritus ſanctus infundi tur, cor fidele ad prudentiam, ad conſtantiam dilatatur. De ſpiritu ſancto accipimus vt ſapiamus inter bonum malumq́ue diſcernere, iuſta diligere, iniuſta reſpuere, vt malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus, vt luxuriæ ac diuerſis illecebris, & fœdis indignisq́; cupiditatibus reſiſtamus. De ſpiritu ſancto accipimus, vt amore & gloriæ ardore ſuccenſi, erigere è terrenis mẽtem ad ſuperna & diuina valeamus DATA NONIS SEPTEMB. Antonio & Alexandro VV. CC. COSS.

IN EPISTOLAM PONTIANI ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

PAcis commoda enumerat in hac Epiſtola Pontianus, atque ad eam nos ſummo ſtudio hortatur, eò quòd Angelorum hãc fuiſſe uocem in ſacris legamus, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, ut quam Chriſtus uoluerit nobis unicè commendatam. Præterea de officio Epiſcopi in fine pauca quædam dicit, quæ abundè declarant, quàm ſint alia ingreſſi uia uetereſ illi & germani Pontifices, atq; noſtri.

PONTIANI
EPISTOLA
catholica.

Luc. 2. PONTIANVS ſanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ C Epiſcopus, omnibus rectè Deum colentibus, & diuinum cultum amantibus, ſalutem. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Pſal. 72. Hæc verba, chariſſimi, non hominum ſunt, ſed Angelorum, & non humano ſenſu excogitata, ſed ab Angelis in ortu ſaluatoris adnunciata. Quibus indubitanter ab omnibus intelligi poteſt, quòd non malæ voluntatis, ſed hominibus bonæ, pax ſit à Domino data. Vnde & Dominus per Prophetam loquitur, dicens: Quàm bonus Deus Iſraël, his qui recto ſunt corde. Mei autem penè moti ſunt pedes, penè Matth. 5. effuſi ſunt greſſus mei, quia æmulatus ſum contra iniquos pacem impiorum videns. De bonis verò ipſa per ſe veritas ait: Beati mundo corde, quoniam ip- H ſi Deum videbunt. Mundi enim non ſunt corde, qui mala cogitant, aut nociua aduerſus fratres ſuos, quia nihil mali vult qui fidelis eſt. Fidelis ergo homo magis amat audire quæ oportet, quàm dicere quæ non oportet. Et ſi quis fidelis eſt, videat ne male loquatur, aut cuiquam inſidias ponat. In hoc Hier. 18. ergo diſcernuntur filij Dei, & filij diaboli: filij namq; Dei, ſemper cogitant & agere contendunt, quæ Dei ſunt, & fratres indeſinenter adiuuant, & nulli nocere volunt: & filij diaboli è contra mala & nociua ſemper meditantur, quia opera eorum mala ſunt. De quibus loquitur Dominus per Hieremiam Prophetam, dicens: Loquere iudicia mea cum eis ſuper omni malitia eorum, propterea iudicio adhuc vobiſcum, ait dominus, & cũ filijs veſtris diſceptabo. Ecce ego fingo cõtra vos malũ, & cogito cõtra vos cogitationẽ. Hęc, fratres valde

A valde ſunt timenda, & ab omnibus cauenda, quoniam ſuper quem iudicium Dei ceciderit, non exiet impunitus. Et ideo vnuſquiſq; præuideat, ne hoc machinetur aut agat in fratrem, quod ipſe pati noluerit, & nec in ſuſpicionem veniat homo fidelis, vt dicat aut faciat ea quæ pati non vult. Vnde ſuſpectos aut inimicos, aut facile litigantes, & eos qui non ſunt bonæ conuerſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent & docent fidem accuſatores, & anteceſſores noſtri Apoſtolica repulerunt auctoritate, & nos ſubmouemus, atque temporibus futuris excludimus, ne libẽter labi poſſint, quos nos tenere & ſaluare debemus, ne quod abſit, prædictum Dei iudicium non tantùm ſuper vtroſque veniat, ſed nos eorum vitio, quod Deus auertat, pereamus. Scriptum eſt enim: Rectorem te poſuerunt, curam illorum habe, Eccl. 32. vt læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias, coronam, & digna- B tionem conſequaris correctionis: verbum enim nequam immutabit cor, ex quo quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix eſt aſſi dua lingua. Pro talibus prædicti vitandi admodum ſunt, & priùs quàm prædictæ enucleatim examinentur opiniones, & ab eis alieni inueniantur, non ſunt ſuſcipiendi: quoniam ſacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate: beneplacitum eſt Domino recedere ab omni iniquitate, & laudatio, recedere ab iniuſtitia. Quoniam ſcriptum eſt: Dili- Eccl. 27. ge proximum, & coniunge fidem cum illo, quoniam ſi denudaueris abſconſa illius, non proſequeris poſt eum. Sicut enim homo qui perdit amicum ſuum, ſic qui perdit amicitiã proximi ſui. Et ſicut qui dimittit auem de manu ſua, ſic qui dereliquiſti proximum tuum, & non eum capies: Non illum ſequaris, quoniam longè abeſt: effugit enim quaſi caprea de laqueo, quoniam C vulnerata eſt anima illius. Vltra eum non poteris colligare, & maledicta eſt concordatio. Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infidelis. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abijciet. In conſpectu oculorum tuorum conculcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur. Nouiſſimè autem peruertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. Multa audiui, & nõ coęquaui ei, & Dominus odiet illũ. Qui in altũ mittit lapidem, ſuper caput eius cadit, & plaga doloſi diuidet vulnera. Qui fodit fo- Eccl. 27. ueam, decidet in illam: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendit in eo, & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimum conſilium ſuperipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde aduenat illi. Illuſio & improperium ſuperborũ & vindicta, ſicut leo inſidiabitur illi. Laqueo peribunt, qui oblectantur caſu iuſtorum: dolor autem conſumet illos antequam moriantur. D Ira & furor vtraque execrabilia, & vir peccator continens erit illorum. Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluen- Eccl. 28. tur. Homo homini ſeruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur altiſſimum? Ipſe dum caro ſit, ſeruat iram, & propitiationem petit à Domino? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari, tabitudo enim & mors imminent in mandatis. Memorare timorem Domini, & non iraſcaris proximo. Memorare teſtamenti altiſſimi, et deſpice ignorantiam proximi. Abſtine te à lite, et minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiã. Secũdum enim lingna ſyluæ, ſic ignis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignis exardescet, & secundum virtutem eius hominis iracundia illius erit, & E
secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum in
cendit ignem, & lis festinans effundit sanguinem, & lingua testificans addu
cet mortem. Si sufflaueris quasi ignis exardebit, & si spueris super illam extin
guetur, & vtraq; ex ore proficiscuntur. Susurro & bilinguis maledictus, mul
tos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos cõmouit, & disper
sit illos de gente in gentem. Ciuitates munitas diuitum destruxit, & domos
magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissol-
* unitas uit. Lingua tertia mulieres * viratas eiecit, & priuauit illas de laboribus suis.
Qui respicit illam non habebit requiem, nec habebit cum quo requiescat.
Flagelli plaga liuorem facit, plaga aũt linguæ comminuit ossa. Multi cecide
runt in ore gladij, sed non sic quomodo qui interierit per linguam suam. Bea
tus qui tectus est è lingua nequam, & qui in iracundiam illius non transiuit, F
& qui non adtraxit iugum eius, & vinculis illius non est ligatus, iugum enim
illius iugũ ferreũ. Quia & vinculũ illius æreũ vinculũ est, mors illius mors ne
quissima, & vtilis potiùs infernus q̃ illa. Perseuerantia illius non permanebit
sed obtinebit vias iniustorum, & flamma sua non comburet iustos. Qui dere
linquunt Deum incidunt in illam, & exardescet in illis, & non extinguetur,
& immittetur in illos, quasi leo, & quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas
spinis, & noli audire linguam nequam, et ori tuo fac ostia, et seras aurib. tuis.
Aurum tuum & argentum confla, & verbis tuis fecito stateram, & frenos ori
tuo rectos, & adtende ne fortè labaris in lingua tua, & cadas in conspectu ini
micorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem. Non tar
des conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet
ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Noli anxiùs esse in diuitijs in G
iustis, nihil enim proderunt tibi in die obductionis et vindictæ. Non venti
les te in omnem ventum, et non eas in omni via, sic enim peccator probatur
duplici lingua. Esto firmus in via Dei, et in veritate sensus tui et scientia, et
prosequatur te verbum pacis et iustitiæ. Esto mansuetus ad audiendum ver
bum vt intelligas, et cum sapientia fer responsum verum. Si est tibi intelle
ctus, responde proximo: sin autem sit manus tua super os tuum, ne capiaris
in verbo indisciplinato et confundaris. Honor et gloria in sermone sensati,
lingua imprudentis subuersio ipsius. Non appelleris susurro, et in lingua tua
ne capiaris, et confundaris, super furem enim confusio et pœnitentia, et de
notatio pessima super bilinguem. Susurratoris autem odium et inimicitia et
contumelia, iustifica pusillum et magnum similiter. Noli fieri proamico ini
micus proximo, improperiũ enim et contumeliã malus hæreditabit, et om- H
nis peccator inuidus et bilinguis. Non extollas te in cogitatione animæ tuæ
sicut taurus, ne fortè elidatur virtus tua per stultitiã, et folia tua comedat, et
fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignũ aridũ in eremo. Anima enim
nequã disperdet qui se habet, et in gaudiũ inimici dat illũ, et deducet in sor-
tẽ impiorũ. Charissimi oppressos erigere studete, et necesse habentes semper
adiuuare quoniã qui fratrẽ derelictũ leuat, adprehensum eripit, mœrentem
Matth. 25. consolatur, ab illo sibi retribui cui totũ impendit, nõ dubitet, qui ait: Quod
vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Talia enim bona indesinenter age
re studete, vt fructũ boni operis et hic consequamini, et in futuro gratia Dei
perfruamini, quatenus cœlestis regni aulã introire postea mereamini. DA-
TA III. CALEND. MAII. Seuero & Quintiano VV. CC. COSS.

IN

A

IN ANTHERI EPISTOLAM ARGUMENTVM PER IO. SICHARDVM.

QVEMADMODVM non est situm in cuiusuis potestate, se ipsum ultrò pro Episcopo Eccle
sijs obtrudere, ita, si uitæ sanctimonia, & eruditionis adiumento, demum populi suffragijs fre
tus quispiam in hunc locum peruenerit, non poterit, integra saltem officij semel suscep-
ti dignitate, statione ista ueluti deserta miseriarum satietate, aut amplioris spe lucri solicitatus, aliã am-
bire Ecclesiam, nisi id publicæ utilitatis ratio, cui tota Episcoporũ uita seruire debet, suaserit. Quæ si ad-
paret re ipsa, non modò abitionis donanda erit gratia, uerumetiam nostra pte uoluntate, si uel nullum ea
dere præceptum Euangelij extaret, id agere debemus, ut si nos feliciter iam in Christo adolcuerimus,
eum per quem in tantum profecerimus cognitionis profectum, æquissimis animis patiamur aliò etiam
properare, præsertim si causa sit, cur speremus, non uulgare alibi posse eius præsentiam operæpreciũm
adferre: id est, ubi messis iã iã maturescens, plena spei, manus operariorum nobis desiderare uideatur. Et
B Antiochia, cui annis aliquot egregiam operam nauãsse uisus sibi erat, Romam iter instituisse, ut & ist-
hic pro uirili sua aliquot Christo lucrifaceret.

ANTHERI EPISTOLA DE TRANSLATIONE Episcoporum.

C HARISSIMI Satq; dilectissimis fratribus, per Beticam atque Toletanam prouincias Episcopis constitutis, Antherus Episcopus in Domino salutem. Optarem, fratres charissimi, semper dilectionis & pacis vestræ synceritatis gaudia audire, ita, vt vicissim discurrentibus literis, sospitatis indicia iuuarentur, si quietos nos ab incursione sua vacare hostis antiquus sineret, qui ab initio mẽdax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem vt deciperet, se antè decepit, pudicitiæ aduersarius, luxuriæ magister, crudelitate pascitur, abstinentia punitur, odit ieiunia, ministris 1. Cor. 15.
suis prædicantibus quædam superflua, spem non habentibus de futuris, Apostoli sententia repercussit dicentis: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. O infœlix audacia, ô desperata mentis astutia: ipse enim hortatur odia, & fugat concordiam, & quia facile ad deteriorem partem mens humana transducitur, volens magis per spatiosam viam ambulare, quàm arctæ viæ iter cum labore transire. Quare fratres dilectissimi sectemini meliora, & sem
D per relinquite deteriora, bona agite, mala vitate, vt veri discipuli domini esse inueniamini. De mutatione ergo Episcoporum, vnde sanctam sedem Apostolicam consulere voluistis, scitote eam communi vtilitate atque necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusquam, aut dominatione. Petrus sanctus magister & princeps Apostolorum, de Antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, vt ibidem potiùs proficere posset. Eusebius quoque de quadam parua ciuitate, Apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. Similiter Fœlix, de ciuitate qua ordinatus erat electione ciuium propter doctrinam & bonam vitam, quam habebat, communi Episcoporum & reliquorum sacerdotũ, ac populorũ consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem, qui non suo libitu aut ambitu hoc facit, sed vtilitate quadã aut necessitate, aliorũ hortatu & consilio potiorũ transfertur. Nec transfertur de mi-

Petrus ab Antiochia translatus Romã est.

Universidad de Deusto Biblioteca

tur de minore ciuitate ad maiorem, qui hoc non ambitu, non propria volũ-
tate facit, sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut vtilita- E
te loci, aut populi, non superbè, sed humiliter ab alijs translatus & inthro-
Psal. 93. nizatus est, quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Et Dominus per
Prophetam loquitur, dicens: Dominus scit cogitationes hominum, quoniã
vanę sunt. Non ergo mutat sedem, qui nõ mutat mẽtem, nec mutat ciuitatẽ,
qui non sua sponte, sed cõsilio & electione aliorũ mutatur. Nõ igitur migrat
de ciuitate ad ciuitatem, qui non auaritiæ causa, non sponte dimittit suam,
sed, vt iam dictũ est, aut pulsus à sua, aut necessitate coactus, aut electione &
exhortatione sacerdotũ & populorũ translatus est ad alteram ciuitatem. Ná
sicut Episcopi habent potestatẽ ordinare regulariter Episcopos, & reliquos
sacerdotes, sic quoties vtilitas aut necessitas expoposcerit, supràdicto modo
Matth. 23 & mutare & inthronizare potestatem habent. Hęc vt petistis, licet vobis ig-
nota non sint, tenenda mandamus, ne ignorantia quorundam, meliora & vti
liora vitentur, & inutiliora sumantur, sicut in sancto legitur Euãgelio: Væ vo
bis hypocritæ, quia decimatis mentã, & anethum, & cyminũ, & reliquistis
quæ grauiora sunt legis, iudiciũ, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit
Exod. 7. facere, & illa non omittere, duces cæci excolantes culicem, camelum autem
glutientes: quod licet, nõ licet, & quod nõ licet, licet. Quemadmodũ Iamnes
& Mambres restiterunt veritati, sic & illi mente reprobi, amantes voluptatẽ
magis quàm Deũ, quod licet, docent nõ licere, id est, Episcopos migrare de
2. Tim. 3. ciuitate ad ciuitatẽ, prætaxato modo. Et quod non licet, docẽt licere, id est,
misericordiam non agere circa patientes necessitatem. Hoc tamen eis qui
Episcopum non habent, & sacro episcopali indigent ministerio, Episcopum
de alia ciuitate causa vtilitatis vel necessitatis tribui, & Episcopis persequuti G
onem aut necessitatem patientibus, aliam cathedram dari negant. Contradi-
Osee. 6. cunt etiam sacræ scripturæ, quæ testatur malle Deum misericordiam quàm
sacrificium. Quæ precor maior charitas, aut efficacius pietatis patrocinium
potest à quoquam alicui impendi, quàm si ignorantiæ tenebras, & imperi-
tiæ caliginem ab eo repellat? Demum veræ fidei doctrinæ pabulo, non ad
quæstum, non ad ambitionem, sed eruditionem, & ædificationem reficere:
tanquam enim mutilo fit manus, claudo pes, oculus cæco, qui ignorantiæ
tenebris obuoluto sapientiæ & scientiæ thesaurum reserat & candorem lu-
Osee. 6. cis, viasque Domini benigniter aperit. Vtrisque autem, id est, & famem verbi
Dei patientibus, & Episcopis necessitatem quandam, quando inthronizan-
tur propter communem vtilitatem in alijs ciuitatibus, non modica exhibe-
tur misericordia. Negantes autem hæc, licet speciem habeant pietatis, virtu- H
tem tamen eius abnegant: nam in tali negotio prosapiam non agnosco. Si
quis tamen sapientium, quos insipientibus tempestatis huius procella socia-
uit, alijs auctoribus facinorum participatione maculatur, splendor sapientis,
etsi communionem criminum incurrit, nescit tamen ducem se præbere pec-
cantibus. Alia est quoque causa vtilitatis & necessitatis, & alia auaritiæ &
præsumptionis, atque propriæ voluntatis. Auaritiæ verò causa & præsump-
tionis, aut propriæ voluntatis, non sunt Episcopi mutandi de ciuitate ad ci-
uitatem, sed vtilitatis & necessitatis, quod nemo negat, nisi hi de quibus scri
Esaiæ. 28. ptum est: Errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudici
um. Nam si enarrando conarer aperire transacta, ostenderem vobis nullum
euenire solatium de comparatione factorum. Cæterùm state charissimi su-

per vias

A per vias, aspicientes & interrogantes de semitis Domini antiquis, & videte
quæ est bona & recta via, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus Sapien. 1.
vestris. Et vt iuxta Sapientiæ vocem dicamus: Diligite iustitiam qui iudicatis
terram, sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite il-
lum, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum, apparet autem eis, qui
fidem habent in illum. Peruersæ enim cogitationes separant à Deo, probata
autem virtus corripit insipientes. Quoniam in maleuolam animam non in-
troibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sanctus enim
spititus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt si-
ne intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Benignus est enim
spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictum à labijs suis, quoniam renum
illius testis est Deus, & cordis eius scrutator est verus, & linguæ illius audi-
B tor. Quoniam spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod con-
tinet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non po
test latêre, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim
impij interrogatio erit, sermonum autem illius auditio ad Dominum veniet,
& ad correptionem iniquitates illius. Quoniam auris zeli audit omnia, &
tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos à murmu-
ratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ. Quoniam sermo
obscurus in vacuum non ibit, os quod mentitur occîdit animam. Nolite ze-
lare mortem in errore vitæ vestræ, neq; adquiratis perditionem in operibus
manuum vestrarum. Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perdi-
tione viuorum. Creauit enim vt essent omnia, & sanabiles esse voluit natio-
nes orbem terrarum. Non est in illis medicamentum exterminij, nec infero-
C rum regnum in terra viuentium. Iustitia perpetua est, & immortalis, iniusti-
tia autem mortis est adquisitio. Impij autem manibus & verbis accersierunt
illam, & æstimantes illam amicam defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad
illam, quoniam morte digni sunt qui sunt ex parte illius. Dexerũt enim apud
se cogitantes non rectè: Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & nõ
est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis.
Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus. Quo
niam fumus & flatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad commouẽ-
dum cor nostrum. Quia extinctum est velut cinis cor nostrum, & spiritus
diffundetur tanquam mollis aër. Et transibit vita nostra tanquam vestigium
nubis, & sicut nebula diffundetur, quæ fugata est à radijs solis, & à calore il-
lius aggrauata. Et nominis nostri obliuionem accipiet per tempus, & nemo
D memoriam habebit operum nostrorum. Vmbrę enim transitus est tempus
nostrum, & non est reuersio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo
reuertetur. Propterea vnicuiq; pręuidendum est, vt summopere se custodiat,
& vtiliter se pręuideat, vt cùm dies extrema finisq; vitę aduenerit, non tran-
seat ad perpetuam mortem, sed ad vitam ęternam. Facta enim subditorum
iudicantur à nobis, nostra verò iudicantur à Deo. Ex merito verò plebis nõ-
nunquam Episcopi deprauantur, quatenus procliuiùs cadant qui sequun-
tur: capite languescente cętera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt
qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorũ, prę-
diaq; diripiunt. Caueat vnusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat pruri-
entes: id est, ne aut ipse alijs detrahat, aut alios audiat detrahentes. Sedens, in- Psal. 46
quit, aduersus fratrem tuum loquebaris detrahendo, & aduersus filium ma-

 tris tuę

Universidad de Deusto Biblioteca

tris tuæ ponebas ſcandalum, &c. Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodi B
entes ſermones ſuos, & ſciant, quia cuncta quæ de alijs loquuntur, ſua ſenten
tia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert officij miniſterium:
ſic dilectiſſimi, non ſolum oculos caſtos ſeruate, ſed & linguam: nec quid in
cuiuſquam domo agatur, alia domus per eos vnquam nouerit. Habeant om-
nes ſimplicitatem columbæ, ne cui machinentur dolos: & ſerpentis æſtuti-
am, ne aliorum ſupplantentur inſidijs. Non eſt humilitatis meæ neque men-
ſuræ iudicare de cæteris, & de miniſtris Eccleſiarum ſiniſtrum quippiam di-
cere. Abſit vt quicquam ſiniſtrum de his loquar, qui Apoſtolico gradu ſuc-
Deut. 17. cedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos etiam Chriſtiani
ſumus, qui claues regni cœlorum habentes, ante iudicij Deũ iudicant. Veteri
quidem lege habetur, quicunque ſacerdotibus non optemperaſſet, aut extra
caſtra poſitus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice ſubiecta contentum
Sap. 12. expiabant cruorem. Nunc verò inobediens ſpirituali animaduerſione trun-
catur, aut eiectus de Eccleſia rabido dæmonũ ore decerpitur. Oportet enim,
vt qui Deum hæreditate poſſidet, abſq; vllo impediméto ſeculi Deo ſeruiãt,
vt dicere poſſint: Dominus pars hæreditatis meæ. O quàm bonus & ſuauis eſt
Sap. 15. ſpiritus tuus Domine in omnibus: parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt
Domine, qui animas amas. Ideoque hos qui errant ex partibus corripis, & de
quibus peccant admones & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Do-
mine. Tu autem Deus noſter ſuauis & verus es, patiens, & in miſericordia diſ
ponens omnia: etenim ſi peccauerimus, tui ſumus, ſcientes magnitudinem tu
am, & ſi non peccauerimus, ſcimus quoniam apud te ſumus computati: ſpi-
ritus timentium Deum quærentur ab eo, & in reſpectu illius benedicentur.
Quapropter fratres chariſſimi, omnis ſermo malus ex ore veſtro non proce- G
dat, ſed ſi quis bonus eſt, ſpectet ad ædificationem opportunitatis, vt det gra-
tiam audientibus. Et nolite contriſtari ſpiritum ſanctum Dei, in quo ſigna-
ti eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & cla-
mor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicẽ
benigni, miſericordes, donantes inuicem ſicut & Deus in Chriſto donauit
vobis. Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilecti
one, ſicut & Chriſtus dilexit vos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblatio-
nem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis im-
munditia aut auaritia, non nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpi
tudo, ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis grati
arũ actio. Hoc enim ſcitote, intelligentes quòd omnis fornicator aut immũ
dus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, nõ habet hæreditatem in regno H
Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis, propterea enim venit ira
Dei in filios diffidentiæ: nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim ali-
quando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Fructus
enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate, probantes quid ſit be-
neplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarũ,
magis aũt redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt dicere. O-
mnia aũt quę arguuntur à lumine manifeſtantur: omne enim quod manifeſta
tur lumen eſt: ptopter quod dicit, ſurge qui dormis, & exurge à mortuis, &
illuminabit te Chriſtus. Videte itaq; fratres, quomodo cautè ambuletis, nõ
quaſi inſipientes, ſed vt ſapiẽtes, redimentes tẽpus, quoniã dies mali ſunt. Pro
pterea nolite fieri imprudẽtes, ſed intelligẽtes quæ ſit volũtas Dei: & nolite
inebriari

A inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed implemini Spiritu ſancto loquentes vo
biſmetipſis in Pſalmis Hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſal-
lentes in cordibus veſtris Domino, gratias agentes ſemper pro omnibus, in
nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri, ſubiecti inuicem in timo-
re Chriſti. State itaq; fratres, & tenete traditiones Apoſtolorum & Apoſto-
licæ ſedis, vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & pater noſter, qui dilexit nos,
& dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia, exhortetur cor-
da veſtra, & confirmet in omni opere & in ſermone bono. De cętero, fratres,
orate pro nobis, vt ſermo Domini currat & clarificetur ſicut & apud vos, &
vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium eſt fi-
des. Fidelis autem Deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet à malo. Qua-
propter ponite indeſinenter corda veſtra in virtute Dei, & reſiſtite ſemper
B malis, & enarrate hæc, iuxta vocem Prophetæ, in progenies alteras, quoni-
am hic eſt Deus Deus noſter in æternum, & ipſe reget nos in ſecula. Vnde
vos qui in ſpecula à Domino eſtis conſtituti, comprimere & repellere eos
ſummopere debetis, qui fratribus inſidias præparant, aut in eos ſeditiones,
& ſcandala excitant: facilè eſt enim hominem verbo fallere, ſed non Domi-
num. Ideo hos reprehendere, & ab his vos auertere oportet, quatenus extin
cta funditus huiuſmodi caligine, Lucifer eis reſplendeat, & lætitia oriatur
in cordibus eorum. Confidimus autem de vobis fratres in Domino, quoni-
am quæ præcepimus & facitis, & facietis. Quantò enim beneficia veſtra his
ampliùs exhibetis, tantò maiorem viciſſitudinem ab omnipotenti Deo,
cui ſeruiunt, expectatis. Omnipotens Deus ſua vos protectione cuſtodiat,
honoremque præceptumque ſeruare concedat, & gloria honorque Deo pa-
C tri omnipotenti, eiusque vnigenito filio ſaluatori noſtro cum Spiritu ſancto
ſit in ſecula ſeculorum, Amen.

IN EVTYCHIANI EPISTOLAM, ARGVMENTVM PER IOAN. SICHARDVM.

SVb Felice Pontifice Roman. quem mox Eutychianus ſequutus, orta eſt Manichæorum hæreſis, neſcio furioſior ne an ſtultior, de Chriſti diuinitate, & permixtione naturarum. In quos quantum eſt perexiguum illud uitæ tempus, quo præfuit Roman. Eccleſiæ licitum, quod fuit, Euſebio teſte. X. menſium, ita Eutychianus inuehitur, ut appareat hoc quæſiſſe maximè optimum uirum, ut abiecto priſtino errore, ad unitatem Eccleſiæ reuerterentur, docens quædam à Chriſto ita dici, ut uideantur magis noſtro captui adcommodata, quàm quod ratio diuinitatis in eo ita tulerit.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

EVTYCHIANI EPI- E
STOLA BETICAE PROVINciæ ſcripta.

CHARISSIMIS fratribus Ioanni, & omnibus per Beticam prouinciá conſtitutis Epiſcopis, Eutychianus Epiſcopus in Domino ſaluté. Hortatur nos ęquitas poſtulationis, deſiderio fraternitatis tuæ gratanter annuere, & conſultis tuis breuiter reſpondere. Et quamuis dilectionem tuam ſciam ad omne opus bonum eſſe deuotã, vt tamen efficacior fiat, ad illos qui ſanè nòn ſapiunt, qualiter de incarnatione ſaluatoris
Mat.16. noſtri informare debeas, mandamus. Vnũ igitur hoc immobile fundamentum, vna hæc fœlix fidei petra Petri ore confeſſa, tu es, inquit Chriſtus, filius Dei viui, tanta in ſe argumenta ſuſtinens veritatis, quantæ peruerſitatis quæſtiones & infidelitatis calumniæ mouebuntur. Iam in cæteris diſpenſatio voluntatis paternæ ſit erga partus & corpus, poſtquam crux, mors, inferi, ſalus noſtra eſt. Humani enim generis cauſa, Dei filius natus ex virgine eſt & Spiritu ſancto, ipſo ſibi in hac operatione ſamulãte, & ſua, Dei videlicet inumbrante virtute, corporis ſibi initia conſeuit, & exordia carnis inſtituit, vt homo factus ex virgine, naturam in ſe carnis acciperet, per quam huius admixtionis ſocietatem, ſanctificatum in eo vniuerſi generis humani corpus exiſteret. Et quemadmodum omnes in ipſo per id quod corporeum ſe voluit,
*referre tur. conderentur, ita rurſum in omnes ipſe per id quod eius inuiſibile erat, *re- G
formaret. Dei igitur imago inuiſibilis, pudorem humani exordij non recuſauit, & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omnesq; naturæ noſtræ contumelias tranſcurrit. Quid tandem dignum à nobis tanto dignationis affectui repẽdetur? Inenarrabilis à Deo ergo originis vnus vnigenitus Deus, in corporis humani formam ſanctæ virginis vtero inſertus, adcreſcit: quoſa cõtinet, intra quẽ & per quẽ cuncta ſunt, humani partus lege profertur: ad cuius vocem archangeli tremunt, cœlum & terra, & omnia huius mundi reſoluuntur elementa. Vagitus infantiæ auditur. Qui inuiſibilis & incomprehenſibilis eſt, non viſu, ſenſu, tactuque moderandus, cunis eſt obuolutus. Hæc ſi quis indigna Deo recolit, tanto ſe maioris officij obnoxium confitetur, quantò minùs hæc Dei conuenerunt maieſtati. Num ille indiguit ho- H
mo effici, per quem homo factus eſt? ſed nos eguimus, vt Deus caro fieret, &
Humilitas Chriſti noſtra nobilitas eſt. habitaret in nobis: id eſt, aſſumptione carnis, vnus interna vniuerſæ carnis incoleret: humilitas eius noſtra nobilitas eſt: contumelia eius, honor noſter. Quod ille Deus in carne conſiſtit, hoc nos viciſſim in Deum ex carne renouati: nam is planè vitam ſuam neſcit, qui Chriſtum Ieſum vt verum Deum, ita & verum hominem ignorat: & eiuſdem periculi eſt, Ieſum Chriſtum, vel ſpiritum ſanctum Deum, non credere, vel carnem noſtri corporis dene-
Mat.10. gare. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum corã patre meo, qui eſt in cœlis. Hæc verbũ caro factum loquebatur, & homo Ieſus Chriſtus Dominus maieſtatis docebat. Mediator ipſe in ſe ad ſalutẽ Eccleſiæ cõſtitutus & ipſo illo inter Deũ & hominem

A hominem mediatoris ſacramento vtrinque vnus exiſtens, ex vnitis in id-
ipſum naturis. Naturæ verò vtriuſque res eadem eſt, ita tamen vt neutra careret in vtroque, ne fortè Deus eſſe, homo naſcendo deſineret, & homo rurſum, Deus manendo non eſſet. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera eſt, Deum & hominem prædicare, verbum & carnem confiteri, neque Deum neſcire quòd homo ſit, neque carnem ignorare, quòd verbum ſit. Natus igitur vnigenitus Deus ex virgine homo, & ſecundum plenitudinem temporũ in ſemetipſo profuturus in Deum hominem, hunc per omnia Euangelici ſermonis modum tenuit, vt ſe Dei filium credi doceret, & hominis filium prædicaret & admoneret, loquens & gerens homo quæ Dei ſunt, loquens & gerens deinde Deus vniuerſa quę hominis ſunt, ita tamẽ vt in ipſo illo vtriuſq; generis ſermone, nunquã niſi cũ ſignificatione & hominis loquutus & Dei
B ſit. Hæc itaque fallendi ſimplices atque ignorantes, hæreticis occaſio eſt, vt quæ ab eo ſecundum hominem dicta ſunt, dicta eſſe ſecundum diuinæ naturæ infirmitatem mentiantur. Et quia vnus idem eſt loquens omnia, quæ loquitur de ſemetipſo, omnia eum de diuinitate loquutum eſſe contendant. Nec ſanè negamus, totum illum, qui ei manet, naturæ ſuæ eſſe ſermonem. Sed ſi Ieſus Chriſtus, & homo & Deus, & neq; cùm homo ſit, tum primùm Deus, neque tum cùm & homo ſit & Deus, tum non etiam Deus, neq; per hominẽ in Deo, non totus homo, totus Deus vnum atq; idem eſt, neceſſe eſt dicatur eius ſacramentum eſſe totius generis. Et cùm in eo ſecundum tempus diſcernis hominem à Deo, Dei tunc atque hominis diſcerne ſermonem: & cùm Deum atq; hominem in tempore confiteris, Dei atque hominis in tempore dicta dijudica. Cùm verò ex homine & Deo rurſum totius hominis, totius
C iam Dei tempora intelligis, ſi quidem illud ad demonſtrationem temporis dictum eſt, tempori coaptato quę dicta ſunt, vt cùm aliud ſit ante hominem Deus, aliud ſit homo & Deus, aliud ſit poſt hominem & Deum, totus homo & totus Deus, non confundas temporibus & generibus diſpenſationis ſacramentum, cùm pro qualitate generum, ac naturarum, alium cum ſacramento hominis neceſſe eſt ſermonem fuiſſe nõ nato, alium adhuc morituro, alium etiam & non. Noſtri igitur cauſa hæc omnia Ieſus Chriſtus gerens, & corporis noſtri homo natus, ſecundum conſuetudinẽ naturæ noſtrę loquutus eſt, nõ tamẽ omittens naturæ ſuę eſſe, quod Deus eſt. Nã etſi in partu, & in paſſione, & morte, naturæ noſtræ rem peregerit, res tamen omnes virtute naturæ ſuæ geſſit. Vidéſne ita Deũ & hominem prædicari, vt mors homini, Deo verò carnis excitatio deputetur? Non tamen vt alius ſit, qui mortuus eſt, &
D ſit per quem mortuus reſurgit. Spoliata enim carne Chriſtus eſt mortuus, & rurſum Chriſtum à mortuis excitans, idem Chriſtus carne ſe expolians. Naturam Dei in virtute reſurrectionis intellige, diſpenſationem hominis in morte agnoſce. Et cùm ſint vtraque ſuis geſta naturis, vnum tamen Chriſtũ Ieſum eum memento eſſe, qui vtrumque eſt. Hæc igitur demonſtranda à me paucis fuere, vt vtriuſque naturæ formam tractari in Domino Ieſu Chriſto meminiſſemus: quia qui manens in forma Dei, formam ſerui ſuſcepit, ipſe diuinitatẽ nequaquam amiſit. Cęterùm fratres hortamur vos, vt moneatis eos conuerti ad Deum: vnde ſcriptũ eſt: Fili nõ tardes conuerti ad Dominũ, & ne defferas de die in diem. Subitò em veniet ira illius, & in tẽpore vin Eccl.5
dictę diſpdet te. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis, nihil pderũt tibi in die obductiõis & vindictę. Nõ vẽtiles te in omnẽ ventũ, & non eas omni via. Sic enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim peccator probatur duplici lingua. Esto firmus in via Dei, & in veritate E
sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ. Esto mãsue-
tus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas, & cum sapientia proferes re-
sponsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin aũt non, sit ma-
nus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.
Honor & gloria in sermone sensati, lingua imprudentis, subuersio illius. Nõ
appelleris susurro, & lingua tua capiaris & confundaris. Super furem enim
est confusio & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem. Susurra-
tori autem odium & inimicitia & contumelia. Iustifica pusillum, & magnũ
similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo, improperium enim & cõ- Eccl. 6.
tumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Non
te extollas in cogitatione animę tuę velut taurus, ne forte elidatur virtus tua
per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris
velut lignum aridum in erẽmo. Anima enim nequam disperdit qui se habet,
& in gaudium inimici dat illum, & deducit in sortem impiorum. Talibus
vos exhortationibus fratres vicissim monete, & bona semper sectamini, ma
laq; vitate. Magnis enim studijs, secundum beatum Apostolum, præcauendũ
est, ne fides & disciplina Domini blasphemetur, etsi illa nonnunquam sinen
da sunt, quæ si cæterorum constet integritas, sola nocere non valeant: illa
tamen sunt magnopere præcauenda, quæ recipi sine manifesta decoloratio-
ne nõ possunt. Et si ea ipsa, quę nullo detrimento aliquoties indulgenda cre-
duntur, rerum temporumq; cogit intuitus, vel acceleratæ prouisionis respe-
ctus accusat, quantò magis illa nullatenus sunt mutilanda, quæ nec vlla ne-
cessitas, nec Ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas? Idcircò fratres, ista pręt-
tulimus, vt hæ species quas nõ licet offerri super altare, iuxta constitutionẽ G
Apostolorũ, eorumq; successorũ, ad domũ sacerdotum deferãtur & à sacer-
dotib. benedicãtur, & per simplicẽ benedictionẽ benedicta demũ populis su
mantur. Fabę tantũ & vuæ, & cętera, quæ Apostoli constituerũt, super altare
offerantur. Optamus igitur fratres charissimi, & totis omnipotentem Dñm
precibus exoramus, vt dilectionem vestram in amoris sui constantiam faci-
at magis magisq; ferueſcere, atque in pace Ecclesiæ in vna vos concedat ma-
nere concordia. Admonemus etiam fraternitatem vestram, vt in commissis
vobis animabus, solerter inuigiletis, animarumque magis lucris, quàm com
modis vitæ præsentis intendatis. In cõtinendis verò ac in disponendis rebus
Ecclesiasticis diligentes custodes existatis, vt omni ex parte, susceptum vos
condignè gessisse pastoris officium, venturus iudex, cùm ad iudicandum ve H
nerit, debeat approbare. Omnipotens autem Deus sua vos protectiõe custo-
diat, honoremque à Domino vobis collatum, moribus seruare conce-
dat, atque cum multiplici fructu animas vobis commissas ad pa-
scua æterna adducere, & sibi condignè repræsentare
adiuuet, vosque inter sanctos & electos su-
os collocare dignetur. DATA pri-
die idus Aprilis Aureliano &
Marcello VV.CC.
COSS.

IN

A IN CONSTANTINI IMPERAT. CONFESSIO-
NEM ARGVMENTVM PER IOAN.
Sichardum.

Gvperuacaneum est hic, post tot egregios rerum sacrarum scriptores, admonere cuiusmodi antiquitus fuerit confessio: tamen quod huius loci est, obiter uelut digito ostendam. Solebant enim & Imperatores palàm testari sententiam suam, id quod ex Euangelijs agere iubemur. Qui enim, inquit Christus, me cõfitebitur apud homines, & ego confitebor eum apud patrem meum, qui est in cœlis. Fiebant autem ab imperatoribus maiore adparatu, ut quo longiùs illud emanaret, hoc essent plures, qui non dubitarent huic fidei nomen dare, quam uidissent iam Imperatorẽ ipsum amplexum. Et quia in alijs tales ferè sumus, quales uidemus principes, qui rebus præsunt, fecit hic quoq; illa de fide Christiana professio uulgo animum, ut esse principibus quàm simillimi uellent, impunitate præsertim iam data, & præeunte ipso imperatore. Ita passim in antiquis bibliothecis uidere confessiones Iustiniani, Caroli Magni, & Frederici Tertij, quibus tanquã signo dato, ad fidem Christianã uocarentur, quibus per principum tyrannidem hoc non satis tutò antea licebat. Cõfessio. Carolus Magnus.
B

CONFESSIO CONSTANTINI IMPERATORIS.

C IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris scilicet, & filij, & Spiritus sancti, Imperator Cæsar Flauius Constantinus, in Christo Iesu, vno ex eadẽ sancta trinitate, saluatore Domino Deo nostro, fidelis, mansuetus, maximus, beneficus, Alamanicus, Goticus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, pius, felix, victor, ac triumphator semper augustus, Sanctissimo ab beatissimo patri patrum Syluestro vrbis Romæ Episcopo, atq; omnibus eius successoribus, qui in sede beati Petri vsq; in finem seculi sessuri sunt Pontificibus, nec non & omnibus Reueren. & Deo amabilibus catholicis Episcopis eidem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, per hanc nostram Imperialem constitutionem subiectis, in vniuerso orbe terrarum, nunc & in posterum cunctis retrò temporibus constitutis, Gratia pax, charitas, gaudium, longanimitas, misericordia à Deo patre omnipotente, & Iesu Christo filio eius, & Spiritu sancto cum omnibus vobis. Ea quę saluator & redemptor Dominus noster Iesus Christus altissimi pa
D tris filius, per suos sanctos Apostolos Petrum & Paulum, interueniente patre nostro Syluestro summo Pontifice, mirabiliter dignatus est, liquida narratione per huius nostræ imperialis institutionis paginam, ad indaginem omnium populorum, in vniuerso orbe terrarũ, nostra studuit propagare mansuetissima serenitas. Primùm quidem fidem nostram, quam à prefato beatissimo patre & oratore nostro Syluestro vniuersali Põtifice edocti sumus, intima cordis confessione, ad instruendas omnium vestrũm mentes, proferentes, & ita demum misericordiam Dei super nos diffusam annunciantes. Nos enim vos scire volumus, sicut per anteriorem nostram sacram pragmaticam iussionem significauimus, nos à culturis idolorum, simulacris mutis & surdis, manufactis, diabolicis compositionibus, atque ab omnibus satanæ pompis recessisse, & ad integram Christianorum fidem, quæ est vera lux, & vita

Universidad de Deusto Biblioteca

perpetua,peruenisse:credentes,iuxta id quod nos idem almificus summus pa B
ter & doctor noster Sylueſter instruit Pontifex, in Deum patrem omnipotentem,factorem cœli & terræ,visibilium omnium & inuisibilium,& in Iesum Christum filium eius,vnicum Domiuum nostrum, per quem omnia facta sunt,& in Spiritum sanctum Dominum & viuificatorem vniuersæ creaturæ:hoc est,patrem,& filium,& Spiritum sanctum confitemur,ita vt in trinitate perfecta,& plenitudo sit diuinitatis,& vnitas potestatis,pater Deus,& Spiritus sanctus Deus,& tres vnum sunt in Christo Iesu:tres itaq; formæ,sed vna potestas. Nam Deus semper sapiens, edidit ex se per quod essent gignēda secula verbum. Et quando eodem solo suæ sapientiæ verbo,vniuersam ex nihilo formauit creaturā,cum eo erat,cuncta suo arcano cōponens mysterio. Igitur perfectis cœlorum virtutibus,& vniuersis terræ materijs,pio sapientię suæ nutu,ad imaginem & similitudinem suam primum de limo terræ fingēs B
hominem,hunc in Paradiso posuit voluptatis,quem antiquus serpens,& hostis inuidens diabolus,per amarissimum ligni vetiti gustum, exulem ab eisdē effecit gaudijs,eoq; expulso non desinit sua venenosa multis modis protelare iacula,aut à via veritatis humanum abstrahens genus,idolorum culturę,vi delicet creaturæ & nō creatori deseruire suadeat,quatenus per hoc eos quos suis voluerit irretire insidijs,secum æterno afficiat concremandos supplicio. Sed Deus noster misertus plasmæ suæ, dirigens suos sanctos Prophetas, per quos lumen futuræ vitæ ad aduentum videlicet filij sui Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi annuncians,misit eundem filium suum vnigenitum, & sapientiæ verbum,qui descendens de cœlis,propter nostram salutem, natus de Spiritu sancto,ex Maria virgine,verbum caro factum est, & habitauit in nobis:non amisit quod fuerat,sed cœpit esse quod non erat. Deum perfe- G
ctum,& hominem perfectum,vt Deus,mirabilia perficiens,& vt homo,humanas passiones sustinens:ita verum hominem,& verum Deum, verum hominem fuisse nullo modo ambigamus. Electisq; duodecim Apostolis,miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruscauit. Confitemur eundem Dominum nostrum Iesum Christum,& implesse legem & Prophetas,passum,crucifixū secundū scripturas, tertia die à mortuis resurrexisse, assumptum in cœlos,atq; sedentem ad dexteram patris, inde vēturum iudicare viuos & mortuos,cuius imperij nō erit finis. Hæc est enim fides nostra orthodoxa,à beatissimo patre nostro Sylueſtro summo Pontifice nobis prolata. Exhortantes idcirco omnem populum,& diuersas gentium nationes,hāc fidē tenere,colere,ac prædicare,& in sanctæ trinitatis nomine baptismi gratiam consequi,& Dominum Iesum Christum saluatorem nostrum, qui cum H
patre & spiritu sancto per infinita viuit & regnat secula,quem Sylueſter beatissimus noster Pontifex in vniuersali prædicat,corde deuoto adorare. Ipse em̄ Dominus Deus noster misertus mihi peccatori, misit sanctos suos Apostolos ad visitandum nos,& lumē sui splendoris infulsit nobis,& abstractū à tenebris,ad veram lucem & agnitionem veritatis me peruenire gratulamini. Nam dum valida squalloris lepra totam mei corporis inuasisset carnem, & multorum medicorum cōuenientium cura adhiberetur, nec vnius quidē promerui salutem. Ad hæc aduenerunt sacerdotes Capitolij, dicentes mihi debere fieri fontem in Capitolio, & compleri hunc innocentium sanguine calente,& in eo loco me posse mundari, Et secundum eorum dicta aggregatis plurimis innocentibus infantibus,dum vellent sacrilegi paganorū sacerdotes

A dotes eos mactare , & ex eorum sanguine fontem repleri , cernens serenitas nostra lacrymas matrum eorum, ilico exhorrui facinus, misertusque eis,proprios illis restitui præcepimus filios suos, datisq; vehiculis, & donis concessis,gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur transacta die nocturno nobis facto silentio,dum somni tempus aduenisset,adsunt Apostoli, sanctus Petrus & Paulus,dicentes mihi: Quoniā flagitijs posuisti terminū,& effusionē sanguinis innocētis horruisti,missi sumus à Christo Dño Deo nostro,dare tibi sanitatis recuperādæ consiliū. Audi ergo monita nostra, & fac quodcunq; indicamus tibi. Sylueſter Episcopus ciuitatis ad montē Soracten persequutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum cum suis clericis latebras fouet,hunc cùm ad te adduxeris, ipse tibi piscinā pietatis ostendat, in qua dum te tertiò merserit,omnis te valetudo ista deserat lepræ: quod cùm factū
B fuerit, hanc vicissitudinem tuo saluatori compēsa. Te autem ipsum in hac parte purifica,vt relicta omni superstitiōe idolorum,Deum viuū,verum,qui solus est & verus,adores & excolas,& ad eius voluntatem attingas. Exurgēs igitur à somno,protinus iuxta id quod à sanctis Apostolis admonitus sum, peregi, aduocatoq; eodem præcipuo & magnifico patre, & illuminatore nostro Sylueſtro, omnia à sanctis Apostolis mihi pręcepta dixi verba, percunctatiq; eum sumus,qui isti dij essent, Petrus & Paulus. Ille verò ait,nō eos Deos verè dici,sed Apostolos saluatoris nostri Iesu Christi. Et rursus interrogare cœpimus eundem Sylueſtrū,vtrum ipsorum Apostolorū imaginem expressam haberet,vt ex pictura disceremus,hoc esse quod reuelatio docuerat. Tunc idem venerabilis pater imagines eorundem Apostolorū per diaconem suum exhiberi præcepit, quas dum aspicerem,& eorū quos in somno viderā
C figuratos in ipsis imaginibus cognouissem vultus, ingēti clamore corā omnibus satrapibus meis confessus sum eos esse,quos in somno videram. Ad hæc beatiss. Sylueſter indixit nobis pœnitentiæ tempus intra palatiū nostrum Lateranense, in vno cilicio,vt omnia quæ à nobis impiè peracta,atq; iniustè dispositа fuerant,vigilijs,ieiunijs, atq; lacrymis, & orationibus apud saluatorem nostrū Iesum Christum impetraremus. Deinde per manus impositionē clericorum vsq; ad ipsum præsulem veni,ibiq; abrenuncians satanæ pompis & operibus eius,vel vniuersis idolis manufactis,credere in Deum patrē omnipotentem,factorem cœli ac terræ,visibilium & inuisibiliū, & in Iesum Christum filium eius vnicum Dñm nostrū,qui natus est de Spiritu sancto,ex Maria virgine, spontanea voluntate coram omni populo professus sum. Benedictoq; fonte illic me trina mersione vnda salutis purificauit. Leuatoq; me de
D venerabili fonte,indutus vestibus candidis,septiformis Spiritus sancti consignationem adhibuit,beati chrismatis vnctione,& vexillum sanctæ crucis in mea fronte liniuit,dicens: Signat te Deus sigillo fidei suæ, in nomine patris, & filij & Spiritus sancti, in consignationem fidei. Cunctusq; clerus respondit, Amen. Et adiecit præsul: Pax tibi. Prima itaq; die post perceptū sacri baptismatis mysteriū,& post curationē corporis mei à lepræ squallore, agnoui nō esse aliū Deū,nisi patrem,& filium, & Spiritum sanctū,quē beatiss. Sylueſter prædicat,trinitatē in vnitate,vnitatē in trinitate. Nam oēs dij gentiū, quos vsq; hactenus colui,dæmonia,opera hominū manufacta comprobantur. Etenim quantam potestatem idem saluator noster suo Apostolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra, lucidissimè nobis idem venerabilis pater eduxit,dum fidelem eum in sua interrogatione inueniens,ait: Tu es Petrus,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuper hãc petrã ædificabo Eccleſiam meã, & portę inferi nõ præualebũt ad- B
uerſus eam. Aduertite potentes, & aure cordis intẽdite, quid bonus magiſter & Dñs ſuo diſcipulo adiũxit, inquiens: Et tibi dabo claues regni cœlorũ, & quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ & in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum in cœlis. Et dum hæc prædicãte beato Sylueſtro agnoſceré, ex beneficijs ipſius beati Petri integrę me ſanitati cõperi reddituũ.

DE PRIMITIVA ECCLESIA ET SYNODO Nicena.

NEMO qui ſcripturas diuinas legit, ignorat, quod in E
principio naſcentis Eccleſiæ, diſcipulis in vnũ cõgregatis cum multitudine credẽtium, in quibus erat cor vnũ, & anima vna, quiq; vendentes prædia & poſſeſſiones ſuas afferebant, & diuidebatur ſingulis prout cuiq; opus erat. Futurã nanq; Eccleſiã in gẽtibus Apoſtoli præuidebãt, maximeq; quia Dñs illis prædixerat, Euntes in mundũ vniuerſum prędicate Euãgelium. Vel quia expellendi erãt à Iudęa, nouerant ſe in gentibus diſpergendos, Eccleſiamq; congregandã ex rudi populo. Idcirco prædia in Iudæa minimè ſunt adepti, ſed pretia tantũmodo ad fouẽdos egẽtes. At verò cùm inter turbines & aduerſa mundi ſuccreſceret Eccleſia, eouſq; peruenit, vt non ſolùm gentes, ſed etiã Romani principes (qui penè totius orbis monarchiam tene- G
bant) ad fidem Chriſti & baptiſmi ſacramenta cõcurrerent. Ex quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus primus fidem veritatis patẽter adeptus, licentiã dedit per vniuerſum orbem ſuo degẽtes imperio, nõ ſolùm fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricandas Eccleſias, & prædia tribuenda cõſtituit. Deniq; idem præfatus princeps donaria immẽſa, & fabricã templi primæ ſedis beati principis Apoſtolorũ inſtituit, adeò vt ſedem imperialem, quam Romani principes poſſederant, relinqueret, & beato Petro ſuisq; præſulibus profuturã concederet. Idem verò præſidens in ſancta Synodo quę apud Nicenũ congregata eſt, cùm querelam quorundã cõſpiceret coram ſe deferendã, ait: Vos à nemine dijudicari poteſtis, quia ſolius Dei iudicio reſeruamini, dij etenim vocati eſtis: idcirco nõ poteſtis ab hominibus iudicari: ab illo etenim tempore
& deinceps viri religioſiſſimi nõ ſolùm poſſeſſiones, & prædia quę poſſede- H
rant, ſed etiam ſemetipſos Dño conſecrârunt, ædificãtes baſilicas in ſuis fundis in honore ſanctorũ martyrum, per ciuitates ac monaſteria innumera, in quibus cœtus Domino ſeruientiũ cõueniret. Deniq; Reges & pręſides ac magiſtratus non ſolùm hanc licentiã tribuêre, ſed etiam ipſi propria largiti ſunt per vniuerſa regna terrarum, vnde alerentur egentes, qui nihil in mundo poſſidebant, Eccleſiæq; Dei fabricarentur atq; reſtaurarentur, Deoq; & Eccleſiæ eius ritè famulãtibus, ſeruisq; illius ſupplementa (vt abſq; neceſſitate eſſent) tribuerentur, vt hæc accipientes poſſent ſecundũ monita Apoſtoli orationes, poſtulationes, obſecrationes, gratiarũ actiones facere pro omnibus hominibus, pro Regibus, & qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillã vitam habeant. Et hoc bonũ & acceptũ eſſe coram Deo, idem magiſter gentiũ

A proteſtatur, cui ſolicitudo omnium Eccleſiarum incumbit, quiq; Epiſcopos regere per ſpiritum ſanctum conſtituit Eccleſiã Dei. Quibus ait: Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, prouidentes nõ coactè, ſed ſpõte ſecundum Deum, 1. Petri. 5.
neq; turpis lucri gratia, ſed volũtariè. Cùm enim dicat: Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus: quæ enim ſunt negotia ſecularia ſancti ca- 2. Tim. 2.
nones manifeſtant, & inhibent perſpicuè, quod quidam, qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum poſſeſſionum fiant, & ſecularia negotia ſub cura ſua accipiant, Domini quidem miniſterium paruipendentes, ſecularium verò diſcurrentes domos, & propter auaritiam patrimoniorũ ſolicitudinem ſumentes: decreuit ſancta ſynodus, nullum deinceps clericum aut poſſeſſiones conducere, aut negotijs ſecularibus ſe miſcere, præter pupillorum & orphanorum, aut ſi fortè Epiſcopus ciuitatis Ec-
B cleſiaſticarum rerum ſolicitudinem habere præcipiat, vt liquidò patet, quia alia ſunt negotia ſecularia, alia Eccleſiaſtica. Nónne Moyſes in ſeculo erat cũ crebro tabernaculum intraret & exiret, qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium negotijs vrgebatur? intus Dei arcana conſiderans, foris onera carnalium portabat? Cuius typum ſacerdotes in Eccleſia agere debent, vt dũ foras exeunt ad exquenda negotia pro neceſſitatibus ſubditorũ, intus ad ſe redeant per contemplationẽ mandatorũ: ſicut Paulus qui cœleſtibus ſecretis inſeritur, & tamẽ per cõdeſcenſionis viſcera carnaliũ cubile perſcrutatur: Sic & Iacob aſcendẽtes & deſcẽdentes Angelos vidit, quia videlicet rectores Eccleſiæ nõ ſolũ Deo contẽplando ſuperna appetũt, ſed deorſum quoq; ad mẽbra illius miſerãdo deſcẽdunt. Et dũ ſacerdotes horũ facta imitantur, & ſe cuſtodiũt, & ſubditorũ onera portant, vidẽtur tales eſſe, quales idem e-
C gregius prædicator dicit, vt qui vtuntur hoc mundo tanquã non vtantur, & qui gaudent tanquam non gaudẽtes, & qui emunt tanquã non poſſidentes.

EDICTVM DOMINI CONSTANTINI IMperatoris.

D IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris ſcilicet & filij, & ſpiritus ſancti, Imperator Cæſar Flauius Conſtantinus in Chriſto Ieſu vno ex eadem trinitate ſancta ſaluatore Domino Deo noſtro, fidelis, manſuetus, beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, germanicus, britannicus, vnicus, pius, fœlix, victor, ac triumphator ſemper auguſtus, ſanctiſſimo ac beatiſſimo patri Sylueſtro vrbis Romæ Epiſcopo & Papæ, atque omnibus eius ſucceſſoribus, qui in ſede beati Petri vſque in finem ſeculi ſeſſuri ſunt, Pontificibus, nec non & omnibus reuerendiſſimis, & Deo amabilibus catholicis Epiſcopis, eidẽ ſacroſanctæ Romanę Eccleſiæ per hanc noſtram imperialem conſtitutionem ſubiectis, in vniuerſo orbe terrarum nunc & in poſteris cunctis retrò temporibus conſtitutis, gratia, pax, charitas, gaudiũ, longanimitas, miſericordia à Deo patre oĩpotente, & Ieſu Chriſto filio eius, & ſpiritu ſancto, cũ oĩbus vobis. Ea quæ ſaluator & redẽptor noſter Dominus noſter Ieſus Chriſtus altiſſimi patris filius p ſuos ſanctos Apoſtolos Petrũ & Paulũ, interueniẽte patre

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostro Sylueſtro ſummo Pontifice & vniuerſali Papa, mirabiliter dignatus E
eſt operari, liquida narratione per huius noſtræ imperialis inſtitutionis pagi
nam ad cogitationem omnium populorum in uniuerſo orbe terrarum ſtu-
duit propagare noſtra manſuetiſſima ſerenitas. Primum quidem noſtram fi-
dem quam à præfato beatiſſimo patre & oratore noſtro Sylueſtro vniuerſali
Pontifice docti ſumus, intima cordis confeſſione ad inſtruendas omnium
veſtrûm mentes proferentes, & ita demum Dei miſericordiam ſuper vos dif
fuſam annunciantes. Noſſe enim vos volumus, ſicut per anteriorem noſtram
ſacram pragmaticam iuſſionem ſignificauimus, nos à culturis idolorum, ſi-
mulacris mutis & ſurdis, manufactis, diabolicis compoſitionibus, atque ab
omnibus ſatanæ pompis receſſiſſe, & ad integram Chriſtianorum fidem, quę
eſt vera lux & vita perpetua peruenisse, credentes, iuxta id quod nos idem
almificus ſummus pater & doctor noſter Sylueſter Pontifex inſtruxit, in F
Deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, viſibilium omnium
& inuiſibilium. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnigenitum Dominum
noſtrum, per quem creata ſunt omnia. Et in ſpiritum ſanctum Dominum
& viuificatorem vniuerſæ creaturæ. Hos patrem & filium & ſanctum con-
fitemur ita, vt in trinitate perfecta & plenitudo ſit diuinitatis & vnitas po-
teſtatis: pater Deus, filius Deus, & ſpiritus ſanctus Deus, & tres vnum ſunt
in Ieſu Chriſto. Tres itaque formæ, ſed vna poteſtas. Nam ſapiens retrò
ſemper Deus, edidit ex ſe, per quod ſemper erant gignenda ſecula verbum.
Et quando eodem ſolo ſuæ ſapientiæ verbo vniuerſam ex nihilo formauit
creaturam, cum eo erat, cuncta ſuo arcano componens myſterio. Igitur
perfectis cœlorum virtutibus, & vniuerſis terræ materijs, pro ſapientiæ ſuæ
nutu ad imaginem & ſimilitudinem ſuam primum de limo terræ fingens G
hominem, hunc in Paradiſo poſuit voluptatis. Quem antiquus ſerpens &
hoſtis inuidens diabolus per amariſſimum ligni vetiti guſtum, exulem ab ei-
ſdem fecit gaudijs, eoque expulſo non definit ſua venenoſa multis modis
protelare iacula, vt à via veritatis humanum abſtrahens genus, idolorum
culturæ, videlicet creaturæ, & non creatori deſeruire ſuadeat, quatenus per
hos eos, quos ſuis voluerit irretire inſidijs, ſecum æterno efficiat concre-
mandos ſupplicio. Sed Deus noſter miſertus plaſmatis ſui, dirigens ſanctos
ſuos Prophetas, per quos lumen futuræ vitæ, aduentum videlicet filij ſui Do
mini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti annuncians, miſit eundem vnigeni
tũ filium ſuũ & ſapientiæ verbum. Qui deſcendens de cœlis propter noſtram
ſalutem, natus de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine. Verbum caro factum eſt, et
habitauit in nobis, non amiſit quod fuerat, ſed cœpit eſſe quod non erat. H
Deum perfectum & hominem perfectum, vt Deus mirabilia perficiens & vt
homo humanas paſſiones ſuſtinens, ita verbum hominem & verbum Deum
prædicante patre noſtro Sylueſtro ſummo Pontifice intelligimus, vt verũ De
um verũ hominem fuiſſe nullo modo ambigamus. Electisq; duodecim Apo
ſtolis, miraculis corã eis & innumerabilis populi multitudine coruſcauit. Cõ
fitemur eundem Dominum Ieſum Chriſtum adimpleſſe legem & Prophetas
paſſum, crucifixum ſecundum ſcripturas, tertia die à mortuis reſurrexiſſe, aſ-
ſumptum in cœlos, atq; ſedentem ad dexteram patris, inde venturum iudica-
re viuos & mortuos, cuius imperij non erit finis. Hæc eſt enim fides noſtra
catholica & orthodoxa, à beatiſſimo patre noſtro Sylueſtro ſummo Pontifi-
ce nobis prolata. Exhortans idcirco omnẽ populum & diuerſas gentiũ na-
tiones

A tiones hãc fidem tenere, colere, & prædicare, & in ſanctæ trinitatis nomine
aptiſſimè gratiam conſequi, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſaluato
rem, qui cum patre & ſpiritu ſancto per infinita ſecula viuit, & regnat, quem
Sylueſter beatiſſimus pater noſter vniuerſalis Pontifex prædicat, corde deuo
to adorare. Ipſe enim Dominus noſter miſertus mihi peccatori, miſit ſanctos
ſuos Apoſtolos ad viſitandum nos, & lumen ſui ſplendoris infulſit nobis, &
abſtractum à tenebris ad veram lucem & agnitionem me veniſſe gratulami-
ni. Nam dum valida ſqualloris lepra totam mei corporis inuaſiſſet carnem,
& multorum medicorum conuenientium cura adhiberetur, nec vllius qui-
dem cura promeruiſſemus ſalutem. Ad hoc venerunt ſacerdotes Capitolij di
centes, mihi debere fieri fontem in Capitolio, & compleri hunc innocenti-
um ſanguine, & in eo calente loco me poſſe mundari. Et ſecundum eorum di
B cta aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent ſacrilegi paga-
norum ſacerdotes eos mactari, & ex eorũ ſanguine fontem repleri, cernens
ſerenitas noſtra lacrymas matrum eorum, illico exhorrui facinus, miſera-
tusq; eas proprios illis reſtitui præcepimus filios ſuos, datisq; vehiculis & do
nis conceſſis, gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur tranſacta die,
nocturna nobis facta ſilentia, dum ſomni tẽpus aduenisset, aſſunt Apoſtoli
ſanctus Petrus & Paulus dicentes mihi: Quoniã flagitijs poſuiſti terminum,
& effuſionem ſanguinis innocentis horruſti, miſſi ſumus à Chriſto Domino
Deo noſtro dare tibi ſanitatis recuperandę conſilium. Audi ergo monita no
ſtra, & fac quodcunque indicamus tibi. Sylueſter Epiſcopus huius ciuitatis
ad montem Soracten perſecutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum cum
ſuis clericis latebram fouet, hũc ad te cũ adduxeris, ipſe tibi piſcina pietatis
C oſtendet, in qua dum te tertiò merſerit, omnis te valetudo iſta deſeret lepræ.
Quod dum factum fuerit, hanc viciſſitudinem tuo ſaluatori compenſa, vt o-
mnes iuſſu tuo per totum orbem reſtaurentur Eccleſiæ. Te autem ipſum in
hac parte purifica, vt relicta omni ſuperſtitione idolorum, Deum viuum & ve
rum, qui ſolus eſt & verus, adores & excolas, vt ad voluntatem attingas. Ex-
urgens igitur à ſummo, protinus iuxta id quod à ſanctis Apoſtolis admoni-
tus ſum, peregi: adhocatoq; eodem præcipuo & magnifico patre & illumi
natore noſtro Sylueſtro vniuerſali Papa, omnia à ſanctis Apoſtolis mihi præ
cepta dixi verba. Percõtati ſumus ab eo qui iſti Dij eſſent Petrus & Paulus: Il
le verò non eos Deos verè dici, ſed Apoſtolus ſaluatoris noſtri Domini Dei Ie
ſu Chriſti reſpondit. Et rurſum interrogare cœpimus eundẽ beatiſſimũ Papã,
vtrum iſtorum Apoſtolorum imagines expreſſas haberet, vt ex pictura diſce-
D remus hos eſſe quos reuelatio docuerat. Tunc idem venerabilis pater imagi
nes eorundem Apoſtolorum per diaconũ ſuum exhiberi præcepit: quas dũ
aſpicerem, & eorum quos in ſommo videram figuratos in ipſis imaginibus
cognouiſſem vultus, ingenti clamore corã omnibus ſatrapis meis confeſſus
ſum, eos eſſe quos in ſomno videram. Ad hæc beatiſſimus idem Sylueſter pa-
ter noſter vrbis Romæ Epiſcopus indixit nobis pœnitentiæ tempus intra pa
latium noſtrum Lateranenſe, in vno cilicio, vt omnia quæ à nobis impiè pe-
racta atque iniuſtè diſpoſita fuerant, vigilijs, ieiunijs atque lacrymis & o-
rationibus apud Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſaluatorem impetra-
remus. Deinde per manus impoſitionem clericorũ, vſq; ad ipſum præſulẽ ve
ni, ibiq; renuncians ſatanæ pompis & operibus eius, vel vniuerſis idolis ma-
nufactis, credere me in Deum patrem omnipotentẽ factorem cœli & terræ,
viſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

visibiliũ & inuisibilium, & in Iesum Christum filium eius vnicum Dominũ B
nostrum, qui natus est de spiritu sancto, ex Maria virgine, spontanea volun-
tate corã omni populo professus sum. Benedictoq; fonte, illic me trina mer-
sione vnda salutis purificauit. Positoq; me in fontis gremio, manum de cœ-
lo me contingentem proprijs oculis vidi: de qua mundus exurgens, ab omni
me lepræ squallore mundatum agnoscite, leuatoq; me de venerabili fonte,
indutus vestibus candidis septiformis gratię sancti spiritus consignationem
adhibuit beati chrismatis vnctione, & vexillum sanctæ crucis in mea fronte
liniuit dicens: Signet te Deus sigillo fidei suæ, in nomine patris, & filij, & spi-
ritus sancti, in consignatione fidei. Cunctusq; clerus respondit. Amen. Et ad-
iecit præsul, pax tibi. Prima itaque die post perceptum sacri baptismatis my
sterium, & post curationem corporis mei à lepræ squallore, agnoui non esse
alium Deum nisi patrem & filum & spiritum sanctum, quem beatus Sylue- F
ster Papa prædicat, trinitatem in vnitate, vnitatem in trinitate. Nam omnes
Dij gentium quos vsque hactenus colui, dæmonia, opera hominum manu-
facta comprobantur. Etenim quantam potestatem idem Saluator noster suo
Apostolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra, lucidissimè nobis idẽ ve-
nerabilis pater edixit, dum fidelem eum in sua interrogatione inueniens ait:
Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ in-
feri non præualebunt aduersus eam. Aduertite potentes, & aure cordis inten
dite, qd bonus magister & Dominus suo discipulo iniũxit, inquiens: Quod-
cunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Mirum est hoc valdè
& gloriosum, in terra ligare & soluere, & in cœlo ligatum & solutum esse. Et
dum hæc prædicante beato Sylueſtro agnoscerem, & beneficijs ipsius beati
Petri integerrimè sanitati me comperire restitutum, vtile iudicauimus vnà cum G
omnibus nostris satrapis & vniuerso senatu, optimatibus meis, etiam & cun-
cto populo Romano gloriæ imperij subiacenti, vt sicut in terris vicarius filij
Dei esse videtur constitutus, etiam & Pontifices, qui ipsius principis Apostolorum gerunt vices, principatus potestatem amplius quàm terrena imperialis nostrę serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis nostroque Imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem Apostolorum vel eius vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostra est terrena Imperialis potentia, eius sacrosanctam Romanam Ecclesiam decreuimus veneranter honorare & amplius quàm nostrum imperium, & terrenum thronũ, sedem sacratissimam beati Petri gloriosè exaltari, tribuentes ei potestatem & gloriæ dignitatem atq; vigorem & honorificentiam Imperialem, atque decernentes sancimus, vt principatum teneat, tam super quatuor præcipuas H
sedes, Antiochenam, Alexandrinam, Constantinopolitanam, & Hierosolymitanam, quamque etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum Dei Eccle sias. Et Pontifex qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior & princeps, cunctis sacerdotibus totius mundi existat, & eius iudicio, quæque ad cultum Dei vel fidei Christianorum stabilitatem procurandam fuerint, disponantur. Iustum quippe est, vt ibi lex sancta caput teneat principatus, vbi sanctarum legum institutor saluator noster beatum Petrũ Apostolatus obtinere præcepit cathedram, vbi & crucis patibulum sustinẽs beatæ mortis sumpsit poculum, suiq; magistri & Domini imitator apparuit Et ibi gentes pro Christi nominis confessione colla flectant, vbi eorum doctor beatus Paulus Apostolus pro Christo extenso collo martyrio coronatus est:

A tus est: illic vsque in finem quærant doctorem, vbi sanctum doctoris quiescit corpus: & ibi proni ac humiliati cœlestis Regis Dei saluatoris nostri Iesu Christi famulentur officio, vbi superbi terreni Regis seruiebant imperio. Interea nosse uolumus omnem populum vniuersarum gentium ac nationum per totum orbem terrarum, construxisse nos intra palatium nostrum Lateranense eidem saluatori nostro Domino Iesu Christo Ecclesiam à fundamẽtis, cum baptisterio: & duodecim nos sciatis de eius fundamentis, secundum numerum duodecim Apostolorum, cophinos terræ onustatos proprijs asportâsse humeris, quàm sacrosanctam Ecclesiam caput & verticem omnium Ecclesiarum vniuerso orbe terrarũ dici, coli, venerari ac prędicari sancimus, sicut per alia nostra Imperalia decreta constituimus. Cõstruximus itaq; Ecclesias beatorum Petri & Pauli primorum Apostolorum, quas auro & ar
B gẽto locupletauimus, vbi & sacratissima eorũ corpora cũ magno honore re condentes, thecas ipsorum ex electro, cui nulla fortitudo præualet elemẽtorum, construximus: & crucem ex auro purissimo & gemmis preciosissimis per singulas eorũ thecas posuimus, & clauis aureis cõfiximus. Quibus pro cõ cinnatione luminariorũ, possessionũ prædia cõtulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostram Imperialem iussionem sacram, tam in oriente quã in occidente, vel etiam septentrionali & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Aphrica & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate eis concessimus, ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Sylueſtri Pontificis successorumq; omnia disponantur. Gaudeat enim vnà nobiscum omnis populus & gentium nationes vniuerso orbe terrarum, exhortantes omnes, vt Deo nostro & saluatori Iesu Christo immensas vnà nobiscũ
C referatis gratias, quoniã ipse Deus in cœlis desuper & in terra deorsum, qui nos per suos sanctos Apostolos visitans, sanctũ baptismatis sacramentũ percipere, & corporis sanitate dignos effecit, pro quo concedimus ipsis sanctis Apostolis Dominis meis beatissimis Petro & Paulo, & per eos etiam beato Sylueſtro patri nostro summo Pontifici, & vniuersalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius successoribus Pontificibus, qui vsque in finẽ mundi in sede beati Petri erunt sessuri, atq; de præsenti concedimus palatiũ Imperij nostri Lateranense, quod omnibus in toto orbe terrarum profertur atq; præcellit palatijs, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulq; pallium, vel mitram phrygiam, nec nõ & superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circũdare assolet collũ, verumetiã & chlamydem purpuream atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta, sed & dignitatem Imperia
D lium præsidentium equitum, conferentes etiam & Imperialia sceptra, simulque & cuncta signa atq; banna etiam, & diuersa ornamenta Imperialia, & omnem processionem Imperialis culminis & gloriam potestatis nostræ. Viris enim reuerendissimis, clericis diuersis ordinibus eidẽ sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ seruientibus, illud culmen, singularitatem, potentiã & præcellentiã habere sancimus, cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est, patritios atq; cõsules effici, nec nõ & cæteris dignitatibus Imperialib. eos promulgãtibus decorari. Et sicut imperiales militia, ita & clerum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officijs diuersis, cubiculariorum nempe, ostiariorum, atque omniũ excubiarum ornatu, ita & sanctam Romanam Ecclesiã decorari volumus. Et vt amplissimè pontificale decus pręfulgeat, decernimus & hoc, vt clerici eiusdẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſanctæ Romanæ Eccleſiæ manipulis & linteaminibus, id eſt, candidiſſimo E
colore decorari equos, & ita equitari. Et ſicut noſter ſenatus calciamentis
vtitur cum vdonibus, id eſt, candido linteamine illuſtrati, vt ſicut cœleſtia,
ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tri-
buentes ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Sylueſtro vrbis Romæ Epiſcopo & Pa-
pæ, & omnibus qui poſt eum in ſucceſſum & perpetuis temporibus aduene-
rint beatiſſimis Pontificibus, pro honore & gloria Chriſti Dei noſtri, in ea-
dem Dei magna catholica & Apoſtolica Eccleſia, ex noſtro iudicio, quē pla
catus proprio concilio clericare voluerit, & in numero religioſorum cleri-
corum connumerare nullum ex omnibus præſumentem ſuperbè agere. De-
creuimus itaq; & hoc, vt idē venerabilis pater noſter Sylueſter ſummus Pōti
fex, vel omnes eius ſucceſſores Pōtifices diadema, videlicet coronā, quam ex
capite noſtro illi conceſſimus, ex auro puriſſimo & gemmis precioſis vti de ;
beāt, & eorū capite ad laudē Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe verò be
atiſſimus Papa ſuper coronā clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, o-
mninò ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona. Phrygium quoque candido ni
tore ſplendidam reſurrectionem dominicam deſignās eius ſacratiſſimo ver-
tici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frenum equi illius pro reueren
tia beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem Phrygio
omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſionibus, ad imitationē Im-
perij noſtri. Vnde vt pontificalis apex non vileſcat, ſed magis amplius quàm
terreni Imperij dignitas & gloriæ potentia decoretur, ecce tam palatium no
ſtrum, vt prædictum eſt, quamque Romanæ vrbis, & omnes Italiæ ſeu occi-
dentalium regionum prouincias, loca & ciuitates præfato beatiſſimo Pon-
tifici noſtro Sylueſtro vniuerſali Papæ concedimus atque relinquimus, & G
ſucceſſorū ipſius Pontificum poteſtati & ditioni firma Imperiali cenſura per
hanc diualem noſtram ſacram poteſtatem & pragmaticum conſtitutum de-
cernimus diſponendum, atque iuri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus
permanſurum. Vnde congruum proſpeximus noſtrum Imperium & regni
poteſtatem orientalibus transferri & tranſmutari regionibus, & in Byzan-
tiæ prouincia in optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrū
illic conſtitui Imperium, quoniam vbi principatus ſacerdotum & Chriſtia-
næ religionis caput ab imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt vt
illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. Hæc verò omnia, quæ per hanc
noſtram Imperialem ſacram, & per alia diualia decreta ſtatuimus, atque con
firmauimus, vſque in finem mundi illibata & inconcuſſa permanenda decer-
nimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili H
eius iudicio obteſtamur per hoc noſtrum Imperiale conſtitutum, omnes no-
ſtros ſucceſſores, Imperatores, vel cunctos optimates, ſatrapas etiam, ampliſ-
ſimum ſenatum, & vniuerſum populum in toto orbe terrarum, nunc & in
poſterum, cunctis retrò temporibus Imperio noſtro ſubiacentem, nulli eorū
quoquo modo licere hæc, quæ à nobis Imperiali ſanctione ſacroſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ, vel eius omnibus Pontificibus conceſſa ſunt refragari, aut
confringere, vel in quoquam conuellere. Si quis autem (quod non credimus)
in hoc temerator aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſub-
iaceat innodatus, & ſanctos Dei principes Apoſtolorum Petrum & Paulum
ſibi in præſenti & futura vita ſentiat contrarios, atque in inferno inferiori
concrematus cum diabolo & omnibus deficiat impijs. Huius verò imperia-
lis decreti

A lis decreti noſtri paginam proprijs manibus roborantes, ſuper venerandum
corpus beati Petri principis Apoſtolorum poſuimns, ibiq; eidem cum Apo-
ſtolo ſpondentes nos cuncta inuiolabiliter conſeruare, & noſtris ſucceſſo-
ribus imperatoribus conſeruanda in mandatis relinqui, patri noſtro Sylue-
ſtro ſummo Pontifici & vniuerſali Papæ, eiusque cunctis ſucceſſoribus Pō-
tificibus, Domino Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto annuente, tradimus
perenniter atque fœliciter poſſidenda. Et ſubſcriptio imperialis, diuinitas
vos conſeruet per multos annos ſanctiſſimi ac beatiſſimi patres. Datū Romæ
ſub tertio die Calend. Aprilium, Domino noſtro Flauio Conſtantino Augu-
ſto quarto, Gallicano quarto, viris clariſſimis conſulibus.

Quo tempore actum ſit Nicenum Concilium.

B

GANONES generalium conciliorum à temporibus Conſtantini
cœperunt. In præcedentibus nanq; annis perſecutione feruente, docē-
darū plebium, niſi quæ à Romana proceſſerunt ſede, minimè dabatur
facultas. Inde Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt, quia non erat licētia
Epiſcopis in vnum conuenire, niſi tempore ſuprà dicti Imperatoris: ipſe enim
dedit facultatem Chriſtianis liberè congregari. Sub hoc etiam ſancti patres
in concilio Niceno de omni orbe terrarum conuenientes, iuxta fidem Euā-
gelicam & Apoſtolicam, ſecundū poſt Apoſtolos ſymbolum tradiderunt.

NICENI CONCILII PRAEFATIO.

C

EATISSIMO Syluano in vrbe Roma Apoſto
ſtolicæ ſedis antiſtite, Conſtantino Auguſto & Lici-
nio Cæſare, conſulatu Paulini & Iuliani virorum cla-
riſſimorum, ab Alexandro CCC. XXXVI. anno,
menſe Iulio. XIII. Calend. Iulij, propter inſurgentes
hæreſes fides catholica expoſita eſt apud Nicæam Bi
thyniæ, quam ſancta & reuerendiſſima Romana cō-
plectitur & veneratur Eccleſia, quippe quam trecenti
decē & octo patres, mediantibus Victore atque Vin
centio religioſiſſimis Romanæ ſedis presbyteris, inſpirante Deo, ad obſtru-
D enda Arrij venena, protulerunt. Nam & nonnullæ regulæ ſubnexæ ſunt, quas
memorata ſuſcipiens confirmauit Eccleſia. Sciendum eſt ſanè ab omnibus
catholicis, quoniam ſancta Eccleſia Romana nullis ſynodicis decretis præ-
lata eſt, ſed Euangelica voce Domini, & ſaluatoris noſtri primatum obtinu-
it, vbi dixit beato Petro Apoſtolo: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædifi-
cabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et ti- Matt. 16.
bi dabo claues regni cœlorum, & quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt
ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœ
lo. Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana vrbe beatiſſimi Apoſtoli
Pauli vaſis electionis, qui vno die, vnoq; tempore glorioſa morte cum Petro
ſub principe Nerone agonizans, coronatus eſt, & ambo pariter Eccleſiam
ſanctam Romanam Chriſto Domino conſecrauerunt, alijsq; omnibus vr-

 bibus in

Universidad de Deusto Biblioteca

bibus in vniuerso mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætule E
Rom. 1. runt. Et licet pro omnibus assidua apud Dominum omnium sanctorum fundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus Apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo, in Euãgelio filij eius, q̃ sine intermissione memoriã vestrifacio in orationibus meis. Prima ergo sedes cœlesti beneficio Romanæ Ecclesiæ, quã beatissimi Petrus atq; Paulus suo martyrio dedicarunt: Secũda aũt sedes apud Alexandriã beati Petri nomine à Marco eius discipulo atque Euangelista consecrata est, quia & ipse in Aegypto primus verbũ veritatis directus à Petro prædicauit, & gloriosum suscepit martyriũ. Cui venerabilis successit Abilius. Tertia verò sedes apud Antiochiã eiusdẽ beati Petri Apostoli habetur honorabilis, quia illic, priusquã Romã veniret, habitauit, & Ignatium Episcopũ constituit, & illic primũ nomen Christianorũ nouellæ gentis exor- F
tũ est. Nam & Hierosolymitanus Episcopus pro tanti loci reuerentia ab omnibus habetur honorabilis, maximè quòd illic primus beatissimus Iacobus, qui dicebatur iustus, qui etiam secundũ carnẽ frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo, & Ioãne Apostolis Episcopus ordinatus est. Itaq; secundum antiquorum patrum definitionem sedes prima in Hierosolymis esse minimè dicitur, ne fortè ab infidelibus aut idiotis sedes Domini nostri Iesu Christi (quæ in cœlo est) in terra esse putaretur. Etenim sedes eius cœlum, terra autẽ scabellum pedum eius, quoniam ipse est, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Apud Ephesum verò beatissimus Ioannes Apostolus & Euangelista multo tempore post Domini resurrectionem & ascensionem in cœlos, diuina inspiratione Euãgelium conscripsit, atque G
requieuit. Et ob hoc Episcopus Ephesinus pro tanti Apostoli & Euangelistę memoria, cæteris Episcopis metropolitanis in synodis honorabilorem obtinet sedem.

Sed quoniam de concilio Niceno differendum est, quæ hæc fecit causa, vt post illam Apostolorum gloriosam prædicationem, quæ in omnem terram mirabiliter diffusa est, sub Constantino Augusto, tanti congregarentur Episcopi? Rufini nobis decimus liber, qui coniunctus est nouẽ libris Ecclesiasticæ historiæ, quos vir eruditissimus Eusebius Cæsariẽsis ædidit, necessariò profertur ad medium, vt pauca quæ eius inter initia de Arrij peruersitate cõscripta sunt, memorentur: quia dubium non est, ideo trecentos decem & octo sanctissimos patres ex vniuerso orientali orbe in Nicæa Bithyniæ con- H
gregatos, vt Arrij impiũ dogma Christi auxilio funditùs damnaretur, & salubri prouidentia constituerent, quid in sancta catholica Ecclesia debeat obseruari. Iam ad locum ex lib. 10. Rufini: Igitur cum apud Alexandriã post Achillẽ qui Petri martyrio successit, suscepisset Alexander sacerdotium, quia nostris & quies à persecutionibus erat, atq; Ecclesiarum gloria confessorum meritis gaudebat, prosperitas rerũ nostrarũ domestica cõtentione turbabatur. Etenim presbyter quidã apud Alexandriã nomine Arrius, vir ipse & forma magis quàm virtute religiosus, sed gloriæ laudisq; & nouitatis improbè percupidus, praua quædam de Christi fide proferre, & quæ arte inquisitionis inuenerat, cœpit. Abscindere enim ac separare ab illa ęterna & ineffabili Dei patris substantia vel natura, filiũ conabatur. Quæ res in Ecclesia plurimos cõturbabat, & à dulci mẽtis trãquillitate dimouebat. Sed cũ Alexãder Episcop⁹

natura

A natura lenis, & quietus, assiduè commonitionibus Arrium cuperet à prauo incœpto & assertionibus impijs reuocare, nec tamen res ex sententia procederet, & quod plerosq; quodam cõtagio pestiferæ assertionis infecerat, non solùm apud Alexandriã, verùm & per alias prouinciæ disperserat vrbes, perniciosum fore credens, si dissimularet à talibus, plurimis cõsacerdotibus suis rem indicat. Quæstio laicis innotescit. Sermo vsq; ad aures religiosi principis (quippe qui omi studio & diligentia curaret quæ nostra sunt) peruenit. Tum ille ex sentẽtia sacerdotum apud vrbem Nicæam Episcopale cõcilium cõuocat, ibiq; Arrium trecẽtis decem & octo Episcopis residẽtibus adesse iubet, ac de eius propositionibus & quæstionibus iudicare. Sed in eo cõcilio admirabile factum principis nõ puto reticẽdum. Etenim cùm ex omnibus penè locis Episcopi conuenissent, & (vt fieri solet) diuersis ex causis inter se
B quædã iurgia detulissent, interpellabatur frequẽter à singulis, offerebãtur libelli, culpæ proferebantur, & magis ad hæc, quàm ad id pro quo fuerat ventum, animos dabãt. At ille videns quod per huiusmodi iurgia causa summi negocij frustraretur, diem certũ statuit quo vnusquisq; Episcoporũ, si quid querimoniæ habere videretur, deferret. Cùm resedisset, suscepit à singulis libellos, quos simul omẽs in sinu suo cõtinens, nec in eis quod cõtineretur aperiens, ait ad Episcopos: Deus vos cõstituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoq; iudicãdi: & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autẽ nõ potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, vt & vestra iurgia quęcunq; sunt, ad illud diuinũ reseruentur examen, vos etenim nobis à Deo dati estis dij. Conueniẽs nõ est, vt homo iudicet Deos, sed ille solus de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga Deorũ, Psal. 81.
C in medio aũt Deos discernit. Et ideo his omissis alia quæ ad fidem Dei pertinent, absq; vlla animorũ cõtentione discutite. Cùm hæc dixisset, omẽs querimoniarũ libellos iussit exuri, ne innotesceret illi odiũ & fugillatio sacerdotum. Verùm cùm per dies multos in Episcoporũ cõcilio de fide quæstio vertetur, & nõnulli diuersa sentirẽt, ac vehementer cœptis Arrij fauerent, plures tamen erãt, qui impium execrarentur incœptum. Cumq; in eodem cõcilio esset confessorum magnus numerus sacerdotũ, omnes Arrij nouitatibus aduersabantur. Fauebant verò ei viri in quæstionibus callidi, & ob id simplicitati fidei aduersabantur. Quantam verò habeat virtutem fidei simplicitas, etiã ex his quæ ibi gesta sunt, cognoscimus. Etenim cùm pro studio religiosi Imperatoris ex omi terra sacerdotes Dei cõuenissent, opinione cõmoti Philosophi quoque & dialectici valde nobiles & opinatissimi conuenerunt. In
D quibus quidam insignis in arte dialectica per dies singulos conflictum summi certaminis cum Episcopis nostris viris æquè in dialectica nõ improbabiliter eruditis, mouebat. Et fiebat ingens spectaculum cõuenientibus ad audiendum doctis & literatis viris, nec tamen vllo genere Philosophus cõcludi à quoquam poterat aut cõstringi. Tanta enim dicendi arte obiectis quęstionibus occurrebat, vt ibi maximè putaretur astrictus, velut anguis lubricus elaberetur. Sed vt ostenderet Deus, quia non in sermone regnũ Dei, sed in virtute consistit, quidam ex confessoribus simplicissimæ naturæ vir, & nihil aliud sciens nisi Christũ Iesum, & hunc crucifixũ, inter cæteros auditores Episcopos aderat. Qui cùm vidisset Philosophũ insultantẽ nostris, & callida se disputationis arte iactantẽ, poscit ab omibus locum, velle se paucis cum Philosopo sermocinari. Tum verò nostri qui simplicitatem viri & imperitiam

Universidad de Deusto Biblioteca

in ſermone duntaxat noſſent,pauere,& velut pudorem quendam pati,ne for E
tè apud callidos homines riſui efficeretur ſancta ſimplicitas.Perſtitit tamen
ſenior,& hinc mouit ſermonis exordiũ.In nomine,inquit,Ieſu Chriſti,Phi
loſophe audi quæ vera ſunt. Deus vnus eſt,qui fecit cœlũ & terrã, quiq; homi-
ni,quem de limo terræ formauerat,ſpiritum dedit,vniuerſa quæ videntur
ſibi,virtute verbi ſui creauit,& ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit: hoc ver-
bum ac ſapientia,quam nos filium dicimus, humanos miſeratus errores, ex
virgine naſcitur,& per paſſionẽ mortis à perpetua nos morte liberauit,ac re-
ſurrectione ſua æternam nobis contulit vitam, quem expectamus iudicem
omnium, quæ egerimus eſſe vẽturum.Credis hęc ita eſſe Philoſophe?At ille,
ac ſi nunquam vllum ſermonem contradicendi didiciſſet,ita obſtupefactus,
virtute dictorum mutus,ad omnia hoc ſolùm potuit reſpondere. Ita ſibi vi-
deri,nec aliud verum eſſe quàm dixerat.Tunc ſenior: Hæc,inquit,ſi ita eſſe
credidiſti,ſurge & ſequere me ad Dominicũ,& huius fidei ſignaculũ ſuſcipe.
Et ita Philoſophus Chriſtianus effectus,tandem ſe gratulatus eſt victum.
In illo etiam cõcilio fuit Paphnutius homo Dei, Epiſcopus Aegypti,in quo
tanta virtute inerat gratia,vt ſigna per eum nõ minus,quàm dudum per Apo-
ſtolos fierent. Quo etiam in tempore & Spyridion Cyprius Epiſcopus inſi-
gnis habebatur. Tales igitur in illis adhuc temporibus multi viri in Eccleſijs
Domini refulgebant,ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt.Intereà per
dies ſingulos agitabatur conuentus, nec facile aut temerè tanta ſtatuere au-
debant:& vocabatur Arrius frequenter in concilium,& aſſiduo tractatu aſ-
ſertiones eius diſcutiebantur,& quod aduerſum hæc tenere deberent ac ſta-
tui,ſumma cum deliberatione quærebant.Verùm poſt diutinum multumq;
tractum, placuit omnibus,ac velut vno cunctorum ore & corde decernitur G
Homouſion conſcribi debere,id eſt,eiuſdem cum patre ſubſtantiæ filiũ con
fiteri,atq; firmiſſima omnium ſententia pronunciatur.Decem & ſeptem ſo-
li tunc fuiſſe dicuntur,quibus Arrij magis fides placeret,extrinſecus creatum
Dei filium ex nullis ſubſtantibus,& non ex ipſa patris Deitate progenitũ cõ-
firmantes.Defertur ad Conſtantinum ſacerdotalis concilij ſententia,ille tan
quàm à Deo prolatam veneratur.Cui ſi quis tentâſſet obniti,velut contra di
uina ſtatuta venientem,in exilium ſe proteſtatur acturum.

CANONES NICENI
CONCILII, QVOD ACTVM EST H
ſub Conſtantino Imperatore, Paulino & Iuliano conſulibus fratribus, CCCLXIII. III. Calendas Iulii.

VM conueniſſet hoc ſanctum & magnum concilium apud Nicæam ciuitatem prouinciæ Bithyniæ, ſtatuta ſunt ab eis hæc quæ infra ſcripta ſunt, ex Græco in Latinum verſa ſermonem.

1 Si quis in ægritudine vel à medicis ſectus eſt, vel à barbaris caſtratus, placuit vt iſte permaneat in clero. Si quis autem ſanus ſeipſum abſcindat, etiam ſi eſt in clero, ceſſare debet, & ex hoc nullum talem oportet

A oportet ordinari.Sicut autem de his qui vel affectauerint hæc, vel auſi ſunt
ſeipſos abſcindere, hæc quæ dicimus ſtatuta ſunt, ita ſi qui à barbaris vel à
Dominis ſuis ſecti & probabilis vitæ ſint, tales ſuſcipit Eccleſiaſtica regula
in clerum.

2 Quoniam multa,ſiue per neceſſitatem,ſiue ex quacunq; cauſa contra regulam geſta ſunt, ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc cathechizati, vel inſtituti,ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum veniſſent, & continuò cùm baptizati ſunt,etiam ad Epiſcopatum, vel ad presbyterium prouecti ſunt. Rectè igitur viſum eſt de cętero nihil tale debere fieri.Nam & tempore opus eſt vt ſit cathechumenus,& poſt baptiſmum multa probatione indiget.Euidens nanq; eſt Apoſtolicum præceptum dicens:Non neophytum, ne fortè elatus in iudicium incurrat & laqueum diaboli. Si verò procedente tempore ali-
B quod peccatum admiſerit, & conuictus duobus vel tribus teſtibus fuerit, ceſſet à clero qui huiuſmodi eſt. Si quis verò præter hæc facit tanquam contraria ſtatutis ſancti concilij gerens, ipſe periclitabitur de ſtatu ſui cleri.

3 Omnibus modis interdixit ſancta ſynodus, neque Epiſcopo, neque presbytero,neque diacono,neque vlli clericorum omninò licere habere ſecum mulierem extraneam, niſi fortè mater aut ſoror,aut auia,aut amita, vel matertera ſit:in his nanque ſolis perſonis, & harum ſimilibus,omnis quæ ex mulieribus eſt ſuſpicio declinatur: qui autem præter hæc agit, periclitatur de clero.

4 Epiſcopum oportet ab omnibus Epiſcopis,ſi fieri poteſt, qui ſunt in prouincia eius ordinari.Si verò hoc difficile fuerit,vel aliqua vrgente neceſſita-
C te,vel itineris longitudine,certè tres Epiſcopi debent in vnum eſſe congregati,ita vt etiam cæterorum qui abſentes ſunt,conſenſum literis teneant,& ita faciant ordinationem.Poteſtas ſanè vel confirmatio pertinebit per ſingulas prouincias ad metropolitanum Epiſcopum.

5 Seruetur iſta ſententia,vt hi qui ab alijs excommunicantur,ab alijs ad cõmunionem nõ recipiantur.Requiratur ſanè ſi fortè aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione Epiſcopi ſui excommunicati ſint. Vt ergo digna hęc poſſint examinatiõe perquiri,rectè viſum eſt per ſingulos annos in ſingulis prouincijs bis in anno Epiſcoporum concilium fieri, vt ſimul in vnum conuenientes,ex communi prouincia huiuſmodi examinent quæſtiones,vt ita demum hi,qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorum offenſas merito contraxerunt,dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter ha-
D beantur,quouſq; in communi vel ipſi Epiſcopo ſuo viſum fuerit humanio-
rem circa eos ferre ſentẽtiam.Habeatur autem ſemel conciliũ ante dies quadrageſimæ,vt omnibus,ſi quæ ſunt,ſimultatibus amputatis, mundũ ſolenne Deo munus poſſit offerri.Secundum verò agatur circa tempus Autumni.

6 Mos antiquus perduret in Aegypto,vel Libya, & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quoniamquidem & Romano Epiſcopo parilis mos eſt.Similiter autem & apud Antiochiam cæterasq; prouincias honor ſuus vnicuiq; ſeruetur Eccleſiæ. Per omnia autem manifeſtum eſt,quod ſi quis præter voluntatem & conſcientiã metropolitani Epiſcopi fuerit ordinatus,hunc concilium magnum & ſanctum cenſuit non debere eſſe Epiſcopum.Sanè ſi communi omnium conſenſu rationabiliter probato ſecundũ Eccleſiaſticã regulã duo vel tres animoſitate ducti per conten-

Universidad de Deusto Biblioteca

contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum. E

7 Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetuſta traditio, vt Eliæ Hieroſolymorum Epiſcopo primus honor deferatur, habeat conſequenter honorem, manente tamen metropolitanæ ciuitatis propria dignitate.

8 Si qui voluerint venire ad Eccleſiam Catholicam ex Nouatianis, placuit ſancto concilio vt ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant confeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet, vt fateantur ſe communi conſenſu catholicæ Eccleſiæ ſtatuta obſeruaturos, id eſt cõmunicaturos ſe & his qui fortè ſecundas nuptias experti ſunt, vel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt, quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus & tẽpus aſſcriptum eſt, vt in omnibus ſequãtur ea, quæ in Eccleſia catholica obſeruantur. Et ſicubi ijdem ipſi fuerint inuenti, ſiue in vicis ſeu in vrbibus clerici ordinati à catholicis, ſic etiam in clero perſiſtant, vnuſquiſque tamen in F ſuo ordine. Si verò Epiſcopus vel presbyter catholicæ Eccleſię fuerit, ad quẽ aliqui ex his accedunt, certum eſt, quòd Epiſcopus quidem Catholicus ſuã habeat dignitatem. Similiter autem presbyteri & diaconi habeant. Hi verò qui ab iſtis veniunt, ſi fortè Epiſcopus fuerit, habeat ſacerdotij dignitatem, niſi forte placeat Epiſcopo catholico concedere ei etiam Epiſcopalis nominis honorem. Si verò non placuerit, inueniat ei locũ, vt ſit in parœcia Coëpiſcopus, aut in clero presbyter, & in ciuitate vna, non videantur duo Epiſcopi eſſe, & ille omnimodè in clero permanere videatur.

9 Si qui examinatione promoti presbyteri ſunt, & poſtea examinati confeſſi ſunt peccata ſua, & cùm confeſſi fuiſſent contra regulam venientes, homines manus eis temerè impoſuerunt, hos Eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt, defendit Eccleſia. G

10 Quicunq; ex lapſis per ignorantiam ſunt ordinati, vel contemptum eorum qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat regulæ Eccleſiaſticæ, cùm enim compertum fuerit, deponantur.

11. Placuit ſanctæ ſynodo, licet indigni ſint miſericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis oſtendi. Si quos ergo ex animo pœnitet, tribus annis inter pœnitentes habeantur. Si tamen fideles ſunt, ſeptem annis alijs inter pœnitentes ſint, duobus autem annis ijdem ſine oblatione in oratione ſola participẽt populo. Si qui verò per Dei gratiam vocati, primò quidem oſtenderunt fidem ſuam, depoſito militiæ cingulo, poſt hæc autem ad proprium vomitum reuerſi ſunt, vt & pecunias darent, & ambirent redire rurſum ad militiam, iſti decem annis ſint inter pœnitentes poſt primum triennium, quo fuerint inter audientes. Ab omnibus verò illud præcipuè obſeruetur, vt animus eorum & fructus pœnitentiæ obſeruetur. Quicunq; enim cum omni timore & lacrymis perſeuerantibus & operibus bonis conuerſationem ſuam non verbis ſolis, ſed opere & veritate demonſtrant, cum tempus ſtatutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus iam cœperunt communicare, licebit etiã Epiſcopo humaniùs circa eos aliquid cogitare. Qui verò indifferenter habuerint, lapſum & ſufficere ſibi quod Eccleſiam introierunt, arbitrantur, iſti omnimodò tempora ſtatuta complebunt. H

12 De his verò qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiam nunc, ita vt ſi fortè quis recedit ex corpore, neceſſario vitę ſuæ viatico non defraudatur. Quod ſi deſperatus aliquis recepta communione ſuperuixerit, ſit inter eos qui ſola oratione communicant. De omnibus tamen his qui

A qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem, & cura & probatio ſit Epiſcopi.

13 Placuit hoc & ſancto & magno cõcilio de cathechumenis q lapſi ſunt, vt tribus annis inter audientes verbum ſint tantummodo, poſt hæc verò orent cum cathechumenis.

14 Peruenit ad ſanctum concilium, quod in locis quibuſdam & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta diaconi porrigant, hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij nõ habent poteſtatem, his qui offerunt corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quod quidam diacones etiam ante Epiſcopos ſacramenta ſumunt. Hæc omnia amputentur, & accipiant ſecundum ordinem poſt presbyteros ab Epiſcopo vel à presbytero ſacrã cõmunionem. Quòd ſi non fuerit in præſenti vel Epiſcopus vel presby B ter, tunc ipſi proferant & edant. Sed nec ſedere quidem licet in medio presbyterorum diacones. Si quis autem nõ vult his ſufficiens eſſe, poſt hanc definitionem ceſſet eſſe diaconus.

15 Propter multas perturbationes & frequentes tumultus ſeditionum, quę fieri ſolent, placuit omnimodo iſtam abſcindi conſuetudinem, quæ contra regulam eſt, ſicubi tamen ſit, id eſt, ne de ciuitate in ciuitatem tranſeat vel Epiſcopus, vel præsbyter, vel diaconus. Si quis verò poſt hæc ſtatuta ſancti huius concilij tale aliquid agere tentauerit, infringetur omi genere huiuſcemodi conatus, & reſtituatur propriæ Eccleſiæ, in qua ordinatus eſt.

16 Si qui verò timorem Dei ante oculos non habentes, neque Eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes, receſſerint ab Eccleſia ſua, ſiue presbyter ſiue diaconus, vel in quocunque eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint, non debent ſuſcipi in C Eccleſia, ſed cum omni neceſſitate cogantur, vt redeant ad Eccleſiam ſuam: quòd ſi permanſerint, excommunicare eos oportet.

17 Si quis auſus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet, ordinare in ſua Eccleſia, cùm non habeat conſenſum Epiſcopi ipſius à quo receſſit clericus, irrita erit huiuſmodi ordinatio.

18 Quoniam multi clerici auaritiæ cauſa turpia lucra ſectantes, obliti ſunt diuini præcepti, quo dictum eſt. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſurã, fœnerantes centeſimas exigant: ſtatuit hoc ſanctum concilium, ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem vſuras accipere, vel ex quolibet tali negocio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad ſextuplum dare omnis, qui tale aliquid conatus fuerit ad quæſtum, deijciatur à clero, & alienus ab Eccleſiaſtico habeatur gradu.

D 19 Si quis confugit ad Eccleſiam catholicam de Paulianiſtis & Cataphygis, ſtatutum eſt rebaptizari eos debere. Si qui verò clerici erant apud eos, ſi quidem inculpati fuerint, & irreprehenſibiles, rebaptizati rurſus etiam ordinentur ab Epiſcopo Eccleſię catholicæ. Si verò examinati minus fuerint apti deprehẽſi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa diacones, & de omibus qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma ſeruabitur. Commemorauimus autem diaconiſſas, quæ in hoc ordine inuentæ ſunt, quæ nec manus impoſitionem aliquam habeant, vt omnimodò inter laicas habeantur. Similiter autem diaconiſſæ quæ in catholico canone non habentur, ſimili loco, id eſt laicæ tanquam non conſecratæ, deputentur.

20 Quoniam ſunt in die dominica quidam ad orationem genua flectẽtes, & in diebus Pentecoſtes, propterea eſt itaque ſtatutum à ſancta ſynodo,

Universidad de Deusto Biblioteca

quoniam consona & conueniens per omnes Ecclesias custodienda consue- E
tudo est, vt stantes ad orationem Domino vota reddamus.

SYMBOLVM EIVSDEM NICENI CONCILII.

CRedimus in vnum Deum patrem omnipotentem, visibilium & inuisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, natum de patre vnigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum de Deo, lumẽ de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, id est, vnius substantiæ cum patre (quod Græci homoüsion dicũt) per quem omnia facta sunt, quę in cœlo & in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est, atque homo F
factus est, passus, mortuus est, & resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, venturus iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quod ex nullis existentibus factus est, aut ex aliqua substantia vel natura, cum dicẽtes esse mutabilem, & conuertibilem filium Dei perhibendo, hos anathematizat & condemnat catholica & Apostolica Ecclesia. Hæc est fides quam exposuerunt patres primum quidem aduersus Arrium blasphemum, dicentẽ creaturam esse filium Dei, & aduersus omnem hæresim, Sabellij, Fotini, Pauli Samosatheni, Manichæi, Valentini, Martionis, & aduersus omnẽ omninò hæresim, si qua insurrexerit contra catholicam Ecclesiam, quam omnes cõdemnauerunt in Nicæa congregati Episcopi trecenti decem & octo.

G

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM, HABITVM AB CL. Episcopis, sub Theodosio maiore, Siagrio & Eucherio cons. era. CCCCXIX. aduersus Macedonium.

HAE regulæ siue definitiones sunt expositæ ab Episcopis CL. qui in vnum Constantinopolim conuenerunt, quando beatus Nectarius Episcopus ordinatus H
est, damnato Maximo Cynico, quorũ nomina & prouinciæ continentur in Græco.

1 Canon primus: Non spernendam esse fidem patrũ trecentorũ decem & octo, qui in Nicæa Bithyniæ cõuenerunt, sed manere eam ratam oportet: & anathematizare omnem hæresim, specialiter autem Eunomianorũ, imò Anomianorum, qui Latinè sine lege dicuntur, & Arrianorum, siue Eudoxianorum semina Arrianorum, nec non Pneumatomachorum, id est qui contra Spiritum sanctum pugnant: & Sabellianorum & Marcellianorum & Fotinianorum & Apollinaristarum.

2 Episcopi qui extra diœcesim sunt, ad Ecclesias quæ extra terminos eorũ sunt,

A sunt, non accedant, neque confundant & permisceant Ecclesias secundum regulas constitutas. Alexandriæ quidem Episcopi solus Orientis curam gerant, seruatis honoribus primatus Ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicenæ synodi continentur. Sed & Asianæ diœcesis Episcopi ea quæ sunt in Asia, & quæ ad Asianam tantummodo diœcesim pertinent, gubernent. Ponti autem Episcopi, Ponticæ tantum diœcesis habeant curam. Thraciæ verò, ipsius tantummodo Thraciæ.

3 Non inuitati Episcopi vltra diœcesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscunque disponendis ecclsiasticis causis, seruata regula, quę suprà scripta est, de vnaquaque diœcesi: manifestum namque est, quòd per singulas quasque prouincias prouincialis synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea quæ sunt in Nicæa definita.

B 4 Ecclesias autem Dei, quę sunt in barbaricis gentibus constitutæ, regere atq; administrare oportet secundum consuetudinem, quæ à patribus obtinuisse dinoscitur.

5 Constantinopolitanę ciuitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum, propter quod sit noua Roma.

6 Propter totius indisciplinationis eius doctrinam quæ Constantinopoli orta est, vt neque maximus fuisse aut esse etiam putetur Episcopus statutum est, neque hi qui ab eo sunt ordinati qualemcũque gradum clericatus obtineãt, omnibus scilicet quæ circa eũ vel ab eo gesta sunt, in irritũ reuocatis.

SYMBOLVM EIVSDEM CONCILII. CONSTANTINOPOLITANI.

C CRedimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, vnigenitum ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumẽ ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homoüsion patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quę in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus est, passus sub Pontio Pilato, ac sepultus, & tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris, inde venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus in Spiritum sanctum Dominum & viuificatorem ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum & conglorificandum, qui locutus est per
D Prophetas, vnam catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi, Amen.

Nomina CL. Sectarius Constant. Timotheus Alexandriæ, Dorotheus à Corintho, Cyrillus Hierosolymitanus, Calasius Cæsarien. Macer Hiericontius, Diony. Diospolitanus, Priscianus Nicopolitanus, Saturninus Sebastien. Auxentius Ascalo. Elianus Ranienſis, Zenon Tyrius, Paulus Sydo. Deisbus à Ptolemaida, Philippus Damasc. Varachus Peneaclensis, Timotheus, Basilides, Abbibo, Mochinius Araclensis, &c.

SYNO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SYNODVS EPHESINA PRIMA DVCENtorum Episcoporum, habita aduersus Nestorium Constantinopolitanum Episcopum, qui purum hominem ex sancta virgine Maria natum asseruit, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, nec vnum Christũ in verbo Dei & carne sentiret: sed separatim atque seiunctim alterum filium Dei, alterũ hominis prædicaret. Conuenit autẽ hæc synodus Theodosio iuniore tertiodecimo, & Valentiniano tertio consulibus, Era. CCCCLXVIII. Cui synodo præsedit beatiss. quondam Cyrillus Alexandriæ Episcopus, qui cum omni concilio ad eundem Nestorium hæc synodalia decreta transmisit.

EPISTOLA EPHESINI CONCILII AD Nestorium.

RELIGIOSO & Deo amabili consacerdoti Nestorio Cyrillus, vel quicunq; sunt apud Ephesi synodũ. Cùm saluator noster apertè pronũciet, qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus: & qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus: quid nos patiemur, qui deposcimur à tua religione, vt te super Christum saluatorẽ omnium diligamus? Quid enim nobis in die iudicij proderit, aut quam satisfactionem repriree poterimus propter tam diuturnum silentiũ de prolatis à te contra eum blasphemijs? Et si quidem te tantummodò lęderes, docẽs ista vel sentiens, sollicitudo nobis minor existeret. Cùm verò totam scandalizaueris Ecclesiam, & fermentũ insolitæ prauitatis & nouę hæresis miscueris in populis, nec tantùm ibidem positis, sed vbiq; consistentibus (nam tuarum expositionum libri per cuncta vulgati sunt) pro nostro silẽtio quæ oratio vltra vel excusationis sermo sufficiat? Aut quomodo non necesse sit meminisse Christi Dñi sic dicẽtis? Non putetis quòd venerim pacem mittere in terrã: nõ veni pacẽ mittere sed gladiũ: veni em̃ separare hoĩem aduersus patrẽ suum, & filiã aduersus matrẽ suã. Nam cùm læditur fides, parẽtum reuerẽtia velut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fratresq; vitatur, ad postremũ etiam super ipsam vitã mors potiùs à pijs viris eligitur, vt meliorẽ resurrectionem (sicut scriptum est) cosequantur. Ecce itaq; te simul cum sancta synodo, quę apud amplam vrbem Romam cõgregata est, præsidente sanctissimo & reuerendissimo patre consacerdote nostro Cœlestino Episcopo, his scriptis synodicis te etiam tertiò conuenimus, consilium dantes, vt à tam prauis abstineas dogmatibus, quæ & sentire cognosceris & docere: recipias verò fidem rectam Ecclesijs per beatissimos Apostolos & Euangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri verbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, iuxta dilationem literis pręfinitam sanctissimi & reuerendissimi cõsacerdotis nostri Romanæ præsulis

sulis Ecclesiæ Cœlestini, scias te nullam sortem habere nobiscum, nec locum aut conuiuium cum Dei sacerdotibus & Episcopis obtinere. Nõ enim fas est conteri non solùm Ecclesias ita turbatas & scandalizatas populis, fidemq; rectissimam violatam dissipatamq; ,quin etiam gregem quem custodire debueras, si quidem iuxta nos amator recti dogmatis extitisses, sanctorum patrum vestigia pia consectans. Omnes itaq; quos propter fidem tua religio à communione remouit, aut ab ordine suo deposuit laicos & clericos in nostram communionem recipimus: non enim iustum est eos tuis decretis opprimi, qui nouerunt recta sentire, qui etiam benefacientes tibi prudentissimè restiterunt, hoc idem nanq; in Epistola quam misimus ad præsulem amplæ Romæ sanctum & Coẽpiscopum nostrum Cœlestinum significare curasti. Non autem sufficit vel tuæ religionis tantummodo fidei symbolum cõfiteri, quod expositum est per idem tempus, spiritu sancto largiente, & venerando & magno concilio apud Nicæam congregato. Hoc enim non intellexisti, nec rectè interpretatus es, quinimò peruersè, licet sono vocis eadem verba protuleris. Sed consequens est etiam iureiurando fateri te quod anathematizes quidem tua polluta & prophana dogmata, sentias autem & doceas quæ nos vniuersi per orientem seu per occidentem Episcopi & magistri, præsulesque populorum credimus & docemus. Epistolis autem ab Alexandria tuæ religionis directis Ecclesia consensum præbuit, tam ea quæ apud vrbem Romanam conuenit sancta synodus, quàm etiam nos omnes velut rectè irreprehensibiliterque conscriptis. Subdidimus autem his nostris, quæ sentire oporteat & docere, & à quibus abstinere conueniat: hæc est enim catholicæ Ecclesię, cui cũcti cõsentiunt orthodoxi per orientẽ occidentẽq; Pontifices.

CRedimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium conditorem. Et in vnũ Dominũ nostrũ Iesum Christũ filium Dei, natum de patre vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumẽ ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, homousion patris, hoc est, vnius cum patre substãtiæ, per quẽ omnia facta sunt in cœlo & in terra: qui propter nos homines & propter nostrã salutẽ descendit de cœlis. Et incarnatus est, & homo factus passus est, & resurgẽs tertia die ascẽdit in cœlos, inde vẽturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritũ sanctũ. Eos aũt qui dicunt, erat tempus quando nõ erat, & antequã nasceretur non erat, & quia ex nullis existentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia esse dicunt, aut conuertibilẽ vel cõmutabilẽ Dei filiũ anathematizat catholica Ecclesia. Sequentes itaque omniũ sanctorum patrũ cõfessiones, quas loquente in eis sancto spiritu protulerunt, & intentioni quæ est in eorũ intellectibus æquis vestigijs inhærentes, atque iter ambulantes regiũ, profitemur quòd ipsum vnigenitũ Dei verbũ natũ ex ipsa patris essentia, de Deo vero Deus verus, lumẽ de lumine, per quẽ omnia facta sunt, siue in cœlis siue in terra, salutis nostra causa descendẽs ad exinanitionẽ sese dignatus est inclinare, natus aũt & homo factus, id est, carnem de virgine sancta suscipiens, eamq; propriã faciens, natiuitatem nostram ea ex vulua sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abijciens. Nam licet factus sit in assumptione carnis & sanguinis, tamen etiam quod erat Deus natura scilicet & veritate persistens. Nec carnem itaq; dicimus in naturam deitatis esse conuersam, nec in substãtiam carnis inseparabilẽ Dei verbi essentiã commutatam. Inconuertibilis est enim & incõmutabilis, idemq; ipse iuxta scripturas iugiter manens. Visus est

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem & paruulus, positusq; in cunabilis, & finibus genitricis virginis con- B
stitutus vniuersam creaturam replebat, vt Deus genitori suo indiuisus existe-
ret. Quod enim diuinum est, sine quantitate, & sine mole cognoscitur. Nec
vllis terminis contineri verbum Dei secundum subsistentiam confitentes, v-
num adoramus filium & Dominum Iesum Christum, non seorsum ponẽtes,
& determinantes hominẽ Deum velut inuicẽ sibi dignitatis & auctoritatis
vnitati cõiunctũ, hoc enim nouitas vocis est, & nihil aliud: nec itẽ Christum
specialiter nominãtes Dei verbũ, quod ex Deo est nec alterũ similiter Chri-
stũ specialiter, qui de muliere natus est, sed vnũ solũmodo Christũ Dei patris
verbũ cũ propria carne cognosci. Tunc enim etiã iuxta nos vnctus est, quã-
uis spiritũ dignis ipse contulerit, & nõ ad mensurã, sicut beatus Ioãnes Euan
gelista asseruit. Sed nec illud dicimus, quod Dei verbũ velut hominẽ cõmu-
nem qui de sancta virgine natus est habitauerit, nec Deũ homo Christus ha P
bitatorẽ posidere credatur. Quanuis enim habitauerit in nobis, & dictũ sit
in Christo habitare omnẽ plenitudinẽ deitatis corporaliter, attamen intelli-
gimus verbum quod caro factum est, non sicut in sanctis habitare dicitur,
nec talem in ipso habitationem factam definire tentabimus, sed vnus iuxta
naturam nec in carnem penitus commutatus talem sibi fecit habitationem,
qualem & anima hominis habere creditur, ad proprium corpus. Vnus igitur
est Christus & Dominus, non velut coniunctione qualibet in vnitate digni-
tatis & auctoritatis hominis habentis ad Deum. Non enim potest vnire na-
turam sola dignitatis æqualitas. Deniq; Petrus & Ioannes æqualis sunt ad al-
terutrum dignitatis, propter quod Apostoli & sancti discipuli esse monstrã-
tur, veruntamen vterq; non vnus est. Nec iuxta collationem vel connexionẽ
modum coniunctionis aduertimus, hoc enim ad vnitatem non sufficit na- G
turalem: nec secundum participationis effectum nos etiam sicut adhærentes
Dominovnus cum eo spiritus sumus, imò potiùs coniunctionis nomen eui-
tamus, tanquam non existens idoneum quod significat vnitatis arcanũ. Sed
neq; Deum aut Dominũ Christi verbum Dei patris asserimus, ne iterum ma-
nifestius in duo diuidamus, vnũ Christũ filiũ & Dominũ & in crimẽ sacri-
legij recidamus, Deum illi seipsum facientes & Dominum. Vnitus quippe si-
cut superiùs diximus Deus verbum carni secũdum substantiã, Deus quidem
est omniũ & dominator vniuersitatis. Veruntamẽ nec seruus est sibiipsi nec
Dominus, quoniã ineptũ est vel potiùs impium hoc sentire vel dicere. Quã-
uis enim dicat Deũ suum patrẽ, cum sit Deus & de substantia eius, tamẽ nul-
latenus ignoramus, quòd manens Deus, homo quoq; factus est, qui sub Deo
debitã legẽ naturæ humanitatis assumeret. Ipse verò sibi quomodo vel Deus H
poterit esse vel Dominus? ergo sicut homo quantũ decẽter exinanitionis mẽ
suræ cõgruit sub Deo esse, nobiscum esse decreuit. Hoc etiã quomodo sub
lege factus est, quãuis ipse promulgauerit legẽ, & legislator vt Deus existeret,
cauemus de Christo dicere. Propter assumentẽ veneror assumptũ. Et propter
inuisibilẽ adoro visibilẽ. Horrendũ verò super hoc est etiã illud dicere, is qui
susceptus est cũ eo qui suscipit, nũcupatur Deus. Qui enim hæc dicit, diuidit
iterũ in duos Christos eũ qui vnus est, hominẽ seorsum in parte, & Deum si-
militer in parte constituẽs. Euidenter enim denegat vnitatẽ, secundũ quã nõ
alter cũ altero coadoratur, aut nuncupatur Deus, sed vnus intelligitur Chri-
stus Iesus filius Dei vnigenitus, vna seruitute cum propria carne venerandus.
Cõfitemur etiã quod idẽ ipse q̃ ex Deo patre natus est filius vnigenitus Deus,
licet iuxta

A licet iuxta naturam suam expers passionis extiterit, pro nobis tamẽ secundũ
scripturas carne percussus vel ppessus sit, & erat in crucifixo corpore propriẽ
carnis impassibiliter ad se referens passionem. Gratia verò Dei pro omnibus
gustauit mortem, tradens & proprium corpus, quamuis & naturaliter ipse
vita sit, & resurrectio mortuorum. Nam vt mortem ineffabili potentia pro-
culcaret, ac pius in sua carne primogenitus Deus, licet iuxta naturã suã mor-
tis expers, ex mortuis fieret primitiæ dormientiũ, viamq; faceret humanæ
naturæ ad incorruptionis recursum, gratia Dei sicut suprà dictũ est, pro ho-
minibus gustauit mortem, & tertia die resurgens expoliauit infernũ. Idcirco
q̃uis dicatur, quòd per hominẽ facta sit resurrectio mortuorũ, tamẽ intelligi
mus hominẽ factũ verbũ quod ex Deo est, & per ipsum mortis imperiũ fu-
isse destructũ. Veniet aũt tẽporibus præfinitis sicut est vnus filius & Domin'
B in gloria patris, vt iudicet orbẽ terrarũ in æquitate, sicut scriptura testatur.
Necessariò igitur & hoc adijcimus: annũciantes enim sicut secundũ carnem
mortẽ vnigeniti filij Dei, id est, Iesu Christi & resurrectionẽ eius, & in cœlis
ascensionẽ pariter cõfitentes, incruentã celebramus in Ecclesijs sacrificij ser
uitutẽ: sic etiã ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur parti-
cipes sancti corporis & preciosi sanguinis Christi omniũ nostrũ redẽptoris
effecti, nõ vt communẽ carnẽ percipientes (quod absit) nec vt viri sanctifica
ti & verbo cõiuncti secundũ dignitatis vnitatẽ, aut sicut diuinã possidẽtes ha
bitationẽ, sed verè viuificatricẽ & ipsius verbi propriã factã. Vita enim natu
raliter vt Deus existens, quia propriè carne vnitus est, viuificatricẽ eum esse
professus est. Et ideo quãuis dicat ad nos, Amẽ amen dico vobis, nisi mandu Ioan. 6.
caueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non tamẽ eam vt ho-
C minis vnius ex nobis existimare debemus: quomodo enim iuxta naturã suã
viuificatrix esse caro poterit hominis? sed vt verè propriã eius factã, qui prop
ter nos filius hominis est factus & vocatus. Eas autem voces, quas saluator in
Euangelijs protulit, non in duabus substãtijs aut personis omninò patimur.
Non enim duplex est vnus Christus & Deus solus, quamuis ex duabus diuer
sisq; rebus ad vnitatem cognoscitur indiuiduam cõuenisse, sicut homo quo
que ex anima constat & corpore, non duplex vnus, sed potiùs est ex vtroq;.
Humanas ergo & diuinas insuper voces ab vno Christo dictas adimaduer-
tentes rectè sentimus. Cùm enim de duobus dignissimè loquitur de seipso:
Qui me videt, videt & patrem: & ego & pater vnum sumus: diuinam eius in-
telligimus ineffabilemq; naturam, secundum quam vnus est cum patre suo
propter vnam eandemq; substantiam, imago & character, splendor gloriæ ei
D eius existens. Cùm verò humanæ naturæ mensuram nullatenus ignorans lu-
dæos alloquitur: Nunc me quæritis occidere hominem qui veritatem loquu
tus sum vobis: item non minus eum, qui in similitudinem & æqualitatem pa
tris est, Deum verum etiam in mensuris humanitatis eius agnoscimus. Si au-
tem necessariò creditur, quòd natura Deus existens, factus sit caro, imò poti-
ùs homo animatus anima rationali, quæ causa est, vt in eius quilibet vocibus
homo erubescat, si eas homine dignas effatus est? Quòd si sermones homini cõgru
entes abijcit, iuxta nos hominem fieri quid coẽgit? Cùm verò se propter nos
ad exinanitionẽ spontaneam misericorditer inclinauerit, quam ob causam
dignos examinationẽ sermones effugerit? Vni igitur personæ cuncta eius in
Euangelio ascribimus, vni substantiæ verbi scilicet incarnati, quia vnus est
Dominus Iesus Christus, vt scriptum est. Appellatum verò ab Apostolo Põti
ficem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficem confessionis nostræ tanquam sacrificantem Deo & patri fidei nostræ B
confessionem, quæ à nobisipsis ipsi Deo patri incessanter offertur, iterum ip
sum esse dicimus ex Deo secundum Naturam filium vnigenitum, nec homi-
Psalm. 93. ni præter eũ alteri sacerdotij nomen & officium deputamus, factus est enim
mediator Dei & hominum, reconciltator ad pacem, semetipsum Deo & pa
tri pro nobis offerens in odorem suauitatis. Ideoque dicebat: Sacrificium &
oblationem noluisti, holocausta pro peccato non tibi placuerunt, corpus
autem perfecisti mihi, tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptũ est de me,
vt facerem Deus voluntatem tuam. Obtulit enim proprium corpus non pro
se, sed pro nobis in odorẽ suauitatis. Nam qua pro se, vel oblatione, vel sacri-
ficio indigeret, omni peccato liber vt Deus existens? Quòd si omnes pecca-
uerint, & egent gloria Dei, secundum hoc quod sumus, ad mutabilitatis ex-
cessum proniores effecti peccatis ægrotauit humana Natura. Ipse verò non F
ita: ideoq; nos gloria eius egemus. Cur erit vltra iam dubium, quod agnus ve-
rus pro nobis sit immolatus? Qui autem dicit, quia seipsum tam pro se, quàm
pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimẽ effugiet, cùm nihil prorsus
iste deliquerit, nec vllum fecerit omnino peccatum. Qua igitur egeret oblati
one, nollo suo existente facinore? pro quo si esset satis admodum conuenien-
ter offerret.

De spiritu quoq; cùm dicit, Ille me clarificabit, hoc rectissimè sentientes,
vnum Christum Dominum & filium non velut alterius egentem gloria con-
fitemur à spiritu sancto gloriam consecutum, quia eius spiritus, nec melior
nec superior ipso est. Sed quia humana opera faciens ad demonstationẽ suæ
deitatis, virtute proprij spiritus vtebatur, ab ipso glorificari dicitur, quod vir
tus sua vel disciplina quælibet vnumquenque clarificet. Quamuis enim in G
sua sit substantia spiritus eius, & intelligatur in persona proprietas, iuxta id
quod spiritus est, & non filius, attamen alienus ab illo non est. Nam spiritus
appellatus est veritatis, & veritas Christus est, vnde & ab isto similiter sicut ex
Deo patre procedit. Deniq; hic & ipse spiritus etiam per sanctorum manus
Apostolorum miracula gloriosa perficiens Dominũ glorificauit Iesum Chri
stum, postquam ascendit in cœlum. Nam creditus est Christus natura Deus
existens, per suum spiritum virtutes efficiens: ideoq; dicebat, de meo accipi-
et, & annunciabit vobis. Nequaquam verò participatione alterius idem spi-
ritus sapiens aut potens dicitur, quia per omnia perfectus est, & nullo pror-
sus indigens bono. Nam paternæ virtutis & sapientiæ, id est, filijs spiritus cre-
ditur, & ideo ipse re & subsistente virtute virtus & sapientia comprobatur.
Igitur quia Deum carne vnitum iuxta subsistentiam sancta virgo corpo- H
raliter peperit: idcirco eam Dei genitricem esse profitemur, non quod ver-
bi Natura existendi principiũ de carne sortita sit. Erat enim in principio ver
bum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipse conditor secu
lorum patri coæternus & vniuersitatis conditor: sed quod superiùs dixim⁹,
iuxta subsistentiam sibimet vniens humanã naturam, natiuitatem sustineret
ex ipsa vulua corporea. Non quod eguerit necessariò propter suam naturam
natiuitate quæ est in extremis seculi facta temporibus, sed vt ipsas benedice-
ret substantiæ nostræ primitias. Et dum Deum carne vnitũ mulier ædidisset,
illa quæ aduersus omne genus humanũ maledictio fuerat prolata, desineret
nec iam morti nostra corpora destinaret. Illud quoque quod dictum est. In
tristitia paries filios, ipse dissoluens verum esse monstraret, quod Prophetæ
voce

A voce prædixerat: Absorpta est mors in victoria. Et iterum: Abstulit Deus o-
mnem lacrymam ab omni facie. Propter hanc enim causam dicimus eum di
spensatoriè, & ipsis tunc benedixisse nuptijs, cùm in Cana Galilæę cum san-
ctis vocatus fuit Apostolis. Hæc sapere edocti sumus tam à sanctis Aposto-
lis quàm Euangelistis, & ab omni scriptura diuinitùs inspirata, nec nõ & à be
atis patrum confessionibus veritate subnixis. His omnibus etiam religionẽ
tuam concordare, & præter aliquẽ dolũ consentire cõuenit. Quæ verò huic
religioni tuæ anathematizare necesse est, huic Epistolæ nostræ subiecta sunt.

CONCILII EPHESINI DECRETA. I.

B
SI QVIS non confitetur Deũ esse veraciter Emmanuel, & pro-
pterea Dei genitricem sanctam virginem: peperit enim secundũ
carnem, carnem Dei factum verbum, secundum quod scriptũ
est, verbum caro factum est, anathema sit.

2 Si quis non confitetur carni secundum substantiam vnitum Dei patris
verbum, vnumque esse Christum cum propria carne eundem, scilicet Deum
simul & hominem, anathema sit.

3 Si quis in vno Christo diuidit substantias post vnitatem, sola eas conne-
xione coniũgens ea, quæ secundum carnis dignitatem fit, vel etiam auctori-
tatem & potestatem, ac non potiùs conuentu, qui per vnitatem factus est, na
turalem, anathema sit.

C 4 Si quis personis duabus vel subsistẽtijs eas voces, quæ in Apostolicis scri
ptis continentur & Euangelicis diuidit, vel quæ de Christo dicuntur à san-
ctis vel ab ipso, & aliquas quidem ex his velut homini, qui præter Dei ver-
bum specialiter intelligatur, aptauerit, illas autem tanquam dignas Deo soli
Dei patris verbo deputauerit, anathema sit.

5 Si quis audeat dicere hominem Christum theophoron, id est, Deiferum,
ac non potiùs Deum esse veraciter dixerit, tanquam filium per naturam se-
cundum quod verbum factum est caro, & communicauit similiter vt nos
carni & sanguini, anathema sit.

6 Si quis dicit Deum esse vel Dominum Christi Dei patris verbum, & non
magis eundem ipsum confitetur Deum simul & hominem, propterea quod
verbum caro factum est secundum scripturas, anathema sit.

D 7 Si quis velut hominem Iesum operante Deo verbo dicit adiutum, & vni-
geniti gloriam tanquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

8 Si quis audet dicere, assumptum hominem coadorandum Deo verbo, &
conglorificandum & connuncupandum Deum tanquam alterum cum alte
ro: nam *cum* syllaba superadiecta hæc cogit intelligi: ac non potiùs vna suppli
catione veneratur Emmanuel, vnamque ei glorificationem dependit, iuxta
quod verbum caro factum est, anathema sit.

9 Si quis vnum Dominum Iesum Christum glorificatum dicit à spiritu
sancto, tanquam qui aliena virtute per eum vsus fuerit, & ab eo acceperit ef-
ficatiam contra immundos spiritus, posse & coram hominibus diuina signa
perficere, ac non potius proprium fatetur eius spiritum per quem diuina sig-
na expleuit, anathema sit.

Universidad de Deusto Biblioteca

10 Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum di E
uina scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorẽ
suauitatis Deo & patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit
factum non ipsum Dei verbum, quando caro factum est, & homo iuxta nos
homines, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere,
aut qui dicit, quòd pro se obtulisset semetipsum oblationẽ, & non potiùs p
nobis solis, nõ enĩ eguit oblatiõe qui peccatũ omĩnò nasciuit, anathema sit.

11 Si quis non confitetur carnem Domini viuificatricem esse, & propriam
ipsius verbi Dei patris, sed velut alterius præter ipsum coniuncti eidem per
dignitatem, aut quasi diuinam habentis habitationem, ac non potiùs viuifi-
catricem esse, quia facta est propria verbi viuificare valentis, anathema sit.

12 Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne,
& mortem carne gustâsse, factum primogenitum ex mortuis secũdum quod
vita est, & viuificator vt Deus, anathema sit.

13 Ait igitur magna & sancta synodus, ipsum qui est ex Deo patre naturali
ter natus, filium vnigenitũ Deũ de Deo vero, lumen de lumine, per quẽ & cũ
quo omnia fecerit pater, hunc descendisse, incarnatum esse, & hominem fa-
ctum, passum esse, & resurrexisse tertia die, ascendisse rursus in cœlos. Hæc
nos sequi verba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, con-
siderantes quid sit incarnatum esse, & hominem factum Dei verbum. Non
enim dicimꝰ quòd Dei natura conuersa vel immutata sit, sed magis quòd car
nẽ animatam anima rationali sibi copulauerit, verbumq; substantialiter inef
fabiliter & incõprehensibiliter factus sit homo, & nũcupatus sit etiã filius
hominis, non nuda tantũmodo volũtate, sed nec assumptione sola personæ,
sed quòd diuersæ quidẽ naturæ in vnũ conuenerũt, vnus tamẽ ex ambobus G
Christus & filius nõ euacuata vel sublata diuersitate naturarũ per cõiunctio-
nes, sed quia simul nobis effecerunt, vt vnum Deum & Christum & filium,
id est, diuinitas & humanitas per arcanam illam ineffabilemq; copulationẽ
ad humanitatem. Itaq; is qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex
muliere carnaliter est procreatus. Non quia diuina ipsius natura de sacra vir
gine sumpsit exordium, nec propter seipsum opus habuit secũdo nasci post
illam natiuitatem, quam habebat ex patre. Est enim ineptum & stultum hoc
dicere, quòd is qui ante omnia secula & consempiternus patri, secũdæ gene-
rationis eguerit, vt esse inciperet: sed quia propter nostram salutem naturam
sibi copulauit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur esse natus
carnaliter. Neque enim primùm natus est homo communis de sancta virgi-
ne, & tunc demum inhabitauit in eo verbum, sed in ipsa vulua vteroq; virgi- H
nali secum carnem coniunxit & sustinuit generationem carnalem, carnis
suæ natiuitatem faciens. Sic illum diximus passum esse & resurrexisse, non
quia Deus verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clauos, & transfixio-
nes, aut alia vulnera susceperit: Deus nanq; incorporalis & extra passionem
est: sed quia corpus illud quod ipsius proprium factũ est, hoc sustinuit. Ideo
hæc omnia pro nobis ipsis dicitur passus: inerat enim in eo corpore quod
patiebatur Deus qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelli-
gimus: immortale enim & incorruptibile est naturaliter & vita & viuificans
Deus verbũ: sed quia corpus ipsius proprium gratia Dei, iuxta Pauli vocem,
pro omnibus mortẽ gustauit, idcirco ipse dicitur mortem passus pro nobis.
Non quòd ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet
(insania

A (insania enim est hoc velsentire vel dicere) sed quòd (vt diximus) vera caro
ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carne ipsius rursus resurrectionem
dicimus, non quia in corruptionem ceciderat (quod absit) sed quia eius re-
surrexit corpus. Ita Christum vnum, & Dominum confitemur, non tanquã
hominem cum verbo coadorãtes, vt diuisionis quædam species inducatur,
sed vnum iam & eundem adorantes, quia non est alienum à verbo corpus su-
um, cum quo ipse etiam assidet patri. Nec hoc ita dicimus quasi duobus filijs
assidentibus, sed vnà cum carne per vnitatem: quia si talem copulationm fa-
ctam per substantiam, aut quasi præpassibilem, aut quasi parũ decoram volu
erimus accipere, in id incidemus, vt duos filios esse dicamus. Necesse est enim
discernere, & dicere hoĩem separatim fuisse, sola filij appellatiõe honoratũ,
& rursus verbum quod est ex Deo in homine, in veritate filium Dei. Sed dis-
B cernere in duos filios non debemus vnũ Dominum Iesum Christum. Neque
enim adiuuat rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationẽ, nescio quã
perhibeant personarum. Non enim dicit scriptura, verbum Dei personam si-
bi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse. Id aũt est ostendere Dei ver-
bũ similiter ac nos principium habuisse carnis & sanguinis, & corpus no-
strũ propriè suũ fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abiecta vel
deposita deitate, vt generationẽ illã amitteret, quã habebat ex patre, sed mã-
sisse etiam in assumptiõe carnis Deum quod erat. Hoc itaq; rectæ fidei ratio
protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse comperimus, ideoq; illi nõ du-
bitauerunt sanctam virginem dicere theotocon, non quia verbi natura dei-
tasque in sancta virgine sumpsit exordium, sed quòd ex ea natum sit sacrum
illud corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatũ Dei ver-
C bum, carnaliter natum esse dicitur. Hæc igitur pro charitate in Christo scri-
bo tibi, quærẽs tanquã fratrem & contestans coram Deo & electis eius An-
gelis, vt hæc nobiscum sentias simul & doceas, vt Ecclesiarũ pax saluetur, &
concordiæ charitatisq; vinculum indissolubile maneat sacerdotibus.

CONCILIVM CHALcedonense D. C. XXX. Episcoporum Valentiniano VI. & Ahino consulibus, Eras. CCCC LXIX. aduersus Euticen & Dioscorum.

D

CONSVLATV pijssimi & amatoris Christi, Flauij Martiani perpetui Augusti, die Idus Octobris, synodus facta in Calcedonensi ciuitate metropoli prouinciæ Bithyniæ, ex decreto synodorum & fidelissimorum verborum Imperatorũ Valentiniani & Martiani, conuenientibus in Ecclesia sanctæ ac triumphatricis martyris Leufemiæ, gloriosissimis principibus, id est, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum, ex præfecto & ex consule patritio Anatholio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto sacri prætorij præfecturæ Palladio, & ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

gnificentissimo præfecto vrbis Tatiano, & magnificentissimo & gloriosissi E
mo magistro diuini officij Vincemalo, & magnificentissimo, & gloriosissimo magistro Martiali, & gloriosissimo & magnificentissimo comite domesticorum Sporatio, & magno comite rerum priuatarum Genetholio, appositis etiam ex glorioso senatu, id est, magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto prætorij sexies ex consule ordinario & patritio Florentio, & magnificentissimo & gloriosissimo ex consule ordinario & patritio senatore, & magnificentissimo & gloriosissimo magistro ex consule ordinario patritio Nomo, & magnificentissimo & gloriosissimo ex præfecto & ex consule ordinario & patritio Protogenio, & magnificentissimo & gloriosissimo magistro ex præfecto Zoilo, & magno & glorioso ex præfecto vrbis Apollonio, & magnificentissimo ex pręposito vrbis Artaxerxe. Concilio autem totius orbis secundum diuinum præceptum in Chalcedona ciuitate congregato, id est, Paschasino & Lucentio Episcopis, & Bonifacio presbytero, conuenientibus legatis venerabilis & sancti Archiepiscopi antiquę Romæ Leonis, conueniente & sancto Anatholio Archiepiscopo magnificentissimo Constantinopolitano nouæ Romæ, & reliquis sanctissimis & reuerẽdissimis sexcentis triginta Episcopis. Ecce aduenientibus omnibus ante cancellos sancti altaris cum magnificentissimo & eximio senatu, aduenientе etiam pijssimo Imperatore Martiano in supradicta sanctissima Basilica, præsente etiam zelo diuino, calore fidei accensa, pijssima & fidelissima regina Augusta pulcherrima, sanctam synodum allocutus est sic: Cùm primùm per electionẽ in regnũ de secreto Dei prouecti sumus, inter tantas publicas vtilitates nullũ magis uos cõstrinximus ad negotiũ, quàm rectã & verã fidẽ Christianorũ, quæ sancta & veneranda consistit, indubitatã omnibus declarare. Ma- G
nifestũ est enim quòd ex auaritia vel vano studio, hi qui præcedentibus temporibus diuersa sapuerunt, & docuerunt populũ prout eis placuit, nõ prout conuenit, neq; quod veritas, aut doctrina patrũ exquirit, multi ad errorem seducti sunt: vnde sanctam synodum scilicet ad istam fieri perfectionem properamus, & laborem vobis arbitrati sumus imponere, vt omni errore caliginis deterso, secũdum quod ipsa diuinitas hominibus se fieri manifestam esse voluit, & patrum demonstrauit doctrina, sic fides nostra quæ pura & sancta consistit, in omnium ingrediens animas, propriæ veritatis effulgeat luce. De cætero audeat nemo, de natiuitate Domini & saluatoris nostri Iesu Christi aliud disputare, præter quod Apostolicum procemium. CCCXVIII. sanctorũ patrũ cõsonans huic dõctrinæ, tradidisse noscitur, sicut sanctissimi Papæ
Leonis, qui Apostolicum gubernat thronum, ad sanctæ memoriæ Flauianũ H
regiæ vrbis Constantinopolitanæ quondam Episcopũ testantur literæ: Nos enim ad confirmandam fidem, non ad ostendendam virtutem, exemplo Imperatoris Constantini, adesse synodo excogitauimus, ne in posterum multitudo populi institutiõibus prauis attracta inueniatur dissentiens: facile enim simplicitas quorundam cõmentis ceu locuti sumus vsq; nunc delusa est, qm̃ manifestè diuersorũ prauis doctrinis discordiæ & hæreses ostensæ sunt. Nobis autem omne studium adhibendum est, populum propter veram sanctãq; doctrinam idipsum sentiẽtem vni rectę applicare Ecclesiæ: Et ideo veram fidem catholicamq; etiam exponere secundum patrũ doctrinã, cõcordantib. animis vestris, vestra properet reuerentia, vt qualiter in Nicæna synodo vsq; in hoc tempore abscisso errore vera fides est hominibus cognita, sic & nunc per hanc

A per hanc sanctam synodum deposita nebula, quæ in eis paucis annis (vt superiùs diximus) ex prauitate & auaritia quorundã visa est exoriri, semper seruẽtur quæ statuta sunt. Erit quidem diuinæ prouidentiæ, quod piè fieri volumus in secula hoc conseruare firmissimè. Et post Regis hæc verba, omnes Episcopi clamauerũt Martiano nouo Cõstantino, multi anni Regi, multi anni reginæ, orthodoxis multi anni, Martiani amatoris Christi regnum in secula permaneat, digni orthodoxæ fidei amatoris Christi. Sit à nobis procul inuidia. Et post hæc Etius Archidiaconus Constantinopolis nouæ Romæ, & primicerius notariorum dixit: Nutu supernæ gratiæ, zelo diuino serenitatis vestræ, pijssimi, quibus à Deo omne regnum concessum est, Imperatores, circa sanctionem vestram congregata hæc sancta & magna totius mundi synodus, sicut cùm plurima multorum dierũ vacatione & diuina diligentia oẽm
B quidem in præterito, quomodo exorta est, contra rectam & inuiolabilẽ catholicam nostram fidem verbo veritatis discordiam effugauit, omnem abigendo innouationem, sicut in scriptis per secula quæ subsequuntur acta demonstrant. Terminum verò simplicem statuit diuinarum scripturarũ virtute munitum, & sanctorum ac beatissimorum in ipso conseruat sententiam, ad veram quidem scientiam syncerè legentium, & ad longæuam coronã vestri Imperij. Et habeo ipsum præ manibus, & si videtur nutui vestræ serenitatis perlegam. Pijssimus & fidelissimus Imperator dixit. Perlege. Etius Archidiaconus perlegit. Sancta & magna & venerabilis synodus, quæ secundũ gratiam Dei ex decreto pijssimorum Imperatorũ Valentiniani & Martiani Augustorum congregata est in Chalcedonensi ciuitate metropoli prouinciæ Bithyniæ, in Basilica sanctæ ac triumphatricis martyris Eufemiæ statuit,
C quæ subter comprehensa sunt.

DOminus & Saluator noster Iesus Christus fidei agnitione proprios cõ Ioan. 14.
firmans discipulos ait: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, vt nulla fidei dissensio in proximos oriatur, sed ex æquo veritatis prędicatio ostendatur. Sed quia non desinit malignus in ipsis pietatis seminibus zizania sua inserere, & noui aliquid aduersus veritatem semper excogitare, idcircò Dominus noster humano generi solito cupiens prouidere, pijssimum hunc & fidelissimum imperatorem erexit ad zelum, qui vndique sacerdotum Pontifices ad se conuocauit, vt gratia Domini nostri Iesu Christi cooperante, omnem mendacij pestilentiam ab ouibus Christi remoueat, easque veritatis germinibus reficiat, quod ex communi decreto peregrinas erroris quidem sectas abijcientes, & patrum rectam fidem renouantes, tre-
D centorum decem & octo symbolum omnibus prædicantes. Et velut horum domesticos centum quinquaginta patres, qui Constantinopolim conuenerunt, huic pijssimo titulo adscribimus, quoniam & ipsi eandem fidem subsignauerunt. Statuimus igitur ordinem, & omnes fidei formulas custodientes, etiam sanctam synodum Ephesi factam, cuius auctores fuerunt, venerabilis memoriæ Cœlestinus Romanæ vrbis, & Cyrillus Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotes, vt præfulgeat quidem rectæ & inculpabilis fidei expositio trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui in Nicæa sub Constantino piæ memoriæ Imperatore conuenerunt, contineatur & centum quinquaginta sanctorum patrum in vrbe Constantinopolitana decretum ad peremptionem quidem sectarum tunc pullulantium, confirmationem verò ipsius catholicæ atq; Apostolicæ nostræ fidei.

Universidad de Deusto Biblioteca

CRedimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium E
& inuisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, de patre natum vnigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum verum de Deo vero, natum non factum, Homousion patris, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quę in cœlo & quæ in terra, qui propter nos & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est. Homo factus passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nullis existentibus factus est, aut ex alia subsistentia vel substantia dicunt esse, aut conuertibilem filium Dei, anathematizat catholica & Apostolica Ecclesia, & idipsum centum quinquaginta patrum symbolum: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terrę, visibiliũ & inuisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verũ de Deo vero, natum non factum, Homiusion Patri, id est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, qui propter nos & propter nostram salutem descendit. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus, passus est sub Pontio Pilato, sepultus est, tertia die resurrexit à mortuis, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Dei patris, iterum venturus iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificandum, qui loquutus est per Prophetas. Vnam catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptisma G
in remissionem omnium peccatorũ. Expectamus resurrectionem mortuorũ, & vitam futuri seculi, Amen. Sufficeret quidem ad plenissimam pietatis agnitionem & confirmationem, cautissimum & salutare diuinę gratię symbolũ: de patre enim & filio, & Spiritu sancto doctrinam perfectam edocet, & incarnationem Dominicam fideliter suscipientibus manifestat. Sed quoniam hi qui prædicationem veritatis destruere conantur, quasdam propriæ hæreseos nouitates parturiunt: quidam enim mysterium pro nobis actum diuinæ dispensationis audent corrumpere, & vocem illam diuini patris factam ad virginem denegant: alij temperamentum confusionemq; inducentes, & vnã esse naturam carnis & deitatis insensatæ componentes, passibilem vnigeniti diuinam naturam tali cõfusione prodigiosè diuulgant. Idcircò omnem aduersus veritatẽ opponendã ab ipsis machinationẽ, volẽs excludere sancta & H
magna vniuersalis synodus, hanc prędicationẽ immobilẽ docẽs, statuit prącipuè trecentorũ decem & octo sanctorum patrum fidem incontaminatam manere. Et propter eos qui Spiritui sancto aduersantur, centũ quinquaginta patrum paulò posteriore tẽpore in vrbe Constãtinopolitana conuenientiũ, de substantia Spiritus sancti traditam doctrinã corroborat, quam etiam illi omnibus insinuauerunt, non quòd in præcedentibus aliquid deesset adijcientes, sed de spiritu eorundem intellectum, aduersus eos qui deitatis eius dominationem nituntur demergere, scripturarum testimonijs pleniùs manifestantes. Propter eos sanè qui dispensationis mysterium tentant corrumpere, & purum hominem esse, qui ex sancta Maria virgine natus est, imprudenter diuulgãt, beatissimi quondam Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotis synodicas

A nodicas epistolas, tam ad Nestorium quam ad cęteros per orientem cõgruas & sibi cõsentientes, suscepit, ad confutationem quidem Nestorianæ amentiæ, & ad interpretationẽ eorum qui religioso zelo salutaris symboli cupiũt intellectum. Quibus & epistolam sancti ac beatissimi primæ sedis Archiepiscopi Leonis scriptam ad Flauianum sanctæ recordationis Archiepiscopum, ad perimẽdam Euticetis malignitatem, quæq; magni Petri confessioni concordantem, communem quandam pugnam consistentem contra, eos qui nõ rectè glorificant, ad confirmationem catholicæ religionis euidenter subiunxit. Nam eos qui in duos filios dispensationis dominicæ mysterium scindere moliuntur execrati, & eos qui passibilem diuinitatem vnigeniti filij audẽt asserere, de concilio sacerdotum repellit, & eis qui in duabus naturis Christi permixtionem, vel confusiionem argumentantur, aduersatur. Et qui cœlestem aut alterius cuiusque substãtiam existere formam serui, quam ex nobis B
assumpsit, insaniendo asserũt, procul abijcit. Et eos qui duas ante adunationem naturas Dñi delirant, vnam verò post adunationem cõfingunt, anathematizat. Consentientes sanctis patribus, vnum eundemq; filium confiteri Dominum nostrum Iesum Christum consona voce edocemus, pariter perfectum eundem in deitate Deum, & hominem verum eundem ex anima rationali & corpore, secundum diuinitatem vnius cum patre naturæ, secundũ humanitatem eũdem vnius naturæ nobiscum, per omnia similem nobis absque peccato, ante secula quidem ex patre natum secundum diuinitatem: in nouissimis verò diebus eundem propter nos & propter nostram salutem hominem factum, hũc vnum eundemq; Christum filium Dominum vnigenitum in duas naturas, inconfusè, immutabiliter, indiuisè, inseparabiliter co-
C gnoscendum, in nullo naturarum differẽtias propter vnitatem perimendas: magis autem salua vtriusque naturæ proprietate & in vna coeunte persona, vnoq; statu cõcurrente, nõ in duabus personis partiẽdum, vel diuidendum, sed vnum eundemq; filium vnigenitum Deum verbum Dominũ Iesum Christum, sicut ab exordio Prophetæ de eo, & ipse nos erudiuit, & nobis tradidit symbolum. His itaq; cum omni vndiq; subtilitate & diligentia à nobis ordinatis, statuit sancta & vniuersalis synodus aliam fidem nulli licere profiteri, aut scribere, aut docere, aut dicere aliter. Qui autem audent exponere aliam fidem, aut proferre, aut docere aliud simbolum, volentibus conuerti ad scientiam veritatis, ex Gentilibus, ex Iudæis, vel hæreticis quibuscunq;, si quidem Episcopi aut clerici fuerint, alienos esse Episcopos ab Episcopatu, & clericos à clero. Si verò monachi vel laici fuerint, anathema fieri.

D

CONCILII CHALCEDONENSIS
DECRETA I.

REgulas sanctis patribus in vnaquaq; synodo vsq; nunc prolatas, proprium robur obtinere statuimus.

2 Si quis Episcoporum accepta pecunia ordinationẽ fecerit, & sub pretium deduxerit impretiabilem gratiã, atq; ordinauerit per pecunias Episcopum, siue Coẽpiscopum, siue presbyterum, siue diaconum, aut quemcunque alium qui connumeratur inter clericos, aut accepta pecunia ordinauerit œconomũ, id est, defensorem siue paramonariũ: quicunq; ergo hęc meditatus fuerit, siue conuictus fuerit, ipse quidẽ subeat gradus sui periculũ: & q̃ sic ordinatus

Universidad de Deusto Biblioteca

ordinatus fuerit, nullum habeat fructum ex huiusmodi mercimonio & crea E
tione probrosa, sed sit alienus & dignitatis & solicitudinis eius, quam per pe
cunias intrauit: sed & ille qui tam turpibus & illicitis intercessor apparuit, si
quidem clericus fuerit, de proprio discedat gradu, si verò laicus, siue mona-
chus fuerit, anathema sit.

3 Peruenit in sanctam synodum, quia de his qui in clero connumerantur,
quidam propter turpis lucri gratiam maiorum possessionum conductiones
& causas seculares suscipiunt, & seipsos quidem à ministerijs sanctis per desi-
diam separant, ad domos autem secularium concurrunt, & substantiarum
eorum gubernationes auaritiæ causa suscipiunt. Decreuit ergo sancta & ma-
gna synodus, neminem deinceps eorum, hoc est, non Episcopum, siue cleri-
cum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri secularbus procu-
rationibus, nisi fortè qui legibus ad minorum tutelas ætatum, siue curatio- F
nes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ipsius ciuitatis Episcopus Ecclesiasti-
carum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum, aut viduarum quæ
indefensæ sunt, aut earum personarum, quæ maximè Ecclesiastico indigent
adminiculo, propter timorem Dei. Si quis verò trãsgressus fuerit statuta, cor-
reptioni Ecclesiasticæ subiaceat.

4 Qui verè & purè solitariam eligunt vitam, digni sunt conuenienti ho-
nore. Quia tamen quidam monachi habitu vtentes indifferenter, per ciuita-
tes, nec non & monasteria, seipsos propria præsumptione commendant, pla-
cuit neminem, aut ædificare, aut constituere monasteria, aut oratorij domũ
sine conscientia ipsius ciuitatis Episcopi. Eos verò, qui per singulas ciuitates
seu possessiones in monasterijs sunt, subiectos esse debere Episcopo, & quie-
ti operam dare, atque obseruare ieiunia & orationes in locis, in quibus semel G
Deo se deuouerunt permanentes, & neq; communicare Ecclesiasticas neque
seculares aliquas attrectare actiones relinquentes propria monasteria, nisi
fortè iubeantur propter vrgentes necessitates ab ipsius ciuitatis Episcopo: &
neminem seruorum suscipi in monasteriũ, vt sit cum eis monachus, nisi cum
Domini proprij conscientia. Prætereuntem verò hæc, decreuimus extra cõ-
munionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. Conuenit ergo ciuitatis
Episcopo, curam solicitudinemq; necessariam monasterijs exhibere.

5 Propter eos Episcopos siue clericos qui de ciuitate ad ciuitatẽ transeũt,
placuit definitiones datas à sanctis patribus habere propriam firmitatem.

6 Neminem absolutè ordinari presbyterum vel diaconum, nec quemlibet
in Ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in Ecclesia ciuita-
tis siue possessiõis, aut in martyrio, aut in monasterio hic qui ordinatur, me- H
reatur ordinationis publicare vocabulum. Eorum qui absolutè ordinantur,
decreuit sancta synodus vacuam habere manus impositionem, & nullũ tale
factum valere ad iniuriam eius qui eum ordinauit.

7 Eos qui semel in clero taxati fuerunt, siue in monasterijs deputati, decre-
uimus neq; ad militiã, neq; ad honores seculares venire. Eos autem qui hoc
ausi fuerint facere, & non actum rei pœnitere maluerint, vt ad hoc idem re-
uertantur, quod ante obtentum Dei proposuerunt sibi, anathematizari.

8 Clerici in parœcijs, monasterijs, aut martyrijs constituti, sub potestate
sint eius, qui in ea est ciuitate Episcopus, secundum traditionem sanctorum
patrum, nec per præsumptionem recedant à suo Episcopo. Eos verò qui ausi
fuerint rescindere huiusmodi institutionẽ quocunq; modo, vel si noluerint
sabiacere

A subiacere proprio Episcopo, si quidem fuerint clerici, pro personarum ordi
natione subiaceant condemnationibus canonum: si verò monachi seu laici
fuerint, communione priuentur.

9 Si clericus aduersus clericum habeat negotium, non relinquat suum Epi
scopum, & ad secularia iudicia concurrat, sed priùs negotium agitetur apud
proprium Episcopum: vel certè, si fuerit iudicium ipsius Episcopi, apud arbi-
tros ex vtraq; parte electos audiatur negotium. Si quis verò contra hæc fe-
cerit, canonum subiaceat correptionibus. Et si clericus aduersus suũ vel ali-
um Episcopum habeat causam, apud audientiam synodi prouintiæ conque
ratur. Si verò contra ipsius prouintiæ metropolitanum Episcopum, Episco-
pus siue clericus habeat controuersiam, pergat ad ipsius diœcesis primatem,
aut certè ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem, vt eorum ibi propri
B um negotium exquiratur.

10 Non licere clericum in Ecclesijs duarũ ciuitatum ordinari, sed in ea in
qua ab initio ordinatus est, & cuius expetitio erat ante profugium. Et si pro-
pter vanæ gloriæ desiderium contigerit, vt pòst ad maiorem Ecclesiam con-
fugerit, eum indubitanter reuocari debere ad eam, in qua ab exordio ordi-
natus est, & ibi tantũmodo ministrare. Si quis verò iam translatus est ab alia
in aliam Ecclesiam, nihil habeat commune cum priore Ecclesia, siue sub Ec
clesia constitutis martyrijs, siue in parœcijs vel zenodochijs, aut eorum ne-
gotijs. Eos verò qui ausi fuerint post ordinationem huius magnæ & vniuer-
salis synodi agere quæ prohibita sunt, statuit sancta synodus cadere de pro-
prio gradu.

11 Omnes pauperes & indigentes Ecclesiasticis auxilijs, cum proficiscun-
C tur, sub probatione epistolij, siue pacis, quæ dicuntur Ecclesiasticæ, tantum-
modo commendari statuimus, & non commendatitijs epistolis, quia com-
mendatitias epistolas quas dicimus, eos tantum accipere conuenit, qui in o-
pere sunt clariores, vt eis tantummodo præbeantur.

12 Peruenit ad nos, eò quòd quidam pręter Ecclesiasticos ordines affectan
tes potentiam, per pragmaticam formam vnam prouinciã in duas diuidant:
ita vt ex hoc inueniantur duo metropolitani Episcopi in eadem vna esse p-
uincia. Statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari à quolibet
Episcopo. Eos verò qui tale aliquid tentauerint, de proprio gradu cadere. Si
quæ verò antè ciuitates per pragmaticã imperialem metropolitani nominis
honore decoratæ sunt, nomine solo perfruantur: & qui Ecclesiam eius regit
Episcopus, priuilegio metropolitano, Episcopo iure proprio reseruato.

D 13 Extraneum clericum & lectorem extra ciuitatem suam sine commen-
datitijs literis proprij Episcopi nusquam penitus liceat ministrare.

14 Quia in quibusdam prouincijs conceditur psalmistis & lectoribus vxo
res accipere, statuit sancta synodus prorsus non licere cuiquam ex his alte-
rius sectæ accipere vxorem. Si quis verò præuenit, & habet iam de tali con-
nubio filios, si fortè præuenerit eos iam apud hæreticos baptizari, debet eos
offerre sanctæ Ecclesiæ catholicæ, vt ibi communicent. Qui verò ad huc ba-
ptizati non sunt, omnimodo non posse eos in hæretica Ecclesia baptizari,
nec in matrimonio iungi hæretico, Iudæo vel Pagano, nisi fortè spoponde-
rit se venire ad orthodoxam fidem, dum coniungitur sponsæ orthodoxæ.
Si quis verò hanc definitionem sanctæ synodi præterierit, regularum con-
demnationibus subiaceat.

Universidad de Deusto Biblioteca

15 Diaconissam non debere ante quadraginta annos ordinari,& hoc cum B
diligenti probatione. Si verò susceperit ordinationem,& quantocunq; tem
pore obseruauerit ministerium,& postea se nuptijs tradiderit,iniuriam faci-
ens Dei gratiæ,hæc anathema sit,cum eo qui in illius nuptijs conuenit.

16 Si qua virgo se dedicauerit Deo,similiter monachus,non licere eis iun-
gi nuptijs.Si verò inuẽti fuerint hoc facientes,maneãt excõmunicati.Statui-
mus verò posse in eis facere humanitatem,si ita probauerit loci Episcopus.

17 Per singulas Ecclesias rusticanas,parœcias,siue possessiones,manere im-
mobiles apud eos,qui eas retinent Episcopos,& maximè qui eas sine violen-
tia iam per triginta annos tenentes gubernauerunt. Si verò intra triginta an-
nos iam facta fuerit, aut fiat de his altercatio,licere eis qui se dixerunt læsos
propter eas mouere apud synodum prouinciæ certamẽ. Si quis verò putauer-
it se a proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceseos, aut apud B
Constantinopolitanæ ciuitatis sedem agat iudicium,sicut dictum est.Si ve-
rò quælibet ciuitas per auctoritatem imperialem renouata est,aut si renoue-
tur in posterum ciuilibus & publicis ordinationibus, etiam Ecclesiarum
parœcianarum sequatur ordinatio.

18 Coniurationum & conspirationum crimen (quod apud Græcos dici-
tur fratria) publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi: hoc multò
magis in sancta Dei Ecclesia ne fiat,conuenit abdicari.Si qui verò clerici vel
monachi inuenti fuerint coniurantes,aut fratrias vel factiones componen-
tes aliquas suis Episcopis,aut alijs clericis, omninò cadant de proprio gradu.

19 Peruenit ad aures nostras, quod in prouincijs constituta Episcoporum
concilia minimè celebrentur.Ex hoc probatur,quòd multę quæ correctio-
ne opus habeant Ecclesiasticę res negligantur.Statuit igitur sancta synodus, G
hæc secundum patrum regulas, bis in anno in vnum conuenire per singulas
prouincias Episcopos,vbi singula quæ emersérint,corrigantur. Qui verò no
luerint cõuenire Episcopi,constituti in suis ciuitatibus,& hoc maximè cum
sui corporis sanitate consistentes, etiam omnibus alijs vrgentibus & inex-
cusabilibus negotijs liberi sunt,licere eos fraternæ charitatis admonitioni-
bus corripi.

20 Clericos in suis Ecclesijs constitutos,sicut iam definiuimus, non licere
in alterius ciuitatis Ecclesijs ordinari, sed adquiescere in ea,in qua ab initio
ministrare meruerunt, exceptis illis qui proprias ciuitates perdiderunt,&ex
necessitate ad alias Ecclesias migrauerunt.Si verò quicunque Episcopus post
definitionem istam ad alium Episcopum pertinentem clericum susceperit,
placuit sanctæ synodo, & hunc qui suscipitur & eum qui susceptus est, H
tandiu excommunicatos manere, quandiu ipse clericus ad propriam reuer-
tatur Ecclesiam.

21 Clericos siue laicos qui accusauerint Episcopum aut clericos temerè,
atq; indifferenter,non debere suscipi in accusationem,nisi priùs eorum opi-
nio fuerit perscrutata.

22 Nõ licere clericis post mortem Episcopi rapere pertinentes ad eum res,
sicut iam præcedentibus regulis statutum habetur.Si verò hæc fecerint,peri-
clitari se nouerint à proprio gradu.

23 Peruenit ad aures sanctæ synodi,quia clerici quidam & monachi nihil
sibi habentes iniunctum à proprio Episcopo, interdum verò etiam illi qui
ab eo fuerant excommunicati,veniant ad regiam ciuitatem Cõstantinopo-
litanam

A litanam,& multis temporibus in ea cõsistentes,perturbationes tranquillita-
ti ecclesiasticæ ferant,& diuersorum domos corrumpant. Statuit sancta sy-
nodus hos quidem primùm commonere per defensorem Constantinopoli-
tanæ sanctæ Ecclesiæ,vt exeant de regia ciuitate.Si autem in eodem propsito
improbè perdurauerint,etiam inuitos eos ipse expellat defensor, vt ad sua lo
ca perueniant

24 Quæ semel cõsecrata fuerint monasteria,cum iudicio sui Episcopi ma-
neant perpetua,& pertinentes ad ea res conseruari ipsis monasterijs decreui-
mus,nec vlteriùs posse ea fieri secularia habitacula.Qui verò permiserint hęc
fieri,subiaceant his condemnationibus,quæ per canones constitutæ sunt.

25 Quoniam quidam metropolitanorum,sicut ad nos perlatum est, negli-
gunt creditum sibi gregem, & differunt ordinationes facere Episcoporum,
B placuit sanctæ synodo intra tres menses fieri ordinationes Episcoporum,ni-
si fortè inexcusabilis necessitas coẽgerit tempus ordinationis ampliùs pro-
rogari.Si autem quis Episcoporum hæc non obseruauerit,ipsum debere Ec-
clesiasticæ condemnationi subiacere,redditus verò eiusdem viduatæ Eccle-
siæ integros reseruari apud œconomum eiusdem Ecclesiæ placuit.

26 Quia in quibusdam Ecclesijs,sicut ad nos peruenit,sine œconomo Epi
scopi res Ecclesiasticas tractant,placuit omnes Ecclesias Episcopos habẽtes,
habere œconomos de proprio clero,qui gubernẽt Ecclesiæ res cum arbitrio
sui Episcopi, vt non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum Ecclesia-
sticarum,& ex hoc deueniat dispergi eiusdem res Ecclesiæ,& sacerdotali di
gnitati obtrectatio generetur. Si verò quis non obseruauerit hæc, diuinis
subiaceat regulis.

C 27 Eos qui sibi rapiunt vxores,vel eos qui eis auxilium præstiterint,statuit
sancta synodus, si quidem clerici fuerint, cadere de proprio gradu. Si verò
laici fuerint,anathema sint.

SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM.

PAschasius Episcopus ciuitatis Lilibitanæ,vicem agẽs beatissimi Episco-
pi Leonis,definiens subscripsit.Lucentius Episcopus ciuitatis Ausculi-
tanæ,id est,vicẽ agens sanctissimi Leonis Episcopi,definiẽs subscripsit.Boni-
facius presbyter vrbis Romæ,vicẽ agẽs Apostolicę sedis,definiẽs subscripsit.
Anatholius Episcopus Cõstantinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ definiens
subscripsit.Iuuenculus Episcopus Hierosolymitanus definiens subscripsit.
Maximus Episcopus Antiochenus definiens subscripsit. Quintilius Episco-
pus Capadociæ Cæsariensis definiens subscripsit. Palafindus Episcopus Era-
D cleæ Macedoniensis,vicem agens sanctissimi viri Anastasij definiens subscri
psit. Stephanus Episcopus Ephesinus definiens subscripsit.Lucianus Episco-
pus Bizensis, vicem agens sanctissimi Episcopi Quiriaci Eracliæ Traciensis,
definiens subscripsit.Eusebius Episcopus Galatię Anquirienſis definiẽs sub-
scripsit.Diogenes Episcopus Quirensis definiẽs subscripsit. Petrus Episco-
pus Corinthiensis definiens subscripsit.Florus Episcopus Sardiniẽsis defini-
ens subscripsit. Eunomius Episcopus Nicomediensis definiens subscripsit.
Anastasius Episcopus Nicensis definiens subscripsit. Eleutherius Episcopus
Chalcedonensis definiens subscripsit. Idem omnes Episcopi D. C. XXX.
definientes subscripserunt.

POstquam recitata est, pijssimus Imperator ad sanctum concilium dixit:
Dicat sanctum concilium,si ex cõsensu omnium Episcoporũ definitio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ nunc lecta est, prolata sit. Omnes reuerendissimi Episcopi responde- B
runt: Omnes sic credimus, vna fides, vna sententia, omninò idem faciamus.
Omnes consentientes subscripsimus. Omnes orthodoxi sumus, hæc fides pa
trum, hæc fides Apostolorum, hæc rectè credentium, hæc est fides quæ orbē
terrarum saluat. Martiano, nouo Constantino, nouo Paulo, nouo Dauid, Im
peratori pijssimo Domino Augusto vita eius. Et post has voces pijssimus &
fidelissimus Imperator ad sanctam synodum dixit: Veneranda catholica fi-
des à sancta & vniuersali synodo secundum patrum expositionem manifes-
tata est. Et si laborem reuerentiæ vestræ & conuitium fecimus, maximas a-
gimus gratias omnipotenti Deo saluatori nostro, quia multorum errātium
circa fidem amputata discordia, in vnam eandemq; fidem omnes nunc con-
uenimus, sperantes celebrem vestris precibus, & meliorem super omnes par-
tem à Deo donari. Sancta synodus iterum exclamauit: Hæc digna vestri im- F
perij, hæc propria vestri imperij, hęc correctio vestri imperij, digna Christo,
digna imperij fide, propterea pacificatur orbis terræ. Et post has voces pijs-
simus & fidelissimus Imperator ad sanctam synodum dixit: Venerandam ca
tholicam fidem sanctæ vniuersalis synodi secundum patrum expositionem
manifestam, iuxta legem & conuenientem esse vestra tranquillitas probet,
& omnem in posterum contentionis occasionem circa suam fidem amputa-
ri. Si quis igitur idiota, vel militaris, seu clericus, publicè turbam congregans
sub obtentu dispositionis tumultum fecerit, si quidem idiota, proscriptus
expellatur à regia vrbe, militaris verò seu clericus gradus sui periculum susti-
nebit, & alijs pœnis subiacebit.

EDICTVM MARTIANI IMPERATO- G
ris in confirmatione Concilij Chalcedonensis.

IMPERATORES Valentinianus, Martianus Augusti, vniuersis populis. Tandem aliquando quod summis votis atq; studijs optabamus, euenit: remota est de orthodoxa Christianorū lege contentio: tandem remedia culpabilis erroris inuenta sunt, & discors populorum sententia in vnum consensum concordiamq; conuenit: ab vniuersis etiam prouincijs religiosissimi sacerdotes Chalcedonam venerunt, iuxta nostra præcepta, & quid obseruari in religione debeat, perspicua definitione docuerunt. Discessit igitur iam prophana cōtentio. Nam ve- H
rè impius atq; sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiā opinioni suę aliquid tractandum reliquit. Extremę quippe dementię est, in medio & perspicuo die commentitium lumen quærere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid vlteriùs discutit, mendacium quærit. Nemo itaq; vel clericus, vel militans, & alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publicè terminata, coadunatis & audiētibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirens. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata, rectè disposita reuoluere, & publica disputare contendit: cùm ea quæ nūc de Christiana fide statuta sunt iuxta Apostolicas expositiōes, & instituta sanctorū patrū CCC.X.octo & CL. definita esse noscuntur. Nam in contēptoribus huius legis pœna non deerit,

quia

A quia nō solùm cōtra fidē bene cōpositam veniūt, sed etiam Iudæi & Pagani
& huiuscemodi certamine prophanāt veneranda mysteria. Igitur si clericus
erit, qui publicè tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum re
mouebitur. Si verò militia præditus sit, cingulo expoliabitur. Cæteri etiam
huius criminis rei de hac sanctissima vrbe pellentur pro vigore iudiciario, e-
tiam competentibus supplicijs subiugandi: Constat enim hæreticæ insaniæ
exordia fomitemq; nutriri, dum publicè quidam disputant atq; contendūt.
Vniuersa ergo quæ à sancta synodo Chalcedonia constituta sunt, custodire
debebunt nihil postea dubitaturi. Hoc itaque commoniti nostræ sincerita-
tis edicto, obsistite prophanis vocibus, vlteriùs desinite de diuinis disputare
quod nephas est, quia non solùm diuino iudicio peccatum hoc (prout cre-
dimus) punietur, verumetiam legum & iudicum auctoritate coërcebitur.
B Proposita VII. Calend. Februarij Constantinopoli Patritio consule.

SANCTIO SACRA VALENTINIANI ET MARTIANI
Augustorum post Concilium Chalcedonense, in confirmatione eiusdem Concilij & damnatione hæreticorum.

IMPERATORES Valentinianus & Martianus Augusti, Pālladio præfecto prætorij. Diuinæ semper potentiæ referendæ atque agendæ sunt gratiæ, quæ auctores hæresis, quæ occulta nec latēre cō
cedit, nec durare impunita permittit. Quorum vnum malorum legendi ha-
C bet plenam facultatem, alterum præcauendi cæteris præstat exemplum: Cu-
ræ igitur esse diuinitati hominum actus, & maximè reuerentiam religionis,
proximè in confirmanda catholica fide euidenter apparuit, cum nec Euticē
sceleratorum dogmatum sectatorem negligere, quod diu latuerat sciuit, nec
patefacto scelere passa est pœnam sceleris euitare. Sentētijs itaque diuinis hu
manisque damnatus, synodicum decretum (vt merebatur) accepit, reus di-
uinitati, cui faciebat iniuriam, reus hominibus, quos decipere conabatur.
Proximè etenim innumerabiles ex toto orbe beatissimi Episcopi Chalcedo
ne congregati, improba prædicti Euticetis vnà cum synodo eius causa habi-
ta, expulēre commenta, sicut sanctorum definita maiorum, quę vel apud Ni-
cæam à trecentis decem & octo constituta sunt, vel in hac postea alma vrbe à
centum quinquaginta sunt Episcopis declarata, vel apud Ephesum, cùm Ne-
D storij est error exclusus, præsidentibus Romanæ vrbis Cœlestino, & Cyrillo
Alexandrinę ciuitatis Episcopis: Ea igitur quæ sunt iuxta pristinam discipli
nam à venerabili synodo Chalcedonensi definita, illa fide, qua Deum coli-
mus, per omnia seruanda censuimus atq; censemus: quia valde consequens
est, vt sacerdotum puramente Deum colentiū definita, quę pro orthodoxo-
rū fide sacrosancta secundū patrū regulas præcesserunt, vnà cū veneratione
conseruare. Quoniā principalis prouidentiæ est, omne malū inter initia op-
primere, & serpentem morbum legum medicina resecare. Hac lege decerni-
mus eos qui Euticetis errore decipiuntur, ad exemplum Apollinariorū, quos
Eutices secutus est, quos venerabiles patrum regulæ, id est, Ecclesiastici cano
nes & diuorum principum sacratissimæ sanctiones condemnant, nullū Epis
copum, nullū presbyterum, nullos creare vel appellare clericos, ipsumq; Euti

Universidad de Deusto
Biblioteca

cen nomine presbyteri quo indignè vtens expoliatus est, in totum carere. B
Si qui tamen contra definita nostra Episcopos, presbyteros, cæterosq; clericos ausi fuerint ex his creare, tam factos quàm facientes vel præsumentes sibi cunctorum bonorum amissioni periculoq; subiacere exilij perpetui præcipimus. Congregandi autem monachos, aut ædificandi monasteria, nullum eorum iubemus habere licentiam, loca fortè in quæ ausi conuenire, aliquando tentauerint confiscari, si tamen Domino loci sciente conuenerint. Quòd si ignorante auctore conuenerint, conductores loci fustibus cæsos deportationem subire censemus. Ipsos præterea nihil ex testamento cuiuscunq; capere, nihil eis qui eiusdem erroris sint, relinquere per testamenta, ad nullam eos patimur spirare militiam, nisi fortè ad cohortalinam vel limitaneam. Si quis etiam extra prædictam militiam inuentus fuerit militare, vel quia eius in religione ignorabatur peruersitas, vel quia post adeptum cingulũ ad hũc F
deuenit errorem, solutus militia infidelitatis suæ fructũ hunc habeat, vt optimorum & palatij communione priuetur, nec alibi quàm in quo natus est vico vel ciuitate versetur. Quòd si qui eorum in hacalma vrbe, quod credi nephas est, geniti sunt, tam de hac ciuitate venerabili quàm sacratissimo comitatu, & ex omni excludantur metropolitana ciuitate. Et hoc quidem generaliter circa omnes constituimus, qui hac clade pollutionis polluti sunt, vel polluuntur. Eos autem qui antè clerici orthodoxorũ fidei, & monachi quidam qui Euticis habuêre diuersorium, quod neq; monasterium dicendũ est, eo quòd in se religionis habuit inimicos, qui adhuc vsq; in tantam insaniam recesserunt, vt relicto venerabilis cultu religionis in synodico decreto Chalcedonico, quod totius penè orbis adunati definiêre sacerdotes, infaustã Euticetis secuti sunt assertionem, qui vera luce deserta tenebras eligendas esse G
crediderunt, omnibus pœnis, quæ præcedẽtibus legibus aduersus hæreticos definitæ sunt, iubemus teneri, imò extra Romanum expelli solium, sicut pręcedentes religiosissimæ constitutiones de Manichæis constituêre, ne eorum venenatis fraudibus sceleratisq; commentis innocentũ vel infirmorum animi decipiantur. Comperimus præterea quædam eos in contumeliam religionis & iuuiduam venerabilis synodicæ definitionis fuisse mentitos, cõscriptisq; libris & chartarum tomis plura finxisse, quæ eorũ insaniam aduersus veram fidẽ apertè signarent: atq; ideo præcipimus vbicunq; huiusmodi scriptura reperta fuerit, ignibus concremari. Eos verò qui sequendi studio audierint sic scelerata differentem, denarum librarum auri mulctatione compescimus. Eos verò qui vel scripserint, vel alijs legenda tradiderint docendi studio vel discendi, censemus deportatione puniri: delenda est enim hæc infausta hæresis, sicut pridem edictis serenitatis nostræ continetur. Omnibus aũt H
adimimus facultatem, quia vltimo supplitio coërcebuntur, qui illicita docere tentauerint: ita enim materia subtrahetur erroris, si peccatorum & doctor defuerit & auditor. Palladi parens charissime atq; amantissime. Illustris itaque & magnifica auctoritas tua edictis propositis omnibus faciat nota quæ iussimus, vt cognoscẽtibus moderatoribus prouinciarũ eorumq; officiarijs, defensoribus etiam ciuitatum, quod sanctam veramq; fidem sancto proposito custodiendam esse censemus. Quam si neglexerint aut permiserint temerari, denarum librarum auri mulctatione percussi, vt religionis legumq; proditores, etiam de æstimatione laborabunt. Data XV. Calend. Augusti Cõstantinopoli, Aspirato, & qui fuerit nunciatus, consulibus.

ALIA

A

ALIA SANCTIO MARTIANI IMPERATORIS contra eosdem Hæreticos.

IMPERATOR Martianus Augustus Palladio prætori. Licet iam sacratissima constitutione mansuetudinis meę cautum ac definitum sit, quia in eos seueritas exercẽda sit, qui Euticetis vel Apollinaris hæreticam peruersitatem secuti à religione & fide catholica deuiarunt: Alexandrinæ tamen vrbis ciues atque habitatores tantis Apollinaris infecti sunt venenis, vt necessarium fuerit ea quæ antè sanximus, repetita etiam lege, nũc decernere. Quicunque ergo vel in hac sacra vrbe, vel in Alexandrina ciuitate, vel in omni Aegyptiaca diœcesi & diuersis alijs prouincijs, Euticetis B
profanam peruersitatem sequuntur, & ita non credunt vt trecenti & octo sancti patres tradiderunt, catholicam sanctam fidem in Nicæa ciuitate fundantes, vel ita vt CL. alij venerabiles Episcopi, qui in hac alma vrbe Constantinopolitana postea cõuenerunt, sicut Athanasius & Theophilus & Cyrilus sanctæ recordationis Episcopi Alexandrinæ ciuitatis crediderunt, quos etiã Ephesina synodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit) in qua Nestorij error expulsus est, vniuersos secuta est, quos & nuper venerabilis Chalcedone synodus est secuta, prioribus concilijs sacerdotum ex omni prorsus parte cõsentientibus, nihilq; adimens à sacrosancto symbolo, neque adijciens, sed Euticetis dogmata funesta condemnans, sciant se esse hæreticos. Apollinaris enim facinorosissimam sectã Eutices & Dioscorus sunt secuti. Ideoq; omnes hi qui Apollinaris vel Euticetis peruersitatem sequuntur, illis pœnis quas C
diui retrò principes contra Apollinaristas vel serennitas nostra postmodum cõtra Euticianistas sanxit, nouerint se esse plectẽdos. Idcirco Apolinaristas, hoc est Euticianistas, quibus etsi est in appellatione diuersitas, est tamen in hæresi coniunctio, & dispar quidem nomen, sed idem sacrilegiũ, siue in hac alma vrbe, vel in Alexandrina ciuitate, seu intra Aegyptum sunt, neq; ita credunt, sicut prædicti venerabiles credebant, neq; viro Reuerendissimo Alexãdrinæ vrbis Antistiti Proterio fidem orthodoxam tenenti cõmunicant, secundum diuorũ retrò principum constitutiones, quæ de Apollinaristis promulgatæ sunt, non habeant potestatẽ faciendi testamẽtum, neq; id acquirãt quod ipsis ex testamento cuiusquã fuerit relictum, nihil etiã ex donatione aliqua consequantur, sed si qd ipsis vel liberalitate acciderit, vel viuentis vel morientis fuerit voluntate collatum, id protinus fisco nostro addicatur: ipsi D
verò in nullos aliquid ex rebus suis donare possint. Episcopos quoque vel presbyteros aliosque clericos illis creare & habere non liceat: scientes tam Euticianistæ quàm Apollinaristæ, qui ausi fuerint cuiquam Episcopi vel presbyteri vel clerici nomen imponere, quàm hi qui conati fuerint impositum nomẽ sacerdotale retinere, exilio, rerumque suarum amissione plectẽdos. Eos verò qui de hac catholica Roma Ecclesiarum clerici, vel orthodoxæ fidei monachi fuerunt, derelicto vero Dei cultu, Apollinaris vel Euticetis hæresim sectati sunt, vel post hæc sectabuntur, omnibus pœnis, quæ vel prioribus legibus aduersus hæreticos constitutæ sunt, iubemus teneri, & extra ipsum quoque Romani imperij solum pelli. Vniuersi præterea Apollinaristæ vel Euticianistæ non Ecclesias, non monasteria sibi construant, neq; synaxes, *neq; conuenticula contrahant, neq; ad domum, neq; ad possessionem

*al. paraſynaxes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem cuiuscunque, neq; ad monasterium, neq; ad quemcunq; alterius locum operatores sectæ funestissimæ cõgregẽtur. Quod si fecerint, & hoc factum fuisse Domino volente constiterit, *postremo iudicialiter notum, domus vel possessio in qua conuenerint, fisco societur, monasterium verò eius ciuitatis orthodoxæ Ecclesiæ in cuius territorio est, iubemus addici. Si verò ignorante Domino, sciente verò qui dispensationes* domus exigit, vel conductore vel procuratore, vel prædij parasynaxis conuenticula interdicta cõuenerint, conductor vel procurator siue auctor, vel quicunque in domũ vel possessionem vel monasterium receperint, vel passi fuerint illicitas parasynaxes, conuentusq; celebrari, si vilis & abiectæ conditionis sint, fustibus publicè & in pœnam suam, & aliorum exerceantur exemplum. Si honestæ verò personæ sunt, decem libras auri fisco nostro cogantur inferre. Nullum præterea Apollinaristam vel Euticianistam ad aliquam iubemus aspirare militiam, nisi ad cohortalem vel limitaneam: si qui verò *contrà fecerint, soluto cingulo honestorum hominum & palatij communione priuentur, nec in aliqua, nisi in ea, qua nati sunt ciuitate vel vico ac regione versentur. Si qui verò in hac alma vrbe nati sunt, tam sacratissimo comitatu, quàm omni per prouinciã metropolitana ciuitate pellãtur. Nulli insup Euticianistę vel Apollinaristæ publicè vel primatim aduocandi cœtus, aut peruersitatẽ facinorosi dogmatibus asserendi sit facultas. Nulli etiã contra venerabilẽ Chalcedonensem synodũ liceat aliquid vel dictare, vel scribere, vel legere, atq; emittere: nemo huiusmodi habere libros audeat. Quod si in his criminib. fuerint inuẽti, per petua deportatione damnẽtur. Hi verò *qui discendi studio audierint, de infausta hæresi disputantes, decem librarum auri quæ fisco nostro applicabuntur, subeant dispendium. Omnes verò huiusmodi chartę ac libri, qui funestum Euticetis dogma fuerint complexi, concremẽtur, vt facinorosæ semper peruersitatis vestigia ipsa flammis ambusta depereant. Aequum nanq; est vt immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat, Palladi pater charissime atque amantissime parens. Illustris igitur & magnifica auctoritas tua quæ hac sacratissima cõstitutione decreuimus in hac alma vrbe, diuersisq; prouincijs, ac præcipuè in Alexandrina ciuitate, & per vniuersam Aegyptiacam diœcesim, edictis ex more propositis, ad omniũ notitiam faciat peruenire, vt cuncta quæ statuimus, in eos qui rei fuerint deprehensi, seueritas protinus exerceatur, scientibus moderatoribus prouinciarũ, eorumq; apparitoribus, qui legis huius, quæ religiosissima sanctione custodienda decreuimus, aut neglexerint, aut aliqua permiserint temeritate violari, denarum librarum auri mulctam fisco nostro cogantur inferre, insuper etiam existimationis suæ periculum sustinebunt. Ea quoque quæ de paganis per omne Romanum Imperium æqualiter valitura *elegerimus, instantissimè in eos exerceantur, quos constiterit prophanos ritus celebrare. Data sub die Calend. Augusti, Constantinopoli, Diuo VIII. & Antemio IIII. CC. Concess.

*al. postremo iam in examine iudicis approbatã.
*al pensiones.
*aliàs ex tra prædictam militiam inuẽti fuerint militare.
*al. Eos uero.
*al. perennitatis nostræ lege decreuimus.

ATTICVS

ATTICVS EPISCOPVS, QVALITER formata epistola fiat.

Græca elementa literarum numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter græci sermonis notitiã habet, ignorat. Ne igitur in faciendis Epistolis canonicis, quas mos latinus formatas appellat, aliqua fraus falsitatis temerè præsumeretur, hoc à patrib. trecẽtis decẽ & octo Nicææ cõgregatis saluberrimè inuentũ est, & cõstitutum, vt formatæ Epistolæ hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, vt assumantur in supputationem prima gręca elemẽta, patris & filij & spiritus sancti, hoc est, πνα quæ elemẽta & octogenarium & quadringentesimũ & primum significant numerum. Petri quoq; Apostoli prima litera, id est, τ, quæ numerum octuagesimum significat. Eius quoq; qui scripsit Epistolam prima litera, cui scribitur secunda litera, accipientis tertia litera, ciuitatis quoq; de qua scribitur quarta, & indictionis quæcunq; est temporis, idem qui fuit numerus assumatur, atque ita his omnibus græcis literis, quę (vt diximus) numeros exprimunt, in vnũ ductis, vnam quæcunq; fuerit collecta summam Epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expressè, addat præterea separatim in Epistola nonagenarium & nouum numerum qui, secundum græca elementa significant. Valete in Domino.

MARCELLINI PAPĘ epistola prima ad Salomonem Coepiscopum, in qua filium æqualem patri ostendit.

MARCELLINVS Episcopus sanctę Ecclesię catholicæ vrbis Romanæ, Salomoni Coëpiscopo in Domino salutẽ. Quàm laudabiliter pro catholicę fidei veritate mouearis, & quã solicitè dominico gregi deuotionem officij pastoris impẽdas, tradita nobis per diaconum tuũ, fraternitatis tuæ scripta demonstrãt, quibus notitiæ nostræ insinuare curâsti qui errorum morbi in regionibus vestris modò exorti sunt. Nam Epistolæ sermo, & commonitorij series, & libelli tui textus eloquitur, quod quidam errore decepti dicunt ideo patrem maiorem filio esse, quia illi soli sacrificium immolatur, & quòd filius nullam cum patre communionis operam habeat, & quòd illud propheticum de solo patre dictum sit: Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus, tu solus altissimus super omnem terram. Siue quod ideo minor est filius, quia ipse in cruce pendens dixit: Deus meus quare me dereliquisti. Quibus competens & congruũ reddatur responsum, quia sicut patri, ita etiam filio non solùm Christianis temporibus, verumetiam à priscis temporibus sacerdotibus varijs multisque modis probamus sacrificium fuisse oblatum, Daniele Propheta dicente. Non est locus (inquiunt tres pueri) ad sacrificandum nomini tuo, & inuenire misericordiam, sed in anima contrita & in spiritu humilitatis suscipiamur. Et sicut holocaustomata

Universidad de Deusto
Biblioteca

arietum & taurorum agnorumque pinguium, ita fiat sacrificium nostrum E
in conspectu tuo hodie vt placeat tibi. Et vt filium fuisse agnoscas, cui hi tres
pueri sacrificium se confessi sunt obtulisse, ex ipsius Regis ac tyranni, qui eos
in fornacem ignis mitti præceperat, confessione addisce, qui se cum tribus,
quartum in ipso æstuantis camini incendio sociatum prodidit conspexisse.
Nónne, inquit, tres viros misimus in fornacem vinctos? Et dixerunt ei. Ve-
rè Rex. Et dixit: Ecce ego video quatuor viros solutos, & deambulantes in
medio ignis, & aspectus quarti similis filio Dei est. Idem Dei filius per Pro-
phetam loquitur, dicens: Tibi offerent Reges munera. Et vt hæc de filio Dei
se dixisse doceret, dixit: Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges A-
rabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges, omnes gẽtes
seruient ei. Et vt hæc omnia superiùs designata Christo filio Dei doceamus
fuisse oblata, in natiuitate eiusdem Dei, quæ secundũ carnẽ facta est, proba-
mus fuisse cõpleta, Euãgelio cõprobante. Cũ natus esset Iesus in Bethleem Iu
dæ in diebus Regis Herodis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam,
dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Et infra: Et intrantes domũ in-
uenerut puerũ cũ Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & aper
tis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Sacrificium
itaque quod à Christianis sacris altaribus admouetur, non solùm Deo patri,
sed etiam filio communi deuotione offertur, quoniam nec patri sine filio po
test offerri, neq; à filio sine patre sentiri. Quod aũt communem operã habe-
ant pater & filius, hoc modo docetur, Dum primi hominis plasma Deus ad
imaginẽ Dei cõmuni operationis virtute fecisse fertur, scriptura dicente: Fa-
ciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Itẽ ibi, Descendamus &
confundamus ibi linguam eorum. Et: Pluit Dominus à Domino ignem & sul G
phur super Sodomam. Et in Euangelio: Pater meus vsq; modò operatur & e-
go operor. Similiter & opera quæ ego facio, non sunt mea, sed eius qui misit
me patris. Quæ omnia non discretam patris & filij potentiam mõstrant, sed
vnam diuinitatis operationẽ annunciant. Et his qui paternũ opus exequitur,
à paternis operibus alienus esse non creditur. Si autem ex Euangelio filiũ Dei
cognosceres altissimũ nuncupatum, nunquã filio derogans hoc de solo Deo
patre dictum poneres testimoniũ, cùm scriptum sit: Tu puer Propheta altissi
mi vocaberis. Et vt filius cũ patre indiscretè in altissimis habitasse credatur,
Salomonis testimonio comprobatur: Ego (sapientia inquit) habitaui in altis
simis, & thronus meus in columnã nubis. Et in Psalm. 92. Tu autẽ altissimus
es in æternum Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt. Nam cũ diabo-
lus thronum suum contra creatoris sui thronum in altissimis collocaret e- H
latus superbia, hæc ausus est nephando ore depromere: Ponam sedem meam
ad Aquilonẽ, inquit, ascendam super sidera cœli, sedebo super montes excel
sos, & ero similis altissimo. Item in Salomone: Ne dixeris, peccaui, & quid ac
cidit mihi triste? Altissimus enim patiens est redditorũ. Si auditũ cordis tui
scripturis non vis accommodare diuinis, quæ filium doceant altissimũ nũ-
cupatum, vel diabolo crede, qui contra opificis sui thronum sedem sibi volu
it collocare. Vt eum agnoscatis filium à patre (vt vos suspicamini) nõ fuisse
penitus derelictam, hoc de se in Euangelio posuit testimonium: Pater qui me
misit mecũ est, & non reliquit me solũ, quia quę placita sunt ei facio semper.
Vnde pro surreptione mãdamus, vt omnis cura atq; solicitudo inuigilet, ne
fides temeretur aut violetur. Iã nullus est ignerantiæ locus, nullus vtatur sim-
plicitatis

A plicitatis excusatiõe præterita. Sciẽti peccare necessaria est cõfusio, & quod
errore contraxit sciẽtia reformetur. Ista frater tene & hæc doce. Vtinam ad
plenioris affatus satietatem præsentiæ tuæ nobis gaudia contigissent, vt gra-
tularemur nos & colloquio & præsentia tui frui, quam sumus ante scripta
complexi. Veruntamen probãsti dilectissime frater quo Christianam fidem
veneraris affectu, dum ea quæ ad regulas patrum pertinent, & ad mandata ca
tholica, sine aliqua culpæ trangressione seruare, & spreta erratica & nociua
doctrina, catholica & Apostolica tenere præcepta, & rectæ fidei regulas do-
cere atq; seruare satagis. Hæc frater charissime & alia quæ patrum regulis cõ
tinẽtur, in labijs & concordibus nostris inuisa retractatione meditemur, &
sicut scriptum est, narremus ea filijs nostris, vt ea meditentur in cordibus su-
is, sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atq; surgentes, quia
B beatus in Domino qui in lege eius meditabitur die ac nocte. Hoc & magi-
ster gentium secutus, discipulum suum instruens admonet, hæc meditare, in
his esto, subijciens plenitudinem, attẽde tibi & doctrinæ, quoniã si fidelibus
sine intermissione incumbimus institutis, separamur à vitijs, dũ impensa cu-
ra diuino operi, humano locum relinquit errori. Quòd si ea quæ prædicta
sunt validis teneantur fixa radicibus, nec à paterna traditione receditur, &
constanter quæstionibus obuiatur, ac prauorum intentio cassatur, bonorũque
fides & constantia roboratur. Data VIII. Idus Septemb. Diocletiano &
Constantino consulibus.

ALTERA MARCELLINI ADORIENTALES FRATRES EPISTOLA adhortatoria, docens nulli presbytero licere in foro publico contra fratrem litigare, sed potiùs omnia iuxta charitaris regulam inter Christianos esse componenda.

D ILECTISSIMIS fratribus vniuersis Episcopis per orientales prouincias constitutis, Marcellinus Episco pus. Quid tam dulce solicito, quàm quòd mihi de vo bis innotescunt illa quæ cupio? Quid tam religiosis conueniens institutis, quàm vt inter se sacerdotes pa-cem (quam necesse est alijs pro officio annunciare) conseruent? Plena fateor gratulatione suscepi, quod votiua mihi de charitate, quæ inter vos est Ecclesiarũ pacem in literis indicãstis: spõte mihi quicquid hortari poteram, quicquid monere, delatum est: confirmet hoc Deus quod est operatus in nobis, & quę præcepit pro animarũ salute facienda, hæc ipse qui præcepit pro ea qua nos redemit pietate faciat. Et his tam bonis nuncijs nos quoq; religiosam sancto rum vicem reddimus nunciorum. Quicquid cum orientalibus quos ad Eccle siæ corpus vnitatemq; reuocatos, dudũ Dei nostri ope literis significauimus destinatis, denuò cùm apertum fuerit repetitis vobiscum participamus indi cijs. Mox pro nostro edicto ab orientalibus missa legatio est, certa sperauit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

certa consuluit: sed facimus de his quæ fuerunt dicenda compendia, ipsius
E potiùs ad instruendã notitiã vestrã, quæ à nobis sunt responsa dirigẽtes, ne
quid sibi sub spacio prolixiore terrarum, aut opinio vindicet, aut error assu-
mat, cùm ad rerum fidem ipsam teneri sufficiat veritatem. Quid autem ad cõ
tinentiam nostrarum pertinet literarum, oportuit quidem desideria pleniùs
expedire. Quapropter scitote vos à persecutione fratrum & ab omni litigio
abstinere debere, dicente scriptura: Seruum Dei nõ oportet litigare, nec quic
quam nocere, sed omnes persecutores Ecclesiæ seruorumq; eius, vestris redar
gutionibus corrigere, testante Apostolo, argue, obsecra, increpa. Quæcun-
que ergo contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad Ecclesiam deferã-
tur, & ab Ecclesiasticis viris terminentur. Maior autem non potest à minore
iudicari, nec Episcopi Pontifici à quo consecrari probantur, præiudicium
inferre vllum possunt. Quòd si præsumptum fuisse cognoscitur, viribus care
F re non dubiũ est, nec posse inter Ecclesiastica vllo modo statuta censeri. Cle-
ricus verò cuiuslibet ordinis absq; Pontificis sui permissu nullum præsumat
ad seculare iudicium attrahere, nec laico quemlibet clericum liceat accusa
re: detractiones tamen & accusationes atq; persecutiones inter Christianos
oppidò vitandæ sunt, quia licet pauci simus in cõparatione aliorum, si tamẽ
vnanimes fuerimus, faciliùs aduersarijs resistemus. Sanctus enim protomar-
tyr Stephanus lapidabatur, sed Iesus suscipiebat plagas: ideo vnicuiq; proui-
dendũ est, ne aliquẽ iniustè iudicet aut puniat, ne Iesum iudicet aut puniat.
Et Dominus in Euangelio ait: Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo e-
nim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Vnde & doctor gentiũ loquitur di
cens: Hoc igitur dico & testificor in Domino, vt iam non ambuletis sicut gẽ
tes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habẽtes intellectũ, ali
G enati à vita Dei per ignorantiã, quę est in illis propter cęcitatẽ cordis ipsorũ,
qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationẽ immũ-
ditiæ omnisq; auaritiæ. Vos aũt non ita didicistis Christum, si tamen illũ au
distis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum
pristinã conuersationẽ veterem hominem, qui corrumpitur secundũ deside
ria erroris. Renouamini aũt spiritu mentis vestræ, & induite nouũ hominẽ,
qui secundũ Deũ creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod
deponentes mendaciũ, loquimini veritatẽ vnusquisq; cũ proximo suo, quo-
niã sumus inuicẽ membra. Irascimini & nolite peccare. Sol nõ occidat super
iracundiã vestram: nolite locũ dare diabolo: qui furabatur iam non furetur,
magis aũt laboret operando manibus suis quod bonũ est, vt habeat vnde tri
buat necessitatẽ patiẽti. Omis sermo malus ex ore vestro non procedat. Sed si
H quis bonus est ad ædificationẽ opportunitatis, vt det gratiam audientibus.
Et nolite cõtristare spiritũ sanctũ Dei, in quo signati estis in diẽ redẽptionis.
Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor & blasphemia tollatur à
vobis cũ omi malitia. Estote aũt inuicẽ benigni, & misericordes, donãtes in-
uicẽ, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Estote ergo imitatores Dei sicut
filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tra-
didit semetipsum ꝓ nobis oblationẽ & hostiã Deo in odorẽ suauitatis. For-
nicatio aũt & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut
decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem
non pertinet, sed magis gratiarum actio: hoc enim scitote intelligẽtes, quod
omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorũ seruitus, non
habet

A habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus ver-
bis, propter hęc enim venit ira Dei in filios diffidentię: nolite ergo effici par-
ticipes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nũc autem lux in Domino, vt
filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia, & ve-
ritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operi-
bus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto
fiunt ab ipsis, turpe est dicere. Omnia autem quæ arguuntur à lumine mani-
festantur. Omne enim quod manifestatur lumẽ est, propter quod dicit: Surge
qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaq; fra-
tres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes redi-
mentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes,
sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino in quo est lu-
B xuria, sed implemini spiritu, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis
& canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris, Domino
gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi
Deo & patri, subiecti inuicem in timore Christi. Omne enim quod irrepre-
hensibile est, catholica defendit Ecclesia. Non licet ergo Imperatori vel cui-
quam pietatem custodienti aliquid contra mandata diuina præsumere, nec
quicquam quod Euangelicis Propheticisq; & Apostolicis regulis obuiat a-
gere. Iniustum enim iudicium & definitio iniusta Regis metu vel iussu à iudi
cibus ordinata non valeat, nec quicquam quod contra Euangelicæ, vel Pro-
phęticæ, aut Apostolicæ doctrinæ constitutionem successorumúe eorum si-
ue sanctorum patrum actum fuerit, stabit. Et quod ab infidelibus aut hæreti-
cis factum fuerit omninò cassabitur. Vos autem state in fide, viriliter agite,
C & omnia vestra cum charitate fiant: huius rei gratia (vt ait Apostolus) flecto
genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas
in cœlis & in terra nominatur, vt det vobis secũdum diuitias gloriæ suæ vir-
tutem corroborari per spiritum eius in interiore homine, habitare Christũ
per fidem in cordibus vestris in charitate radicati & fundati, vt possitis cõ-
prehendere cum omnibus sanctis quę sit latitudo, longitudo & profundum
& altitudo, scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt im-
pleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem, qui potens est omia facere
superabundanter quàm petimus aut intelligimus secundum virtutem
quæ operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia & in Christo
Iesu in omnibus generationibus seculi, seculo-
rum, Amen. Data. V. Idus Decemb.
D Diocletiano VI. & Maxi-
mo VIIII.IIII.
CC. Con-
cess.

DIVI MARCELLI

EPISCOPI CONTRA MAXENTIVM TYrannum epistola iuuectiua, qua boni Regis officium præscribitur, & omnes sub multa æternæ pœnæ admonentur, ne Christianos simplicitate summa præditos à vera fide abducant.

MARCELLVS Episcopus sanctæ & Apostolicæ & catholicæ vrbis Romę Maxentio. Magistra bonorum omnium charitas, quæ nihil rapit extraneum, nihil agit asperum, nihil confusum, nihil factiosum, nihil honori diuino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo deroget, oblita sui, non quæ sua sunt, sed quę Dei vel proximi quęrés, nemini inuidés, omnibus consulens, nó sæuiés, sed compatiens, nó rapiens, sed largiés, nó murmurás, sed omnia æquanimiter tolerans: si in te perfectè habitaret, temperares animum à malis, sęuire desineres in Dei Ecclesiam, ac sanctos eius persequi cessares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati inuigilares, modestiam amplectereris, & bonis potioribus frui satageres. Charitas enim exercet corda, sensus corroborat, vt nihil graue, nil difficile, sed totum fiat dulce quod agitur, dum eius sit proprium nutrire pacifica, seruare composita, dissociata coniungere, praua dirigere, & virtutes reliquas perfectionis suæ munimine solidare. De ipsa ergo omnes monens Apostolus, ita loquitur dicens: Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens: & si habuero omnem prophetiam, & nouerim mysteria oia & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatẽ aũt non habeã, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas nó æmulatur, nó agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, nó irritatur, nó cogitat malum, nó gaudet super iniquitate, cõ gaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit. Quisquis ergo in eius se radice inserit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus inanescit, quia amore fœcunditatis opus efficax nó admittit. Licet modo charitas in pſecutoribus Ecclesię suorumq; Dei arefacta sit, viget tamen in amatoribus eius, & in eis qui patiuntur propter iustitiam, de quibus ipsa per se veritas testatur dicens: Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam. Et alibi: Si me persecuti sunt, & vos persequentur: potiùs em̃ nos & omnes Domini sacerdotes, qui eius videlicet sunt veri sacerdotes, elegimus propter iustitiam, & veram fidem persequi, & pro Christi nomine pati, q̃ multis diuitijs ditari, honoribusq; copiosissimis abũdare, & cœlesti regno carere. Ista enim temporalia sunt, illa æterna: ista caduca, & ad horum transeuntia, illa verò perpetua & sinefine mansura. Tu ergo qui

qui nos suades cultum dimittere diuinum, & à recta fide recedere, dijsque immolare, meliùs tibi foret, vt tu priùs mutabilem te præberes, omnesq; exhortareris fidei documenta & diuini cultus ministeria ita tenere, sicut patres nostri sancti Apostoli sibi tradita prædicauerunt & docuerunt. Boni enim principis ac Regis est Ecclesias contritas atque scissas restaurare, nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare atque tueri. Vnde sanctos Apostolos eorumque successores diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro dominico, neque expellere æterni Regis dispensatores, sed si qui expulsi fuerint, aut suis rebus expoliati, primò omnia legaliter reddi, quę eis ab inimicis aut à persecutoribus ablata sunt, & sedes proprias cum omnibus ad se pertinentibus regulariter restitui, & postea tempore congruo vocari ad synodum regulariter congregatã: nec licet ei, priusquam fiant hæc de se iuxta statuta prædictorũ respondere, aut de suis impetitionibus, si se viderit prægrauari, reddere rationẽ. Sed his ritè peractis, suisq; omnibus liberè dispositis, si tum iustè videtur suis respõdeat accusatoribus, & inducias si ei necesse fuerit, accipiat non modicas, vt explorare valeat ea quæ obijciũtur ei, ne aliqua delusus fraude, innocenter ruat, quoniam non oportet quenquam iudicare vel damnare, priusquam legitimos habeat pręsentes accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina. Vnde ait Propheta: Priusquã agnoscas, nó iudices quenquam. In hoc ergo quòd Episcopi & reliqui serui Dei persequuntur, non tantũ ipsi persequuntur, quantum ille cuius vice fungũtur, sicut scriptum est: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, & alibi: Qui vos contristauit, me contristauit: & qui facit iniuriam, recipiet id quod iniquè gessit. Vos ergo, licet corpora nostra possitis occidere, animas tamen nó potestis occidere, nec gradus nobis diuinitus collatos potestis auferre. Synodũ ergo absq; huius sanctæ sedis auctoritate Episcoporũ, quanquã quosdã Episcopos possitis congregare, non potestis regulariter facere, neq; vllũ Episcopum, qui hanc appellauerit apostolicã sedem, damnare, anteq̃ hinc sentẽtia finitiua procedat. Nam si seculares in publicis iudicijs libellis vtuntur appellatorijs, quantò magis sacerdotibus hæc eadẽ agere licet, qui super illos sunt? de quibus dictũ est: Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes: & ideo nullus Episcopus nisi in legitima synodo suo tempore, apostolica aut regulari auctoritate cõuocata, super quibuslibet pulsatus criminibus audiatur vel iudicetur, ne innocẽs damnetur, aut perdat cõmunionem. Quod laici aut suspecti Episcopos nó debeant accusare, neq; accusatoribus de inimici domo prodeuntibus credendum sit, & à beato Clemente, ipsis eum instruentibus Apostolis, legimus definitũ: & nos eadem firmamus, quoniam ijdem odio multotiens incensi, rectè viuentes atq, credentes perturbare nitũtur. Propterea persona, fides, vita, & cõuersatio atq; suspitio accusantiũ enucleatim primò inquirenda est, deinde quæ obijciuntur fideliter pertractãda, quia nihil antè fieri debet q̃ impetitorũ vita & suspitio, atq; odiũ inquiratur. Et si bonæ conuersationis nó fuerint, aut laici, vel manifesti inimici, aut odio respersi fuerint, nequaq̃ in Episcoporũ recipiãtur accusatione. Hæc vobis à quibus minis infestè persequimur sciẽda mãdamus, vt ab his vos caueatis, & cessetis persequi eos qui Deo ministrãt, quorũ orationib. & terrena bella sedãtur, & Deus peccatoribus cõciliatur: & si amplius nos elegeritis persequi q̃ Deo placere, & nos magis eligimus sustinere persecutionẽ q̃ regulam cõfundi Ecclesiasticã, hortante

Universidad de Deusto
Biblioteca

hortante nos ipsa veritatis voce,atq; ita testante. Nolite timere eos qui oc- B
cîdunt corpus,animam autem non possunt occidere.Et iterum: Si quis vult
venire post me,abneget seipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Qui
enim voluerit animam suam saluam facere,perdet eam. Qui autem perdide-
rit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini,si
mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut
quam dabit homo cõmutationem pro anima sua? Filius enim hominis ven-
turus est in gloria patris sui cum Angelis suis,& tunc reddet vnicuiq; secun-
dum eius opus.Ista vobis valde timẽda & cauẽda sunt,à quibus Ecclesia Dei
eiusq; ministri vexantur & persequuntur, quibus Dominus per Prophetam
minando loquitur,dicens:Homo in honore nõ commorabitur, assimilatus
iumentis exæquatus est.Hæc est via eorũ,insipiẽtia eorũ & post eos iuxta os
eorũ curret:quasi oues in inferno positi sunt,mors pascet eos,& subijciẽt eos
recti in matutino, & figura eorũ conteretur in inferno post habitaculum su
um:veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi cum assum-
pserit me.Noli timere cùm ditatus fuerit vir,cùm multiplicata fuerit gloria
domus eius:neq; enim moriens tollet omnia, nec descendet post eum gloria
eius. Quia animæ suæ in vita sua benedicet. Laudabunt te cùm bene fuerit
tibi.Intrabit vsque ad generationem patrum suorum,vsque in finem non vi-
debit lumen.Homo cum in honore esset,non commouebitur,assimilatus iu
mentis exequatus est.Et alibi:Quid gloriaris in malitia, potẽs in iniquitate?
Tota die insidias cogitauit lingua tua,quasi nouacula acuta faciens dolum.
Dilexisti malitiam magis quàm bonum,mendacium magis quàm loqui iu-
stitiam.Dilexisti omnia verba ad deuorandum, lingua dolosa.Sed Deus de-
struet te in sempiternum, terrebit & euellet te de tabernaculo,& eradicabit G
te de terra viuentium.Et videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt.
Ecce vir qui non posuit Deum fortitudinem suam,sed sperauit in multitudi
ne diuitiarum suarum,confortatus est in insidijs suis.Ego autem sicut oliua
virens in domo Dei speraui in misericordia Dei in seculum,& in æternũ con
fitebor tibi in seculum,quoniam fecisti, & expectabo nomen tuum quoniã
bonum in conspectu sanctorum tuorum.Ista vobis omnia ad interitum, no
bis autem ad confortationem,ne pereamus,dicta sunt.Vobis ergo ideo hæc
scribimus,quia debitores vobis sumus, dicente Domino, diligite inimicos
vestros,benefacite his qui vos oderunt. Et alibi scriptura loquitur dicens. Si
esurierit inimicus tuus,ciba illum,si sitit,potum da illi:hoc enim faciẽs car-
bones ignis congregas super caput eius. His fulti auctoritatibus,bellũ quod
aduersum nos excitatis,adeò fœliciter dextera Domini protegente nos atq; H
pro nobis pugnante,pacificè portare cupimus,vt triumphãte Christo omni-
um verorum fiat vna victoria sacerdotum, & choruscante lumine, veritatis
Sole erroris tenebræ cum suis authoribus pellantur,quia non est in hominis
potestate consilium Dei.Iustus est enim Dominus, & omnia iudicia eius iu-
sta sunt,atq; omnes viæ eius misericordia & veritas & iudiciũ. In manu Do-
mini potestas terræ,cui execrabilis est omnis iniquitas, in manu Dei pote-
stas hominis,& super faciem scribæ imponent honorem suũ. Perdidit Deus
memoriam superborum,& iniquè agentium, & non dereliquit memoriam
humilium,& bonorum hominum. Hoc autem pro certo habet omnis qui
rectè colit Deum,quia si vita eius in probatione fuerit,corroborabitur,& si
in tribulatione,liberabitur. Si verò in correptione fuerit, ad misericordiam
peruenie t.

A peruenie t.Tu ergo ne delectẽris in perditiõibus nostris,quia post tempestatẽ
facit Deus tranquillitatẽ ,& post lacrymationẽ & fletum exultationem in-
fundit.Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui cùm iratus fue-
rit,misericordiam faciet,& in tempore tribulationis peccata dimittit. Ma-
gnus est Dominus in æternum,& ipse reget nos in secula, quoniam regnum
eius permanet in secula seculorum,Amen.Data X V I.Calend.Februarij,Ma-
xentio ,& Maximo I II I.C C. Concess.

EVSEBII PAPAE EPISTOLA PRIMA AD GALLICANAS ECclesias, vbi de hæreticis suscipiendis, & accusatione Episcoporum à Laicis, & vera charitate, multa aguntur.

B

CHARISSIMIS fratribus Domino & Deo dile-
ctis Episcopus omnibus per Gallicanas prouincias
cõstitutis,Eusebius.Scripta sanctitatis vestrę cum ma
gna gratiarum actione suscepi, gauisus scilicet de ve-
stra sospitate,sed contristatus nimis de vestra oppres-
sione.Quòd significâstis enim quid de conuersis hæ-
reticis fieri debuisset, scitote nos eos qui in sanctæ tri
nitatis fide baptizati sunt, per impositionem manus
suscipere.De accusationibus verò clericorum super quibus mandâstis,scito-
C te à tẽpore Apostolorũ in hac sancta vrbe seruatũ esse,accusatores & accusa-
tiões quas exterę consuetudinũ leges non adsciscũt, à clericorũ accusatione
submotas.Similiter laicos nõ accusâsse Episcopos hactenus obseruatũ & cõ-
stitutum est,quia eiusdem non sunt conuersationis. Et oppidò eis quidem
infesti existunt,quippe cùm vita & secreta eòrum, à laicorum actibus debe-
ant esse remota,nec ab his impeti debeant, quorum castitatem & grauitatẽ
nolunt imitari,maximè cum nec hi eos in suis volunt recipere accusationi-
bus.De ipsis verò suis, videlicet agricultoribus atq; ministris, Dominus,lai-
cis & cunctis eos persequẽtibus ait:Nolite tangere Christos meos,& in Pro-
phetis meis nolite malignari.Et ipsa sacra scriptura dicit:Qui vos tangit,tan
git pupillam oculi mei.Talia enim & his similia sancti patres prouidentes pe
ricula,laicos seculo militantes ab accusatione sacerdotum prohibuêre,simi
D liter seruos & liberos,atq, cẽsibus publicis vel priuatis subiugatos, omnesq;
infames ab eadem accusatione vel tergiuersatione submouerunt. Non e-
nim oportet vt permittantur carnales, spirituales persequi: nec sceleribus ir-
retiti, vel seculo militãtes,Episcopos infamare,vel lacerare,aut crimẽ oppo-
nere.Nam si hoc Apostoli aut successores eorum permitterent, perpauci re-
mansissent,qui Domino in sacerdotali ordine militâssent.Idcirco & nos se-
quentes patrum vestigia,pro saluatione seruorum Dei,quascunq; ad accusa-
tionem personas,leges publicæ non admittunt:his impugnandi alterum, &
nos licentiam submouemus,& nullæ accusationes à iudicibus audiantur Ec
clesiasticis,quæ legibus seculi prohibẽtur.Quapropter illi,quibus indita est
ad vnguem polita perfectio,talia silere debent,ita vt nec mutilẽtur, nec præ-
ponãtur:nec illi qui aut in fide catholica,aut inimicitia suspecti sunt,ad pul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſationem prædictorum admittantur, quia veritatis profeſſores infidelitas B
& inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittēdi, qui alio-
rum ſponte crimina confitentur: & ideo replicāda eſt ſolicitè veritas, quam
ſpōte prolata in illis vox habere non poteſt, hanc diuerſis cruciatibus è late-
bris ſuis religioſus tortor exigere debet, vt dum pœnis corpora ſoluūtur, quę
geſta ſunt fideliter & veraciter exquirantur. Vnde quæſo primùm ad leges
publicas, deinde ad iudices ora conuertite, qui poſſunt & volunt in defen-
ſione omnium iuſtè loqui. Nos enim quos Dei ſeruitium poſt iſtarum rerum
abiectionem fecit ingenuos, qui taliuminſultationes, aut contumelias, aut
deſpicimus, aut deridemus, quibus ſcriptum eſt de famulis, & vulgi homini-
bus per Apoſtolum: Mementote quia veſter & aliorum Dominus in cœlis
eſt: ad hæc ſeculi mala reuocabimur? Faciendum à nobis eſt, quod facientē
alterum profanum eſſe contendimus? Quod per miniſterium iuſſionis & ma F
nus alienū inceſtaret aſpectum, noſtro peragetur imperio? Nolite hanc per v-
niuerſas Eccleſias mentem rapacium luporum more & natura ſeruare, quia
poſtquam nos maculat, fortè pro deſiderijs eorum cruenta diſcuſſio effectū
in his, quò tendunt, non habebunt, dicente nobis Propheta: Ponamus circu-
lum in naribus eorum, & frenum in labijs, & reducamus eos in viam rectam.
Quia eodem Propheta aſſerente impugnantur qui dicunt, erunt quaſi non
ſint, & peribunt viri qui contradicunt nobis. Infames enim ſunt proculdu-
bio impugnatores Epiſcoporū, omnesq; qui aduerſus patres armātur, & cōcul-
catores Eccleſiarū ſacerdotumq; eius, & qui de publicis fugiunt prælijs,
& mandata Dei contemnunt, & qui aliqua culpa infamiæ aſpergūtur macu
lis. Omnibus impugnandi Epiſcopos, patrum ſequentes inſtituta, & nos li-
centiam ſubmouemus, quia odit Deus eos qui patres perſequuntur, vt patrū G
inuaſores, qui in omni mundo infamia notantur, & ideo inſtè & regulariter
reſpuūtur. Nunc longa non opus eſt admonitione, iam perditis odium debe
mus aperire, de quibus iam non ſupereſt quod damnetur auctoribus, de qui-
bus Dominus per Prophetam loquitur, dicens: Reprobātes verbum ſperāſtis
in calumniam, & in tumultum, & eſtis in eo: propterea erit vobis iniquitas
hæc ſicut interruptio. Rurſus etiam de talibus Propheta clamat, dicens: Ac-
cedite huc ſemen adulterij & fornicarij. Super quem luſiſtis, ſuper quem di-
lataſtis os & eieciſtis linguā? Nūquid nō vos filij ſceleſti eſtis ſemen mendax?
Ceſſent impij commentitia aduerſus ſimplices iam fraude mentiri. Cuſtodi
(inquit Propheta) linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.
Recede à malo, & fac bonum, quære pacem & perſequere eam. Oculi Domi
ni ad iuſtos, & aures eius ad clamorem eorum. Vultus autem Domini ſuper H
faciētes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Et paulò poſt: Interficiet
impium malitia, & odientes iuſtum culpabuntur. Nos quanquam multa pa-
tiamur à talibus, diligamus nos chariſſimi inuicem, quoniā charitas ex Deo
eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non
diligit, nō nouit Deum, quia Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei
in nobis, quoniam filium ſuū vnigenitum miſit Deus in mūdum vt viuamus
per eum. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deū, ſed quoniā ipſe
dilexit nos, & miſit filium ſuum propiciationem pro peccatis noſtris. Cha-
riſſimi, ſi Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo
vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius
in nobis pfecta eſt: in hoc intelligimus, qm in eo manemus, & ipſe in nobis,

quoniam

A quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis, & nos vidimus, & teſtificamur, qm pa-
ter miſit filiū ſuum ſaluatorem mundi. Quisquis cōfeſſus fuerit, qm Ieſus eſt
filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos agnouimus & credimus
veritati, quā habet Deus in nobis. Deus charitas eſt & qui manet in charitate
in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas nobiſcū, vt fiduciā
habeamus in die iudicij, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Ti-
mor nō eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorē, quia timor
pœnā habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. Nos ergo dili-
gamus Deum, qm Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, qm diligo Deum, &
fratrem ſuū oderit, mendax eſt. Qui aūt non diligit fratrē ſuum quem videt,
Deum, quem nō videt, quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatū à Deo ha-
bemus, vt qui diligit Deū, diligat & fratrē ſuū. Omis q credit, qm Ieſus Chri-
B ſtus ex Deo natus, & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus
eſt ex eo. In hoc cognouimus, qm diligimus natos Dei, cum Deū diligamus,
& mandata eius faciamus: hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſto-
diamus. Et mandata eius grauia nō ſunt, quia omne quod natum eſt ex Deo,
vincit mundum. Et hæc eſt victoria quæ vincit mundū, fides noſtra. Quis eſt
qui vincit mundum, niſi qui credit, qm Ieſus eſt filius Dei? Hic eſt qui venit
per aquam & ſanguinē Ieſus Chriſtus, non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſan
guine. Et Spiritus eſt qui teſtificatur, qm Chriſtus eſt veritas, qm tres ſunt qui
teſtimonium dant, ſpiritus, ſanguis, & aqua, & hi tres vnum ſunt. Si teſtimo-
nium hoīm accipimus, teſtimonium Dei maius eſt, quia teſtificatus eſt de fi-
lio ſuo. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui nō credit
filio, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonio, quod teſtificatus
C eſt de filio ſuo Deus. Et hoc teſtimonium eſt, quoniā vitam æternam dedit
nobis Deus. Et hæc vita in eius filio. Qui habet filium, habet vitam: qui nō ha
bet filium Dei, non habet vitam. Hæc ſcribo vobis, vt ſciatis, qm vitā nō ha-
bebitis æternam, qui creditis in nomine filij Dei. Et hæc eſt fiducia, quam ha
bemus ad eum, quia quodcunq; petierimus ſecundum voluntatē eius, audiet
nos. Et ſcimus quia audit nos, quicquid petierimus. Scimus quoniam habe-
mus petitiones quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare, pecca-
tum nō ad mortem petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortē. Eſt pec-
catum ad mortem, nō pro illo dico, vt roget quis. Omis iniquitas peccatum
eſt, & eſt peccatum ad mortem. Scimus, quia omnis qui natus ex Deo, nō pec-
cat, ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus e-
nim quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſci-
D mus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus Deum
verū, & ſimus in vero filio eius: hic eſt verus Deus, & vita ęterna. Propter ma-
la ſua multi potētes oppreſſi ſunt valde, & glorioſi traditi ſunt in manus alte-
rorum. Benedictio autem Dei in mercedem iuſti feſtinat, & in honore boni
proceſſus illius fructificat. Beatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo, &
non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Scitote chariſſimi, pro ea pietate quæ
vobis Dei famulis impendenda eſt, omnes ſuggeſtiones veſtras fidei catholi-
cæ profuturas, me dignanter ſuſcepiſſe, vt ipſarum quoq; opere, & pax Chri-
ſtiana reparari, & error impius poſſit aboleri. Et ſi amplius de talibus aut his
ſimilibus aliquid fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, vt
pertractata qualitate horum, noſtra quid obſeruari debeat ſolicitudo, con-
ſtituat. Data VI. Calen. Auguſt. Conſtante Cos.

ALTERA EVSEBII

EPISTOLA ADMONITORIA, AD FRATRES PER Alexandriam & Aegyptum Christum syncerè prædicantibus, ne se à vera fide per astutias falsorum Prophetarum auellere patiantur.

EVSEBIVS Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus, dilectissimis, in charitate Christi vnanimis, charitatis glutino connexis, fratribus per Alexandriam & Aegyptum Domino militantibus, & rectam fidem tenentibus, in Domino salutem. F

Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur ipsi à Deo: quoniã sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur in tolerantiã earundẽ passionũ quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro vobis, scientes quoniã sicut socij passionũ estis, sic eritis & cõsolationis. Vetera dilectissimi transierũt, & ecce facta sunt noua. Omnia aũt ex Deo, qui recõciliauit nos sibi per Christũ, & dedit nobis ministerium recõciliationis, quoniãquidem Deus erat in Christo, mundum recõcilians G sibi, nõ reputans illis delicta ipsorũ, & posuit in nobis verbum recõciliationis. Pro Christo ergo legatiõe fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo recõciliamini Deo. Eum qui nõ nouerat peccatũ, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Adiuuantes aũt exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim, tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmet ipsos, sicut Dei ministros in multa patiẽtia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in lõganimitate, & suauitate, in spiritu sancto, in charitate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris & à H sinistris, per gloriam & ignobilitatẽ, per infamiam & bonam famã, vt seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus, vt castigati & non mortificati, quasi tristes, semper aũt gaudentes, sicut egentes, multos aũt locupletantes, tãquam nihil habentes, & oia possidẽtes. Os nostrũ patet ad vos charissimi, cor nostrũ dilatatũ est. Non angustiamini in carnalibus, angustiamini aũt in spiritualibus. Eandem aũt habentes remunerationẽ, tanquã filius dico dilatamini & vos nolite iugũ ducere cum infidelibus. Quæ aũt participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ aũt cõuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Dñs: quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum

A illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus, propter quod exite in medio eorum, & separamini de medio eorum dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Has igitur habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Errorem vestrum corrigite fratres, & ab omni erroris macula vos custodite, vt purum Dei munus offerre valeatis. Seruos Dei nolite persequi. Episcopos nolite infamare neque accusare, quia deus eos suo iudicio voluit reseruari. Quod enim nõ ab humanis, aut prauæ vitæ hominibus eos deprauari, aut accusari voluit, ipse dedit exemplum, quando per seipsum & non per alium, negotiantes eiecit sacerdotes de templo, & mensas numulariorum proprio euertit flagello, & eiecit de templo: & sicut B alibi ait, Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos discernit. Dei ergo ordinationem accusat, qui Episcopos accusat vel condemnat, dum minùs spiritualia quàm terrena sectatur. Causa enim fidei & dilectionis quibus salus Christiana consistit, multa me sollicitudine laborare compellit, metuentem ne prauitas quæ in suis fuerat amputanda principijs, processu temporis & pertinacior fiat & altior. Nam inimicum nimis est atque incongruum, eos qui Episcopos vel reliquos veros sacerdotes sua persecutione vexant, catholicorum nominibus sine discretiõe misceri, cum iam natam impietatem non deserentes, ipsi sua prauitate condemnantur, quos conuenit percelli pro perfidia, aut liberari pro venia: quia sicut plenum pietatis est oppressis charitatem dominicam reddi, ita iustum est omnia perturbantis auctoritatẽ amputari. Miror charissimi, quare tã cito mouemini, atque à vestro C sensu transferimini, cũm scriptum sit: Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis, nec in modicis: adest enim commissio illorum. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & non est tibi nihil in seculo: eris enim inuidus tuæ vitæ. Operarius ebriosus nõ locupletabitur, & qui spernit modica paulatim decidet, & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos, & qui se iungit fornicarijs, erit nequã, putredo & vermis hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur, & qui delinquit in animam suam insuper habebitur. Qui gaudet iniquite denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita, & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animam suam pœnitebit, & qui D iocundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis. Amico & inimico noli enarrare sensum tuum, & si est tibi delictum, noli denudare: audiet enim te, & custodiet te, & quasi defendẽs peccatum, odiet te, & sic adhærebit tibi semper. Audisti verbũ aduersus proximum, commoriatur in te fidens, quoniam non te disrumpet, à facie verbi parturit fatuus, tãquam gemitus partis infantis. Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti. Corripe amicum ne fortè cum fecerit iniuriam, & non intellexerit, dicat, non feci, aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum ne fortè non dixerit. Et si dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum, sæpe enim fit commissio, & nõ omni verbo credas. Est qui labitur in lingua sua, sed nõ ex animo. Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximũ antequam cõmineris, & da locum timori altissimi, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnis ſapientia & ſcientia timor Dei,& in illa eſt timere Deum,& in omni E
ſapientia diſpoſitio legis.Non eſt ſapientia,neq;ſcientia& non eſt cogitatus
bonus,niſi in illa.Peccatorum prudentia eſt nequitia,& in ipſa execratio,et
eſt inſipiens,imminuitur ſapientia.Melior eſt homo qui deficit ſapientia, &
deficiens ſenſu in timore, quàm qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legē al-
tiſsimi.Eſt ſolertia certa,& ipſa iniqua,& eſt qui emittit verbum certũ enar
rās veritatem.Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo.
Et eſt iuſtus,qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate,& eſt iuſtus qui in-
clinat faciem,& fingit non videre ſe quod ignoratũ eſt. Et ſi ab imbecillita-
te virũ vetetur peccare,ſi inuenerit tēpus malefaciēdi malefaciet. Ex viſu co
gnoſcitur vir,& ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus: amictus corporis &
riſus dentiũ,&ingreſſus hominis enũciat de illo.Eſt correptio mēdax in ore
contumelioſi,& eſt iudicium quod non probatur eſſe bonum, & eſt tacens, F
& ipſe eſt prudens.Quàm bonum eſt arguere,quàm iraſci,& confitentem in
oratione non prohibere. Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculā,
ſic qui facit per vim iudicium iniquum.Quàm bonum eſt correptio manife
ſtare pœnitentiam,ſic enim effugies voluntarium peccatum. Eſt tacēs qui in
uenitur ſapiens,& eſt odibilis,qui procax eſt ad loquendum.Eſt aũt tacēs nõ
habens ſenſum loquelæ:eſt & tacens,tempus ſciens apti temporis. Homo ſa
piens tacebit vſque ad tempus,laſciuus autem &imprudens non ſeruabit tē-
pus.Qui multis vtitur verbis,lædit animam ſuam,& qui poteſtatem ſibi aſſu
mit iniuſtè,odietur.Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato,et eſt inuentio
in detrimentum.Eſt datum quod non eſt vtile,et eſt datum,cuius retributio
duplex.Eſt propter gloriã minoratio, et eſt qui ab humilitate leuabit caput.
Eſt qui multa redimat modico precio, et eſt reſtituens ea ſeptulum. Sapiens G
in verbis ſeipſum amabilem facit,gratiæ autem fatuorum effundentur.Datũ
inſipiētis non erit vtile tibi,oculi enim illius ſeptemplices ſunt.Exigua dabit
et multa improperabit,et apertio oris illius inflamatio eſt. Hodie fœnerat
quis,et cras expetit,et odibilis homo huiuſmodi. Fatuo non erit amicus, et
non erit gloria bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falſæ linguæ ſunt:
quotiens et quanti irridebunt eum? neque enim quod habendum erat dire-
cto ſenſu diſtribuit,ſimiliter et quod non erat habendum.Lapſus falſæ qua-
ſi qui à pauimento cadēs,ſic caſus malorum feſtinanter venient. Homo in-
gratus quaſi fabula vana in ore indiſciplinatorum aſsidiua erit. Ex ore fatui
reprobabitur parabola,non enim dicit illam in tēpore ſuo. Eſt qui vetatur
peccare ab inopia,et in requie ſua ſtimulabitur.Eſt qui perdet animam ſuam
præ confuſione,et ab imprudenti perſona perdet eam,perſonæ autē accepti- H
ōe perdet ſe.Eſt qui præ cōfuſione promittit pro amico, et lucratus eſt eũ ini
micũ gratis.Opprobriũ enim nequã in homine mendaciũ, et in ore indiſci-
plinatorum aſſiduè erit.Laudat furem aſſiduitas viri mendacis,perditionem
autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium ſine honore, et
confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione.Vos fratres admonemus pro
futura hominib. inuicem indeſinenter ſectari in charitate Chriſti.Similiter
obſecramus vos in Domino,vt dignè ambuletis vocatione,qua vocati eſtis,
cum omni humilitate,et manſuetudine, cum patientia inuicem ſupportan-
tes in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, vnum
corpus,et vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vnus
Dominus,vna fides,vnum baptiſma, vnus Deus, et pater omnium, qui ſu-
per om-

A per omnes & per omnia,&in omnibus nobis.Vnicuique autem noſtrũ data
eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti,propter quod dicit: Aſ-
cendēs in altum captiuam duxit captiuitatē,dedit dona hominibus. Quòd
autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes
terræ? Qui deſcendit ipſe eſt, qui aſcendit ſuper omnes cœlos,vt adimple-
ret omnia.Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Pro-
phetas,alios verò Euangeliſtas,alios autem paſtores & doctores ad conſum-
mationem ſanctorũ in opus miniſterij,in ædificationē corporis Chriſti,do-
nec occurramus omnes in vnitatem fidei,& agnitionis filij Dei in virũ per
fectum,in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli
fluctuātes,& circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum,in
aſtutia ad circũuentionē erroris:de occultis enim cordis alieni temerè iudi-
B care iniquum eſt,&eũ cuius non videntur niſi opera bona,peccatũ eſt ex ſu-
ſpitione reprehendere:Oues ergo quæ paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum nec
reprehendere(niſi à recta fide exorbitauerit)debent, nec vllatenus accuſare
poſſunt,quia facta paſtorũ oris gladio ferienda non ſunt, quanquã rectè re-
prehendenda videantur.Ideo iſta dicimus,quia in ſcripturis veſtris reperim⁹
quoſdã Epiſcopos noſtris in partibus à proprijs ouibus accuſatos,aliquos vi
delicet ex ſuſpitiōe,& aliquos ex certa ratione. Et idcirco quoſdã eſſe rebus
ſuis expoliatos,quoſdã verò à propria ſede pulſos.Quos ſcias, nec ad ſyno-
dum comprouincialem,nec ad generalē poſſe vocare,nec in aliquid iudica-
re,antequam cuncta quæ eis ſublata ſunt,legibus poteſtati eorũ redintegrē-
tur.Priùs ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & Eccleſias quæ ei ſub
latæ ſunt,cum omni priuilegio ſuo reſtitui,& poſtmodum non ſub anguſti tē
C poris ſpacio,ſed tantum temporis ſpacium eis indulgeatur, quantum expoli
ati vel expulſi eſſe videntur antè,quàm ad ſynodum cōuocentur,&ab omni-
bus quibusque ſuæ prouinciæ Epiſcopis audiantur. Nam nec conuocari ad
cauſam,nec diiudicari poteſt expoliatus vel expulſus,quia nõ eſt priuilegiũ
quo expoliari poſſit iam nudatus.Vnde & antiquitùs decretũ eſt, vt omnes
poſſeſſiones,& omnia ſibi ſublata,atque fructus cunctos ante litē conteſtatã
præceptor vel primas poſſeſſori reſtituat. Et alibi ſcriptũ habetur:Ille qui vio-
lentiam pertulit,vniuerſa in ſtatu quo fuerant,recipiat, & quæ poſſidet ſe-
curus teneat.Et alibi in ſynodalibus patrũ decretis, & Regum edictis legitur
ſtatutum:Redintegrāda ſunt omnia expoliatis vel eiectis Epiſcopis preſenti-
aliter ordinatione Pontificum, & in eorum vnde abſceſſerũt loca funditus
reuocanda,quacunq;conditione temporis,aut dolo,aut captiuitate,aut vir-
D tute maiorum,aut per quaſcunque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, vel proprias,
aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur, ante accuſationem aut regularem
ad ſynodum vocationem eorũ,& reliqua.Eſt etiam in antiquis Eccleſiæ ſta
tutis decretum,vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, ſed cũ multipli-
catione omnia reſtituat.Vnde & in Euangelio ſcriptũ eſt: Quòd ſi aliquid de
fraudaui,reddo quadruplum.Et in legibus ſeculi cautũ habetur: Qui rē ſub-
ripit alienam,illi cuius res direpta eſt, in decuplũ quæ ſublata ſunt,reſtituat.
Et in lege diuina legitur: Maledictus omnis qui transfert terminos proximi
ſui,& dicet omnis populus,Amen. Talia ergo non præſumantur abſque vl-
tione,nec exerceantur abſq; ſua damnatione.Pacē & non damnũ,aut iniuſti
tiã alicuius ſectamini inuicem & in omnes. Veritatem aũt facientes in cha-
ritate,creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus,ex quo totum cor-
pus com-

pus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis,ſe- E
cundum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri ,augmentũ cor-
poris facit in ædificationẽ ſui in charitate.De cætero chariſſimi gaudete, &
perfecti eſtote,exhortamini,idem ſapite, pacẽ habete & Deus pacis & dile-
ctionis erit vobiſcum.Dominus cuſtodiat vos & nunc,& in die æternitatis
Amen.Data IX.Calend.Octobris,Conſtante.C C.Conceſſ.

TERTIA EVSEBII EPISTOLA AD EPISCOPOS ET DIACONES

Thuſciæ & Campaniæ,vt non ſolùm diligentiores ſint circa ea gerenda,quæ adminiſtratio religioſa deſiderat , ſed etiam bonis operibus in hoc ſeculo ſint diuites, ne æterno gaudio priuentur.Et nonnulla alia de feſto inuentionis crucis, de hæreticis ſuſcipiendis,de impoſitione manuum habebitis. F

ILECTISSIMIS fratribus vniuerſis Epiſcopis per Campaniam &Thuſciam conſtitutis,Euſebius.Benedictus Dominus Deus noſter,qui per miſericordiam ſuam Romanam Eccleſiam beati Petri Apoſtolorum principis ſacerdotio ditauit,nobisq; viam monſtrandam circa nos propter vniuerſalem curam,quæ nobis G
propter priuilegium eiuſdem Eccleſiæ charitas indulſit,qui cohæremus firmitate fidei,iungamur quoque votiua iocunditate colloquij,quo faciliùs ,dum per literarum miniſteria ad vos vſque pertendimus, etiam corda veſtra ad religioſum cultum Apoſtolicis admonitionibus incitemus,&dum dilectionis noſtræ ſpei reddimus velut quoddam debitum,plenum circa Deum monſtremus affectũ . Iungamus ergo dilectiſſimi fratres,continuas & humiles preces,&Deum noſtrum oris & cordis lacrymis ſupplicantes iungi deprecatione poſcamus,vt inſtitutione & opere illi,cujus eſſe membra cupimus, hæreamus, nec vnquam ab illa via,quæ Chriſtus,eſt deuio tramite declinemus,ne ab eo iuſtè quem nos impiè relinquimus,deſeramur infideles . Quod cùm ſuperni fauoris auxilio ea H
nobis poteſt ratione contingere,ſi Apoſtolica dogmata,ſi patrum mandata ſeruamus.Dicit enim Dominus noſter:Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit,& pater meus diligit eum,& ad eum veniemus,& manſionem apud eũ faciemus.Et licet hæc poſſint generaliter dicta ſufficere, vt vel declinemus errata,vel cuſtodiamus catholica,ab Apoſtolis tamen eorumq; ſucceſſorib. nouimus conſtitutum,criminationes aduerſus doctores non debere ſuſcipere,nec peregrina iudicia fieri,nec quenquam alterius iudicis,quàm ſui ſentẽtia debere conſtringi.Caput enim Eccleſiæ Chriſtus eſt,Chriſti autem vicarij ſacerdotes ſunt,qui vice Chriſti legatione funguntur in Eccleſia. Idcirco quicquid ad eorum fit iniuriam,ad Chriſtum pertinet qui dixit:Qui vos audit,me audit:& qui vos ſpernit,me ſpernit:&qui ſpern it me,ſpernit eum qui miſit me,

A miſit me.Iſta fratres terribilia ſunt,& oppidò diligenter conſideranda & cauẽda,& tã propter eos qui ſeipſos aut cupiditate,aut auaritia,aut inuidia perdere moliũtur,ne in profunda labantur,aut in talia incidant mala,q̃ propter perſecutores Eccleſiæ ſeruorũq;eius,qui iuxta veritatis vocẽ oculos habentes,non vident, & aures habentes non audiunt, nec intelligunt quæ placent Deo,ſequentes in omnibus Apoſtolicam regulam , & prædicantes eius omnia conſtituta ob cuſtodiam Epiſcoporum, qui columnæ Eccleſiæ à Deo dicti ſunt,& cæterorum verorum ſacerdotum firmantes cana patrum ſtatuta: ſtatuimus iterum cum omnibus qui nobiſcum ſunt Epiſcopis, ſicut dudum decretum reperimus,vt homicidæ,malefici,fures,ſacrilegi,raptores, adulteri,inceſti,venefici,ſuſpecti,criminoſi,doloſi,periuri, & qui raptum fecerũt, vel falſum teſtimonium dixerunt,ſeu qui ad ſacrilegos diuinosque concur-
B rerunt, ſimilesque eorum nullatenus ad accuſationem vel ad teſtimonium erunt admittendi,quia infames ſunt & iuſtè repellendi , quia funeſta eſt vox eorum . Vocem enim funeſtam in omnibus interdici potiùs quàm audiri oportet.Periculum ergo quod doctoribus imminet,ſummoperè ſemper cauendum eſt &declinandum,&illi ſunt à cunctis portandi & cuſtodiendi,dicẽte Domino : Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Prima enim ſalus eſt rectæ fidei regulas cuſtodire, & à conſtitutis patrũ nullatenus deuiare.Nec poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis:Tu es Petrus,& ſuper hãc petrã ædificabo Eccleſiã meam.Et hæc quę dicta ſunt, rerum probantur effectibus,quia in ſede Apoſtolica extra maculam ſemper eſt catholica ſeruata religio . Ideo chariſſimi & vos iuxta ſanctam ſcripturam diſcite bene facere & mala declinare , & patrum regulis imbui , ſicut
C ſcriptum eſt : Fili ſi habes bene fac tecum , & Deo dignas oblationes offer. Memor eſto quoniam mors non tardat,& teſtamentum inferorum,quia demonſtratum eſt tibi.Teſtamentum huius mundi morte morietur.Ante mortem benefac amico tuo &ſecundum vires tuas exporrigens da pauperi.Non defrauderis à die bona,& particula boni doni non te prætereat. Nónne alijs relinquis dolores & labores tuos?In diuiſione ſortis da & accipe, iuſtifica animam tuam.Ante obitum tuum operare iuſtitiam,quia non eſt apud inferos inuenire cibum.Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet,& ſicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur , & alia deijciuntur.Sic generatio carnis & ſanguinis alia finitur , & alia naſcitur . Omne opus corruptibile in fine deficiet,& qui illud operatur,ibit cũ ipſo.Et omne opus electũ iuſtificabitur,& qui operatur illud honorabitur in illo.Beatus vir qui in ſapiẽtia ſua
D morabitur, & qui in iuſtitia ſua meditabitur , & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei.Qui excogitabit vias illius in corde ſuo & in abſconſis illius intelligens erit ,vadens poſt illam quaſi inueſtigator, & in vijs illius conſiſtens.Qui reſpicit per feneſtram eius,&in ianuam illius audiens.Qui requieſcit iuxta domum illius,& in parietibus illis figens palum . Statuit caſulam ſuam ad manus illius,& requieſcunt in caſula illius dona per æuum . Statuet filios ſuos ſub tegmine illius,& ſub ramis illius morabitur,protegitur ſub ramis illius à feruore,& in gloria eius requieſcet . Qui timet Dominum faciet illud,& qui continens eſt iuſtitiæ,apprehendet illam , & obuiabit illi quaſi mater honorificata,&quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet illum.Cibabit illũ pane vitæ & intellectus,& aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illũ. Et firmabitur in illo,& non flectetur,& continebit illũ,& non confundetur , & exal-

Sſ tabit eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabit eum apud proximos suos,& in medio Ecclesiæ aperiet os eius,&imple E
bit eum spiritu sapientiæ & intellectus,& stola gloriæ vestiet illum, iocundi
tatem & exultationē thesaurizabit super illum,& nomine æterno hæredita
bit illum.Homines stulti non apprehēdent illam,& homines sensati obuia-
bunt illi,homines stulti non videbunt illam.Longè enim abest à superbia &
dolo.Viri mendaces non erunt illius,&viri veraces inuenientur in illa,&ac-
cessum habebunt vsque ad inspectionē Dei. Non est speciosa laus in ore pec
catoris, qm̃ à Deo perfecta est sapientia .Sapientia enim Dei stabit laus,& in
ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. Non dixeris per Domi-
num abest, quæ odit non feceris, non dices,ille me implantauit. Non enim
necessarij sunt illi homines impij.Omne execramentum erroris odit Deus,
& non erit amabile timentibus eum.Deus ab initio constituit hominem,&
reliquit illum in manu consilij sui,adiecit mandata & præcepta sua. Si volu- F
eris mandata,conseruabunt te,& in perpetuum fidem placitam seruare. Ap-
posui tibi aquam & ignem,ad quod volueris porrige manum, ante hominē
vita & mors,bonum & malum,quod placuerit ei,dabitur illi,quoniam mul
ta patientia Dei,& fortis in patientia,videns omnes sine intermissione.Ocu
li Domini ad timentes eum,& ipse cognoscit omnem operam hominis. Ne-
mini mandauit impiè agere, & nemini dedit spacium peccandi . Non enim
concupiscit multitudines filiorum infidelium & inutilium . Ne iocunderis
in filijs impijs,si multiplicentur, nec oblecteris super ipsos, si non est timor
Dei cum illis.Non credas vitæ illorum,& non respexeris in labores eorum.
Melior est enim vnus timens Deum,quàm mille filij impij.Et vtile mori sine
filijs, quàm relinquere filios impios.Ab vno sensato inhabitabitur patria,&
à tribus impijs deseretur.Multa alia vidit oculus meus,& fortiora horum au G
diuit auris mea.In synagoga peccantium exardebit ignis, in gente incredibi
li exardescet ira.Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes,qui de-
struxerunt confidentes suæ virtuti,& non pepercit peregrinationi illorum,
sed percussit eos,& execratus est illos præ superbia verbi illorum . Non mi-
sertus est illis totam gentem perdens, extollentes se in suis peccatis . Et sicut
sexcenta millia peditum,qui congregati sunt in duritia cordis sui.Et si vnus
fuisset ceruicatus,mirum si fuisset immunis . Misericordia enim & ira est cũ
illo potens exoratio,& effundens iram secundum misericordiam suam . Sic
correptio illius homines secundum opera sua iudicabit. Non effugiet in ra-
pina sua peccator,&non retardabit sufferentiam facientis misericordiã.Om
nis misericordia faciet locum vnicuiq; secundum meritum operum suorũ,
& secundum intellectum peregrinationis,Non dicas à Deo abscondar,& ex H
summo quis mei memorabitur?in populo magno non agnoscar . Quæ est e-
nim anima mea in tam immensa creatura?Ecce cœlum & cœli cœlorum,a-
byssus,vniuersa terra,& quæ in eis sunt, in conspectu illius cõmouebuntur,
montes simul & colles &fundamenta terræ.Et cũ conspexerit illa Deus,tre-
more concutientur,& in omnibus his insensatũ est cor. Et omne cor intelli
gitur ab illo,&vias illius quis intelligit?Et procellam quam nec oculus vidit
hominis?Nam plurima opera illius sunt in absconsis, sed opera iustitiæ illius
quis enarrabit,aut quis sustinebit?Largè enim est testamentum à quibusdam
& interrogatio hominum in consummatione est.Qui minoratur corde,co-
gitat mala,& vir imprudens & errans cogitat stulta. Omnis ergo fratres ser-
mo malus de ore vestro non procedat,sed si quis bonus est ad ędificationem
opportu-

A opportunitatis,vt det gratiam audientibus.Et nolite contristare spiritũ san-
ctũ Dei,in quo signati estis in die redemptionis.Omnis amaritudo,& ira, et
indignatio,& clamor,& blasphemia tollatur à vobis cũ omni malitia.Esto-
te autem inuicem benigni,misericordes, donantes inuicem sicut & Deus in
Christo donauit vobis. Estote ergo imitatores Dei sicut filij charissimi,
& ambulate in dilectione,sicut & Christus dilexit nos,& tradidit semetip-
sum pro nobis oblationē & hostiã Deo in odorē suauitatis.Fornicatio autē
& omis immunditia,aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet san-
ctos,aut turpitudo,aut stultiloquium,aut scurrilitas,quę ad rē non pertinet,
sed magis gratiarum actio.Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis for-
nicator aut immundus,aut auarus(quod est idolorum seruitus)nõ habet hæ
reditatem in regno Christi & Dei.Nemo vos seducat inanibus verbis. Prop-
B ter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ . Nolite ergo effici participes
eorum . Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino vt filij
lucis ambulate.Fructus enim lucis est in bonitate,& iustitia,& veritate, pro-
bantes quid sit beneplacitum Deo , & nolite communicare operibus infru-
ctuosis tenebrarum,magis autem redarguite . Quæ enim in occulto fiunt ab
ipsis,turpe est dicere.Omnia autem quæ arguuntur à lumine manifestantur.
Omne enim quod manifestatur,lumē est.Propter quod dicit:Surge qui dor
mis , & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus . Videte itaque fratres
quomodo cautè ambuletis,non quasi insipientes,sed vt sapientes, redimen-
tes tempus, qm̃ dies mali sunt,propterea nolite fieri imprudentes, sed intelli-
gentes quæ sit volũtas Dei.Et nolite inebriari vino,in quo est luxuria,sed im
plemini spiritu sancto loquẽtes vobismetipsis in psalmis & hymnis in cordi
C bus vestris, Dño gratias agẽtes semper pro omnibus in nomine Domini no-
stri Iesu Christi Deo & patri,subiecti inuicē in timore Christi . Crucis ergo
Domini nostri Iesu Christi quæ nuper nobis gubernacula sanctæ Romanæ
Ecclesiæ tenẽtibus quinto nonas Maij inuẽta est, in prædicto calendarũ die
inuentionis festum vobis solenniter celebrare mandamus. Similiter & hære
ticos omnes quicunque Dei gratia conuertuntur,in sanctæ trinitatis nomi-
ne credentes baptizati sunt , Romanæ Ecclesiæ regulam tenentes per manus
impositionem reconciliari præcipimus . Manus impositionis sacramentum
magna veneratione tenendum est,quæ ab alijs perfici non potest, nisi à sum-
mis sacerdotibus.Nec tempore Apostolorum ab alijs quàm ab ipsis Aposto
lis legitur aut scitur peracta esse,neq; ab alijs(sicut iam dictum est) quàm ab
illis qui eorum locum tenent,vnquam perfici potest,aut fieri debet . Nam si
D aliter præsumptum fuerit,irritum habeatur & vacuum,nec inter Ecclesiasti-
ca vnquam reputabitur sacramenta.De cætero fratres gaudete & exultate in
Domino, vt sancti spiritus gratia illuminati & confortati , vos vestrosq; ad
pascua æternæ vitæ peruenire atq; perducere adminiculante Domino
valeatis . Gratia Domini nostri Iesu Christi & charitas Dei
& communicatio spiritus sancti sit semper cum
omnibus nobis,Amen.Data VIII. Ca
lend.Sept. Constante
C. consule.

EPISTOLA AEGYP-
TIORVM PONTIFICVM, AD MARCVM
Papam pro exemplaribus Niceni Concilii, quia Arriani eorum exemplaria incenderant.

SANCTO & Apostolici culminis venerando Domino Marco sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis atque vniuersalis Ecclesiæ Papæ, Athanasius & vniuersi Aegyptiorũ Episcopi. Ad vos peruenisse non dubitamus, quanta & qualia ab hæreticis, & maximè F ab Arrianis quotidie patimur, quoniam in tantum ab eis persequimur, vt etiam viuere nos tædeat. Nam instanti tempore subito & insperatè in nos irruentes, nosq; iuxta præceptum Domini, qui ait, si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam fugiendo propter cladem populi declinantes, nos comprehendere non valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt: in tantũ enim nostra vastauerunt, vt nec libros nec vestimenta Ecclesiastica, aliáq; ornamenta, nec reliqua vtensilia nobis dimitterẽt. Libros verò nostros vsq; ad minimũ incẽdentes, nec iota vnũ relinquẽtes propter veritatis fidẽ Nicenã synodũ, qua clerus & populus imbuebatur, & maximè iam imbuti erant, in contumeliã nostram, & omniũ Christianorũ, incenderunt. Quapropter precamur pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Niceni G Concilij exemplaria, vt nobis illa quæ sanctę recordationis prædecessoris vestri Sylueſtri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando prædictæ synodo cum beatæ memorię Alexandro digno Deo Pontifice nostro, id est, Alexandrinæ magnæ ciuitatis Episcopo in diaconatus interfuimus officio, sub nostræ præsentiæ testimonio per beatos viros Victorẽ, Vincentiũ presbyteros Apostolicæ sedis apocrisarios missa sunt prædicto papæ Sylueſtro cum adstipulatione subnexa capitula 70. Sanè præsentibus nobis 80. capitula in memorata tractata sunt synodo, 40. à Græcis græca lingua ædita, & 40. à Latinis similiter latina ædita lingua: sed visum est trecentis decẽ & octo patrib. in prædicto sancto spiritu repletis concilio cõgregatis, & maximè iã dicto Alexandro, & apostolicæ sedis aprocrisarijs, vt 10. capitula adunarentur, alijs atque congruis in locis insererentur, & ad formam 60. discipulorum vel H totius orbis terræ linguarũ, 60. tanti & tam excellentis concilij fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem, & omnes sub sacerdotali & Christiano nomine degentes vna fides, & vna sacerdotalis atq; clericalis regeret norma, nec quisquam à suo diffideret capite. Nunc ergo, vt prędictum est, inimici sanctæ Dei Ecclesiæ, & maximè Arriani à quibus quotidie expugnamur, conterimur, & opprimimur, præfata 70. Niceni Cõcilij capitula, quæ de præfata synodo iam facta, iubente Domino meo Alexandro, decreto omnium Episcoporum attuli, quæ etiã corã omnibus recitaui atq; transcripsi, sunt igne cõbusta, optamus vt à vestræ sanctæ sedis Ecclesiæ auctoritate quæ est mater & caput omnium Ecclesiarum, ea ad correptionem & recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præsentes legatos merea-

A mereamur. Verè nouimus Apostolatus vestri cor gratia sancti Spiritus in tãtum esse accensum, vt omnibus oppressis succurratis, quantò magis nobis qui licet exigui ordinis, tamen vestri sumus, vobisq; obedientes, cum omnibus nobis cõmissis, & esse semper volumus. Ideo decet & oportet vos nobis hæc quæ rogamus, & alia quæ necessaria iuxta sapientiam quam vobis præstitit altissimus, esse cognoueritis, absq; tarditate præstare, vt tantæ miseriæ squalores à fidelium mentibus detergantur, & quasi vulnus corpori infixũ aditu tantæ miseriæ obserato, salutari curetur antidoto, vt diuino freti iuuamine, vestraq; auctoritate atque auxilio roborati, aduersantium tergiuersationes euadere valeamus, atq; inconfuso vultu non fraude cuiusquam perculsi assistere æterno iudici mereamur, & vocem audire Christi, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, in-
B tra in gaudium Domini tui.

RESCRIPTIO MAR-
CI PAPAE DE MISSIONE CAPITVLORVM
Niceni concilii Athanasio & omnibus Aegyptiorum Episcopis.

Dominis venerabilibus fratribus Athanasio, & vniuersis Aegyptiorum Episcopis. Marcus S. Ro. Ecclesiæ Episcopus.

C DOLEO fratres & nimium contristor super afflictione vestra, sed oppidò consolor, quòd vento agitata nõ estis harundo, sed recti in fide inter omnes procellarũ & turbinum colluctationes incessanter perduratis. Lectis ergo frat. vestræ literis, vigorem constantię quẽ olim noueramus, agnouimus, congratulantes vobis quòd ad custodiẽdum gregẽ pastoralẽ, curã vigilãter insequimini, ne lupi qui sub specie ouiũ subintrârunt, bestiali sæuitia supplices quasq; delacerẽt, qui non adhoc subintrarũt, vt aliqua correctione proficiant, sed vt ea quæ sunt sana corrumpant. Quapropter moneo & hortor dilectionem vestram, vt bonum quod incepistis adminiculante diuina gratia vsq; in finem perducere satagatis, veritatis voce monente: Beatus qui perseuerauerit vsq; in finem, vnde enim beata perseuerãtia nisi de virtute patientiæ? Nam iuxta Apostolum omnes qui voluerint piè viuere in
D Christo, persecutionem patientur: quæ non in eo tantum computanda est, quòd contra Christianam pietatem, aut ferro aut ignibus agitur, aut quibuscunq; supplicijs, cùm persecutionũ sæuitiam suppleant, sed dissimilitudines morum & contumaciæ inobedientiũ, & malignarum tela linguarum, quibusq; conflictationibus communia semper membra pulsantur, ita vt nulla piorum portio à conflictatiõe sit libera, periculis nec otio careat nec labore: nã hæc & omnia incremẽta probabilium studiorum, & in eis vsque in finem perseuerantia, atque bonæ voluntatis incrementa, ad Christi gratiam semper sunt referẽda, vt in omnibus quæ agimus Deus omni perfectè laudetur tempore. De capitulorum namque verorum Niceni concilij, quibus nos interfuisse literis vestræ fraternitatis significâstis, à nostris qui vna nobiscum interfuerunt diligentioribus requisiuimus collocutionibus, qui ita vt vestræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

testate sunt literæ, omnem nobis ordinẽ exposuerunt, & vestrã epistolam per B
omnia veram esse testificati sunt, non vt nos aliquid sinistrum vestra ex parte
arbitraremur, sed nos & vos illosq; absq; vlla in posterũ titubatione vnum
sentire optaremus, & sancta Romana Ecclesia quæ semper immaculata per-
mansit, & Dño prẽuidente, & beato Petro Apostolo opem ferente in fururo
manebit, sine vlla hæreticorum insultatione firma & immobilis omni tẽpo-
re persisteret. His ita peractis diligenter requirentes in sancto nostræ & apo-
stolicæ sedis scrinio eadem, quẽ sanctæ recordationis prædecessori meo Syl-
uestro sunt directa, septuaginta (vt significâstis) capitula illæsa inuenimus.
Ipsa enim vobis propter auctoritatem & subscriptionẽ tantorũ patrũ & eius
magni concilij minimè misimus, sed per eadẽ corã apocrisarijs vestris alia si-
milia eundem numerum eademq; verba, & ipsam subscriptionem continen
tia, vobis rescribere & sub certa stipulatione & confirmatione mittere cura- F
uimus. Et quis est qui fratribus suis talia negare audeat? Nam non negligen-
da nobis hæc per sancti Spiritus gratiã Dñs docuit, sed fideliter exercenda &
fratribus cõtradenda & docenda distribuit. Hæc Apostolorũ viua traditio,
hæc est vera charitas quæ prædicanda est, & præcipuè diligenda ac fouenda,
atq; fiducialiter ab omnibus tenẽda: hæc sancta & apostolica mater omniũ
Ecclesiarũ Christi Ecclesia, quæ per omipotentis Dei gratiã à tramite aposto
licæ traditionis nunquã errâsse probatur, nec hæreticorũ nouitatibus depra
uãda succubuit, sed vt in exordio normã fidei Christianæ percepit ab aucto-
ribus suis Apostolorũ Christi principibus, illibata fine tenus manet, secundũ
ipsius Domini saluatoris diuinam pollicitationẽ, qui discipulorum suorum
principi in suis fatus est Euangelijs: Petre, inquiens, ecce Satan expetiuit vt cri
braret vos, sicut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogaui vt non deficiat G
fides tua, & tu aliquãdo confirma fratres tuos. Consideret itaq; vestra excel-
lens prudentia quàm bonum sit supersistere in dispensatione vobis credita,
& in fide recta, atq; hæreticis & æmulis Christi repugnare, & nunquam à ve-
ritatis tramite declinare, quoniam Dominus & saluator omniũ cuius fides
est, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine,
qui fidem beati Petri non defecturam promisit, & cõfirmare eum fratres su-
os admonuit, quod apostolicos põtifices meæ exiguitatis prædecessores cõ-
fidenter fecisse semper cunctis est cognitum, quorum & pusillitas mea licet
impar sit & infirma, pro suscepto tamen diuina dignatione ministerio, pe-
dissequa cupit existere: væ enim erit nobis qui huius ministerij onus suscep-
tum habemus, si veritatẽ saluatoris nostri Iesu Christi, quam Apostoli præ-
dicauerũt, prædicare neglexerimus: væ erit nobis si silentio veritatẽ oppres- H
serimus, qui erogare nummularijs iubemur, id est Christianos populos im-
buere & docere, quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si ser-
monis eius veritatem confundimur prædicare? quid erit de nobis cũm de cõ
missis nobis animabus, & de officio suscepto rationẽ iustus iudex Christus
Deus noster districtam exegerit? Ideo fratres hortor dilectionem vestrã, ob-
testor & moneo, vt qua debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad inuesti-
gandos hæreticos & inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, & à suis mentibus ne pe-
stis hæc latùis diuulgetur, seueritate qua potestis pro viribus extirpetis: quo-
niam vt habebit à Deo dignæ remunerationis præmiũ, qui diligentiùs quod
ad salutem commissẽ sibi plebis proficiat, fuerit executus, ita ante tribunal
Dñi de reatu negligentiẽ se non poterit excusare quicunq; plebem suã cõtra
sacrilegæ

A sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data XX. Calendas No-
uembris, Nepotiano & Secundo viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA ATHANASII ET AEGYPTIORVM EPISCOPORVM ad Liberium Papam, de oppressionibus Arrianorum.

Domino beatiss. & honorabili sancto patri Liberio Papæ Athanasius, & vniuersi Aegyptiorum Episcopi, in vnum synodicè apud Alexandriam congregati.

B

VESTRAE beatissimæ paternitatis iura penes Deum sunt manifesta, dum prædicationibus scilicet apostolicis, & doctrinis veræ fidei cultura vniuersa reple ta sit terra: per diuinorum tamẽ eruditionẽ eloquiorum vestra instruente admonitione exhortatoria superædificatur orthodoxa Christi Ecclesia, apostolica institutione fundata, & à fidelibus patribus firmissimè roborata, ad quam omnes beatissimi Apostoli patri honoris & potestatis consortio præditi populorum agmina cõuertentes, piè sanctéq; de tenebris ad lumẽ, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines diuinẽ prædestinationis gratia præceptis ac monitis perduxerunt,
C quorum sanctorum Apostolorum vestra fraternitas honoranda sequẽs merita, & perfectiùs implens exempla, Ecclesiã Dei morũ probitate, & actuum sanctitate cõdecorat, & fide sacra Christianis moribus vigẽs, quæ fieri Deo placita præcepit studijs pontificalibus indefinenter operatur & perficit, seruans legis diuinæ mandata, quia non legis auditores iusti sunt apud Deum, sicut narrat Apostolus, sed factores legis iustificabuntur. Nos enim hęc meditari cupientes, & ea quę à sancta sede vestra Apostolorum, eorumq; successorũ prædicatione suscepimus, atq; quę in Nicena synodo roborata cognouimus prędicare, & Arrianorũ blasphemias, atq; aliorũ hæreticorũ repellere cupiẽtes, quotidie ab his persequimur, & dãnationi tradimur, atq, morti destinamur. Qua de re precamur, vt vestris exhortatiõibus, tam per vos quàm &
D per apocrisarios vestros adiuuemur, ne dum illi crescunt & nos minuimur, vera fides destruatur, & eorũ hæresis vltra fidem nostrã crescat, qm timemus, vt postquam abundauerit iniquitas, refrigescat charitas multorum. Pro qua re multa vestræ sacræ doctrinæ tam apud Deum quàm apud cunctos fideles merces & laus reposita est, si vestra hæc recensetur auctoritate: nostrã em fidẽ quam à sanctis patribus accepimus & tenemus atq; docemus subter inseruimus, vt si aliquis vobis aliter nos credere aut docere, aut accusando, aut mussitando retulerit, vel detrahendo scriptis mãdauerit, per hanc manifestè nos ita credere & docere agnoscatis. Credimus nanq; in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium necnon inuisibilium factorem, & in vnum Dñm nostrum Iesum Christum filium Dei, natũ ex patre vnigenitũ, hoc est, ex substantia patris, Deũ ex Deo, lumen ex lumine, Deũ verum ex Deo verò, natũ, non creatũ, homousion, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per
quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quē oīa facta ſunt,cœleſtia,terreſtria.Qui propter nos hoīes & propter no- E
ſtrā ſalutē deſcēdit de cœlis, & incarnatus eſt, & homo factus,paſſus eſt, &
reſurrexit tertia die,aſcēdit in cœlū,venturus eſt iudicare viuos & mortuos.
Et in Spiritū ſanctum.Eos aūt qui dicūt,erat tempus quādo non erat,& pri-
uſquā naſceretur non erat, & quia ex nullis ſubſiſtentibus factus eſt, aut ex
alia ſubſtantia vel eſſentia, dicunt eſſe trepton,hoc eſt,conuertibilem atque
mutabilem filium Dei,hos anathematizat catholica & apoſtolica Eccleſia.
Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo patres agnouerūt,
& amplexi ſunt,& conſonantes & vnanimes ſcriptis explanauerunt.Sed mo
dò,quoniam contra hæc (vt noſtis) talia exurgunt,qualia nō debent:venite
& nos dilectiſſimi fratres,cum Deo deſcendamus ad viſitationem,id eſt, in-
quiſitionem ſermonum eorum,& confundamus per approbationem veriſ-
ſimam ibidem linguas eorum eleuatas contra ſcientiam vnigeniti filij Dei, F
& iniquitatem in altitudinem humanitatis eius loquentes,diſrūpamus vin-
cula eorum per gladium ſpiritualem,quod eſt verbum Dei,& proijciamus à
nobis iugum ipſorum per expugnationem prophani ſenſus illorum.Tunc e-
nim ipſe quoq; Dominus irridebit eos,& ſubſannabit, & tunc loquetur ad
eos in ira ſua,& in furore ſuo conturbabit eos,ſecundum beatū Hieremiam
dicens:Falſò Prophetæ iſti vaticinantur in nomine meo, non enim miſi eos,
& non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos viſionem mendacem, & diui-
nationem & fraudulentiam & ſeductionē cordis ſui prophetant vobis.Ideò
hęc dicit Dominus de Prophetis, qui prophetāt in nomine meo mendaciū:
Erunt proiecti in vijs Hieruſalem, & conculcatio omnium piè confitentiū
me,& non erit qui ſepeliat eos. Nemo enim abſcondere poteſt quibuſdam
ſubreptionem commentitijs,ſicut nec folijs fici antiquis tranſgreſſor pręce- G
pti Adam potuit,qui per propriam linguam inuerecundè nudatur, laqueus
enim fortis viro labia eius,& captus proprijs ſermonibus,& opera manuum
eius,retributio autem labiorum eius dabitur ei & impietatis reprehenſio.Ar
guam te,inquit,& ſtatuam contra faciem tuam,exiſtimâſti iniquè,quòd eſ-
ſem tibi ſimilis.Propterea ſicut dicit Dominus ad Gedeon, deponamus eos
ad aquam veræ diſcretionis, & probemus eos ibi regulari examinatione,in
idipſum pronos corruētes per oſtenſionem praui intellectus eorum, vtrūm-
ne ſint apud eos ſapientes diuini verbi ſcientiam ignorantes,quoniam dicen
tes eſſe ſe ſapientes ſtulti facti ſunt,& mutuauerūt gloriam catholicæ Eccle-
ſiæ propria nouitate & voluntate, ſiue per ea quæ illicitè in eius defenſione
geſta ſunt,hæreticam turbulentiam introducentes, illud competēter ad nos
retinētes, quod bene ad Ieſum filium Sirach dictum eſt:Vſq; ad mortem cer H
ta pro veritate,& Dominus pugnabit pro te.Huius rei gratia vniuerſalis vo-
bis in Chriſto Ieſu commiſſa eſt Eccleſia,vt pro omnibus laboretis, & cun-
ctis opem ferre nō negligatis,quia dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuū,
in pace ſunt omnia quę poſſidet.Ideoq; tanta vrgente neceſſitate ſummope-
rè comprimite veſtra ſumma auctoritate infeſtos,releuate oppreſſos,vt
abſq;graui damno,opitulante facultate,ipſi gratanter omni
tempore ſacrificare mereamur illæſi. Et ſubſcri-
ptio: Aeterna te ſeruēt diuinitas per
multos annos ſanctiſſime
patrum pater,
Amen.

LIBERII

A LIBERII PAPAE AD ATHANASIVM ET AEGYPTIORVM EPISCOPOS epiſtola, in qua fidem eorum commendat, & ſacræ ſcripturæ teſtimoniis innixus, aduerſus Arrianos hæreticos animat.

Dilectiſſimo filio Athanaſio,& omnibus in vnum congregatis,& de trinitatis fide rectè ſentientibus Aegyptiorum Epiſcopis,Liberius Papa.

B

OLIM & ab initio tantam percepimus à beato Petro Apoſtolorum principe fiduciam, vt habeamus auctoritatem pro vniuerſali Eccleſia ad rectam defendendam fidem, quatenùs nulli liceat ſtatum ſanctæ Eccleſiæ commouere ad læſionem rectè credētium abſq; ſui periculo honoris. Epiſtolam ſiquidem veſtram nobisq; directam ante nos recitari fecimus, tribulationes & perſecutiōes quas pro recta fide patimini intelleximus. Super quibus & nos vnà vobiſcum condolemus, & laborare pro vobis vt pater pro filijs parati ſumus. Fidem verò Niceni concilij in eadem epiſtola rectam reperimus,ſuper qua & Deo gratias vberrimas retu
C limus,pro qua non ſolummodo perſecutiones & paſſiones ſuſtinere vobiſcum parati ſumus,ſed etiā ſi neceſſe fuerit,mori pro Chriſti nomine,in quantum noſtra ſinit fragilitas,non reſpuimus.Igitur prædictum ſanctum concilium (vt legimus) definiuit Nicenum, aliam fidem nulli licere proferre, aut conſcribere,vel componere,aut ſapere,vel docere aliter,nec quicquam in fide ſentire,aut proferre,quod his patrum regulis poſſit obuiare. Qui autem præſumpſerit componere aliam fidem,aut proferre,docere,vel tradere aliud ſymbolum ad viam veritatis cōuerti deſiderantibus de quacunq; hæreſi, vel ex Iudęis,vel ex Paganis Chriſtianos ſe fieri volētibus,hi,ſi Epiſcopi fuerint, aut clerici,alienari quidem Epiſcopos ab Epiſcopatu, cleros à clero. Si verò monachi,aut laici fuerint,anathemate fieri.Proteſtatur etenim beatus Apoſtolus dicens:Si quis certat,non coronatur,niſi legitimè certauerit. Et iterū
D Dominus ait:Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit: videlicet certaminibus ſacris propoſitis nobis pro defenſione catholicæ Eccleſiæ magnaq; ſalute ex hoc ſperata ab omnium bonorum datore Deo.Non deficiant manus noſtræ dilectiſſimi fratres per occaſionem cuiuſlibet, deſidia diſſolutæ,ſed fortes efficiamur per gratiam Domini atq; virtutem potentiæ eius,quoniam perfecit pedes noſtros tanquam ceruorū, & ſuper eccelſa firmiùs ſtatuit intellectus ſummæ eius humanitatis propter noſtrā ſalutē, maximè tantum habentes impoſitam ſanctorum teſtium nubem. Deponentes ergo omne pondus,& circunſtantem aduerſariorum nouitatem,per patientiam curramus,aſpicientes in auctorem fidei,&conſummatorem Ieſum,qui in propoſito nobis propter eum negotio,Spiritum nobis ſuę veritatis cōdonet,loquentem in nobis atque perhibentem magnalia fidei per doctrinam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſanctorum patrum,quos aduerſarij calumniantur quotidie. In Prophetis E
nanque habetur:Propter Sion non tacebo, & propter Sion non quieſcam,
donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius,& ſaluator eius vt lampas accenda-
tur.Profectò Catholica Eccleſia quę vera conſiſtit Sion,& ciuitas Chriſti
cœlorum Regis per tot annorum ſpatia expugnata ab auerſantibus verba fi-
dei,qui neq; Deum timent,neque hominem reuerentur,ſed incaſſum perdu
centibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum aduerſis tantisque
ſcripto & ſine ſcripto cõteſtationibus inuitati fuiſſent corrigere propriam,
& ſepelire hæreſim, ſicuti & per anteriorẽ cognitionem luculentiùs demon
ſtratũ eſt,tam per libellos quàm per ſuggeſtiones reuerendiſsimorum ſacer
dotũ & venerabiliũ Abbatum,Apoſtolo proteſtante nobis,vt hominẽ hęre
ticum poſt primã & ſecundam correptionẽ euitare debeamus,ſcientes quia
huiuſmodi ſubuerſus eſt,& delinquit proprio iudicio condemnatus, nullo F
modo oportet nos deinceps tacere, aut quieſcere,ne quomodo iniqui iudi-
cemur,odibilem Deo pacem amplectentes:quoniam ſcriptum eſt: Zelaui in
peccatoribus pacem peccatorum videns:& dicatur etiam de nobis:Sacerdo-
tes mei contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea,inter ſan
ctum & prophanum non habuere diſtantiam, inter pollutum & mundum
non intellexerunt:ſed conſurgere in Deo,& conſiſtere promptè ei,& indu-
entes arma ſpiritus aduerſus malignantes contra fidem eius, vt approbemus
ſpiritus ſapienter,id eſt,verba eorum ſi ex Deo ſunt.Scriptũ eſt enim in Hie-
remia.Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, ſcies & probabis viam
eorum.Multa nanq; nobis neceſſaria eſt vigilantia,& tanta diuinæ ſapientię
rimatio,quę occulta tenebrarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei &
ſcrutationem,quoniam latet quodammodo & abſconditur, vixq; compre- G
henditur,doloſa exiſtens malitia,pro eo quod ſibi pietatem callidè blandia-
tur,vt valeat ſcrutantium mentem latêre. Quod vtiq; ſciens beatus Apoſto-
lus ait:Nam huiuſmodi pſeudoapoſtoli, & operarij ſubdoli transfigurant ſe
in Apoſtolos Chriſti.Sed non mirum, quoniam & ipſe Satanas transfigurat
ſe velut Angelus lucis:& ideo non mirũ,ſi miniſtri eius transfigurantur vel-
ut miniſtri iuſtitiæ,quoniam finis ſecundum opera eorum, ſed & Dominus
in hoc præmuniens nos,ait:Attendite à falſis Prophetis qui veniunt ad vos
in veſtimẽtis ouiũ,intrinſecus ſunt lupi rapaces, à fructibus eorũ cognoſce-
tis eos.Ergo in idipſum ex toto corde referentes ante omnia ſuper tali quæ-
ſtione deprecationem,& dicentes cum Dauid:Reuela oculos meos, & conſi
derabo mirabilia de lege tua:lucerna enim pedibus meis verbum tuũ Dñe,&
lumen ſemitis meis:quoniam ipſius eſt(ſicut ait beatus Daniel Propheta) ſa- H
pientia,fortitudo: dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus
diſciplinã.Ipſe reuelat profunda & abſcondita,& nouit in tenebris conſtitu
ta,& lux cum eo eſt. Quia ſapientiam,inquit,& fortitudinem dediſti mihi,
& oſtẽdiſti mihi quæ rogaui te.Cum opera diuina vniuſcuiuſq; perſonæ de-
ſcripta,eorum qui pro nouitatis commento accuſati ſunt de venerabili no-
ſtro ſcrinio obſecundantibus,& nobis ordinabiliter offerentibus,ſolertiùs
intendamus,ita vt hæc præſumpſerint præuaricari,primũ quidem ſubiaceãt
iudicio terribili omnipotentis Dei,deinde autem qualemcunq; regalem in-
dignationem reuereantur,per quam quidem ſi Epiſcopi aut clerici ſunt,à ſui
ſacerdotij,ſiue à ſui cleri ordine modis omnibus excedant. Si autem mona-
chi ſunt,ſegregentur & alieni ſint de ſuis locis.Si aũt dignitatẽ aut cingulũ,

aut

A aut militiam habeant,nudentur de eis.Sin autem ſunt priuati, ſi quidem no-
biles exiſtunt ſuarum ſubſtantiarum proſcriptionem patiantur. Sin autem
ignobiles conſiſtunt,non ſolùm in corpore verberentur,ſed exilio perpetuo
caſtigentur,vt omnes timore Dei compreſſi,& comminata eis digna ſuppli-
cia,reuerẽtes immobilẽ & ſine turbatiõe pacẽ ſanctarũ Dei Eccleſiarũ cuſto
diant.Data octaua Calendarum Iunij,Aſclepio & Deodato IIII.C C.conſu.

EPISTOLA AEGYPTIORVM PONTIFICVM AD FELICEM Papam, de infeſtationibus Arrianorum.

B

Domino beatiſſimo & honorabili ſancto patri Felici, ſanctæ ſedis apoſtolicæ vrbis Romæ Papæ, Athanaſius, & vniuerſi Aegyptiorum Thebaïdorum & Libyorum Epiſcopi in ſancta Alexandrina ſynodo, gratia Dei congregati.

C

VESTRO ſancto ſuggerimus apoſtolatui, vt noſtri more ſolito ſollicitudinẽ gerere dignemini, iuxta ve ſtram prudentiſs.ſapientiam,quæ omnibus luce clarius manifeſta eſt: quia apoſtolicis veſtra beatitudo viſceribus commota,per tribulationem noſtram,nos omnes hortata eſt ad tuitionem catholicæ & apoſto licæ Eccleſiæ in vnum conuenire, & de noſtra canonicè oppreſsione,& vnanimiter tractare, dum cõſtat nos vnà cum beato Paulo Apoſtolo eadem compaſſibiliter dicere. Quis infirmatur,& ego non infirmor? Quis ſcandalizatur,& ego non vror? ſatagentes ne aliqua de eis quæ nobis creditæ ſunt rationabilibus ouibus à beſtijs capiatur.Ideo Pater beatiſſime,quia ſemper anteceſſores noſtri, & nos à veſtra apoſtolica ſancta ſede auxilium hauſimus,& noſtri vos curam habere agnouimus,præfatam apoſtolicam & ſummam expetimus,iuxta canonum decreta,ſedem,vt inde auxilium capiamus,vnde prædeceſſores noſtri ordinatiões & dogmata atq; ſubleuationes cœperunt: ad eam quoq; quaſi ad matrem
D recurrimus,vt eius vberibus nutriamur,quoniam nõ poteſt mater obliuiſci
infantem ſuum:ſic & vos nolite obliuiſci nos vobis commiſſos,quoniã non
leuibus nos inimici noſtri implicauerunt,& quotidie facere moliuntur affli
ctionibus,& apprehendere aut ferro nos conſtringi minantur, niſi eorum
conſentiamus erroribus, quod nequaquam vobis inconſultis agere præſu-
mimus,canonibus quippe iubentibus,abſq; Romano nos de maioribus cau
ſis nihil debere decernere Pontifice:ideoq; ad propoſitum recurrentes & ad
brabium properantes,veſtræ apoſtolicæ ſedis imploramus auxilium: quia vt
credimus, non deſpexit Deus preces cum lacrymis ſibi oblatas ſeruorum
ſuorum,ſed ob id vos prædeceſſoresq; veſtros apoſtolicos videlicet pręſules
in ſummitatis arce conſtituit, omniumque Eccleſiarum eis curam habere
præcepit,vt nobis ſuccurratis,nosque tuentes,cui omne Epiſcoporum iudi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cium est commissum, liberare ab hostibus nostris non negligatis: nam scimus E
in Nicena magna synodo trecentorũ XVIII. Episcoporum ab omnibus
concorditer esse roboratum, non debere absq; Romani Pontificis sententia
concilia celebrari, nec Episcopos damnari: licet hæc & alia quamplura ne-
cessaria ab hæreticis, qui nos quotidie infestant & perdere nituntur, vt facili-
ùs nos capere possint, sint synodica capitula incensa nobisq; sublata. Qua
de re hac inuenta occasione indifferenter omni canonica & apostolica post-
posita auctoritate, nos vi à proprijs vobis inconsultis illicitè expellunt sedi-
bus, ouesq; nobis à Christo Dño apostolica cõmissas gratia inuadũt, gradi-
bus priuant, & quod pessimum est & omnibus Christianis legibus inimicũ,
perficere decertant. Vos ergo, vt semper vestræ sedi sanctæ consuetudo fuit,
periclitantibus subuenite, oppressos roborate, tribulantibus manũ porrigi-
te, taliaq; prohibete, & leges imponite, vt apostolica doctrina quæ in Deo F
est, citò ad victoriam iudicium perducere valeat nostrum, nósq; Apostolo-
rum principe suffragante Petro, ab imminentibs periculis liberare. Noui-
mus namque in iam præfata Nicena synodo generaliter esse decretũ, vt nul-
lus passim vageque Episcopos aut præsumptiuè lacerare, aut accusare, &
qui non est rectæ fidei vel bonæ vitæ vel claræ conuersationis, aut infamare
præsumat: sed priùs, si erga Episcopos vel auctores Ecclesiæ quisquam causã
habuerit, eos cum charitate mansuetè cõueniat, vt ab eis vulnus vnde agitur,
rectè sanetur, aut ipse si secus egerit accusator, excommunicetur. Quòd si
ab eis nihil valuerit rectè percipere, tunc primò summos adeat primates, &
ipsi tempore congruo canonicè eos conuocare debebunt: qui, si aut suis re
bus expoliati, aut à propriis sedibus eiecti, aut exulantes, vel oppressi, aut
iniquè tractati fuerint, primò eruantur, & canonicè restituantur, atque o- G
mnia sibi sublata, integerrimè eis legibus reddantur, quoniam priùs, quàm
hæc fiant, vt in prædicto constitutum est concilio, nec canonicè conuoca-
ri, nec distringi à quoquam possunt, quoniam nec seculi leges hæc fieri per-
mittunt, quantò magis Ecclesiasticæ. Similiter & à supradictis patribus est
definitum consonanter, vt si quisquam Episcoporum aut metropolitanorũ,
aut comprouinciales, vel iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Ro-
manam interpellet sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi ac soluendi
speciali est priuilegio super alios concessa. Ipsa enim firmamentum à Deo fi-
xum & immobile percepit: quoniam ipsam formam vniuersorum titulorũ
lucidissimam Dominus Iesus Christus vestram Apostolicam constituit se-
dem: ipsa est enim sacer vertex in quo omnes vertuntur, sustentantur, releuan
tur: & sicuti in Christo Christiani, & in in petra, id est, Christo, Petrus, reno- H
uantur Ecclesiæ. Tu es (sicut diuinum veraciter testatur eloquium) Petrus,
& super fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ, id est Episcopi, qui Eccle-
siam sustinere, & proprijs humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ: ti-
biq; claues regni cœlorum commisit, atq; ligare & soluere potestatiuè, quæ
in terra, & quæ in cœlis sunt, promulgauit. Tu prophanarum hæresium,
& impetitorum atque omnium infestantium depositor, vt princeps & do-
ctor, caputque omnium orthodoxæ doctrinæ immaculatæ fidei existis. Igi-
tur ne despicias pater tuorũ patrũ pietatem, bonamque intentionẽ, & sicut il
li patres & prædecessores nostros à multis liberauerunt oppressionibus &
angustijs, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestræ sanctæ & aposto-
licæ sedi licentia, iniustè damnatos vel excommunicatos, potestatiuè sua
auctori-

A auctoritate restituere, & sua eis omnia reddere, & illos qui eos cõdemnaue-
runt, aut excommunicauerunt, apostolico punire priuilegio, sicut etiam no
stris, & anterioribus cognouimus actum tẽporibus. Porrò & ipsi primates,
qui Episcoporum & summorum Ecclesiasticorum negotiorum causas susci
pere debent, in præfixa Nicena synodo sunt dinumerati, ne in posterum co-
tentio ex hoc oriretur. O sanctissime pater patrum, abscinde blasphemias, &
iactantiam vaniloquorum, & insidiantium infestationes, nos & fratres no-
stros opprimentium, atque perdere volentium, qui ad vos quasi ad caput cõ-
fugimus, vt vestro suffulti auxilio liberemur, & vobis nobisque commissas
Christi oues à luporum ore Domino adminiculante, antè, quàm deglutian-
tur, eripiamus. Nec enim phas est supplicium apostolicæ sedis scripto, aut
sine scripto preces oblatas despicere, sed vt condecet & priuilegium vestræ
B sedis est, & nos & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de nostris ob-
iectionibus canonicè cum omni probitate concertemus, sicut prędecessores
nostri penes vestros fecerunt antecessores, & sicut canonica in prædicta san-
cta synodo docent instituta, & veluti paleati verbi per ventilabrum cano-
nicæ examinationis, plenam purgationem in communi consistentes audi-
torio, de maturis & nutrientibus catholicæ Ecclesiæ dogmatibus, quæ con-
firmant cor hominis, participationem paternarum consequamur institio-
num. Antiquis enim regulis censitum est, vt quicquid, quanuis in remotis
aut longinquis positis prouincijs, super Episcoporum querelis, aut accusa-
tionibus ageretur, non priùs tractandum vel accipiendum esset, quàm ad
notitiam almæ sedis vestræ fuisset pronunciatio prolata, quæ infirmaret,
aut firmaret, indeque sumerent normam, vnde Ecclesiæ sumpsêre prædica-
C tionis exordium, ne passim ab insidiatoribus columnæ euerterentur Ec-
clesiæ. Certum est enim eidem sanctæ sedi vestræ in honorem beatissimi
Petri, patrum decreta peculiarem decreuisse reuentiam Dei pro rebus
inquirendis atque determinandis, quas sollicitè decet, iusteque ab ipso præ-
sulum examinare vertice apostolico, cuius sollicitudo semper fuit & est, tam
mala damnare, quàm probare laudanda. Quocirca humillimum vestro apo-
stolico culmini persoluentes obsequium, vt ipse Dominus præcepit, & san-
ctorum decreta patrum statuerunt, cum lacrymis suggerimus, quod sine ge-
mitu cordis reticere non valemus. Nam in tantum à persecutoribus sanctæ
Dei Ecclesiæ, nostrisque inimicis persequimur, vt magis nos tædeat viuere
quàm mori. Vnde præ omnibus fatemur in tantum cor esse nostrum vulne-
ratum, vt Propheticum illum planctum exoptemus, dicentes: Quis dabit ca-
D piti nostro aquam, aut oculis nostris fontem lacrymarum, vt sedentes plo-
remus die ac nocte? Ecce em̃ Ecclesia Dei non leuiter perturbatur, columnæ-
que eius nimis infestantur, atque à prauis amoueri hominibus nitũtur. Chri-
stianorum verò voces ac gemitus Episcoporum longè lateque resonant, no-
uitates insurgunt, calumniæ crescunt, persecutio grassatur, perditio fit popu
lorum: vestrum est enim nobis manum porrigere, quia vobis commissi su-
mus: vestrum est nos defendere atque liberare, nostrumq; est à vobis auxili-
um expetere, vestris parêre iussionibus. Præ nimio ergo dolore & gemitu o-
mnia quæ nobis instant, & nos infestant, necessariò recordari, vobisq; signi
ficare nequimus. Ideo almum vestrum exoramus Apostolatum, vt superiùs,
legem quæ in memorata Nicena synodo est promulgata, licet prædictorum
insidiatorum & aliorum malorum hominum, vt faciliùs Episcopos, Deique

Universidad de Deusto
Biblioteca

ministros valeant illaqueare, deprauatione sit suffocata, reparetis, & quæ ne E
cessaria fore cognoscitis vestræ sanctæ sedis auctoritate, nos cunctosq; fra-
tres informetis, vt malorum insidias hominum vestra fulti auctoritate illæsi
Domino opitulante euadere valeamus, quia nõ est insidias luporum præuide
re ouium, sed pastorum. Scimus enim vt semper vestræ sedis præsules primò
Apostoli, deinde successores eorum fecerunt vos vniuersalis Ecclesiæ, & ma-
ximè Episcoporũ, qui oculi propter contemplationem & speculationẽ vo-
cantur Domini, curam gerere, ac de releuatione & lege nostra assiduè cogi-
tare debere, sicut scriptum est: Beatus vir qui meditatur in lege Domini die
ac nocte, quæ meditatio non lectione per figuram literarũ tantũ conspecta,
sed exuberante in vobis Christi gratia in vestra cognoscitur cõscientia im-
mobiliter insita, & nullatenus de vestro corde recedẽte lege Christi Dei Do-
mini sacrosancta, sicut in psalmo dicit Propheta: Os iusti meditabitur sapi- F
entiam, & lingua eius loquetur iudiciũ, lex Dei eius in corde ipsius, non at-
tramento, sed spiritu Dei viui vestra in arcana mente cõscripta, neq; in tabu-
lis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, sicut beatissimi Apostoli Pauli
ad Corinthios missa nos docet Epistola. Quibus præmissis significamus Deo
placitæ paternitati vestræ, die VII. Calendarũ Augustarum indictionis quar-
tæ nostrã humilitatẽ diuina gratia suo, vt præcepit, munere præueniente, ve-
stris sanctis ac Deo dignis precibus in sancta Romana Ecclesia pontificalis
honoris accepisse consecrationẽ & stolã, in quo dignitatis fastigio, vt à Deo
omnipotente regamur altissimo, & à malis omnibus liberemur, vt non sacerdo
tale nomẽ tantũ, sed Christi Domini Dei nostri protegente auxilio, & meri-
tũ habeamus, vestris sanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes ora-
tionibus poscimus, quatenus & vestris deprecationibus pro nobis ad Deum G
effusis muniti, & eruditionibus bonis instructi, digni efficiamur cũ omni no-
bis populo Christiano commisso illæsi protegi velamento diuino. Ad salu-
tationẽ ergo vestræ sanctæ & honorandæ paternitatis, vice nostra Benedictũ
humilẽ nostrũ fratrẽ, vestrũ Episcopũ, & Alexandrum presbyterum, Crispi-
num quoque diaconem vestros famulos destinauimus, quos postulamus ce-
leriùs nobis à vestra beatitudine persolui, vt vestris cohortationibus robora
ti, & vestris regulis informati, inimicis videlicet compressis, ad proprias pru-
denter consolati valeamus Ecclesias ante hyemẽ Deo propitio remeare. Ve-
strum est quippe pater sanctissime canonica districtione sollicitè Ecclesia-
sticæ regulæ aduersantibus, & fratrum insidiatoribus obuiare, nec permitte
re nouiter dici, quod patrum venerabilium auctoritas omninò non censuit.
Nos enim humiles corde, quæ recta sunt adiuuante Domino sapientes, vno H
vinculo charitatis vobiscũ sumus constricti, verã fidem ac religionẽ catho-
licam in omnibus fortiter defensantes. Studiosiùs itaque à catholicis impro
bis probè resistere innitendum est, ne torpentes desidia oppressi culpæ taci-
turnitatis teneamur obnoxij, & quasi fauorẽ impendentes iudicemur, dum
aduersa catholicæ fidei propulsare negligimus: vnde dictũ est: Negligere quip
pe dũ possis conturbare peruersos, nihil aliud est quàm, fouere: nec caret scru
pulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare: Liquet do-
ctor sanctissime venenosa serpentium sine simplicitate astutia, dum manife-
sta est dolosa inimicorũ fallacia. Succurrite quæsumus oppressis, liberate nos
de manu persequentiũ, vt cũ beato Iob cãtetis: Benedictio perituri super me
veniebat, & cor viduæ cõsolatus sum, iustitia indutus sum, et vestiui me sicut
vestimen-

A vestimento & diademate iudicio meo: oculus fui cæco & pes claudo, pater
eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam.
Conterebam malas iniqui, & de dentibus earum auferebam prædam, & reli
qua. Nos enim quos tua maxima expectat cura, id est, omnes Episcopi, præ-
puè tuum mereri debemus iudicium, & non ab alijs deuorari. Meritò ergo
nos Domini causa respicit sacerdotes, si silentio faueamus errori: siquidem
corripiantur huiusmodi, nec sit liberum eis pro voluntate facere iudicium:
desinat nouitas incessere vetustatem, desinat Ecclesiarum quietem iniquitu
do turbare: nam vt omnes metropolitani vel reliqui Episcopi sua odia, aut
vindictas in reliquos Episcopos exercere non valeant, ideo nominatim in
Nicena synodo expressi sunt primates, qui reliquos Episcopos audire & iu-
dicare debeant, ne vlla fraus in iudicio Episcoporum possit irruere. Vos ergo
B qui in summo speculo gratia Dei estis positi, attendere eos & opprimere o-
portet, qui in fratres seditiones, & scandala excitant: ideoq; exoramus, vt mi
nimè despiciatis humilitatis nostræ & omnium orientalium orthodoxo-
rum sacerdotum & populorum afflictiones & deprecationes cum lacrymis
oblatas, sed sicut luminaria vniuerso mundo verbum vitæ retinentes, intro-
ductas extinguite tenebras nephandissimorum insidiatorum, temporibus e-
tiam nostris procaciter germinatas, quatenus funditùs extincta huiusmodi
caligine. Lucifer nobis resplendeat per vos sanctissime pater, & dogmatum
definitio omnes lætificans, quàm gloriosę Ecclesię sancti patres per propria
pijssimè dogmata in æternæ vitæ firmam hæreditatem prædicâsse noscun-
tur. Subscriptio. Incolumem te & beneplacitum Deo sanctissime pater pa-
trum orantem pro nobis Dominus custodiat in æuum, Amen.

C

FELICIS PAPAE
EPISTOLA DE OPPRESSIONE ARRIANORUM.

D

ELIX sanctæ vniuersalis Ecclesiæ Papa, atque per
gratiam Dei catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ vr-
bis Romæ Episcopus, vnà cum sancto cõcilio nostro
reuerendissimorum sacerdotum huc nobiscum cõ-
uenientium in confirmatione pijssimorum catholi-
cæ Ecclesiæ dogmatum, & releuatione oppressorũ
fratrum coëpiscoporum videlicet nostrorum, qui re
ctam Niceni concilij tenent fidem, & fratres non in
festant, vniuersis spiritualibus fratribus nostris, & reliquis in sacerdotali col
legio Domino consecratis, atque omni plenitudini Ecclesiæ catholicæ, gra-
tia vobis & pax multiplicetur in cõfortatione & sancti spiritus cõmunione,
quatenus in eo proficiẽtes à gloria in gloriã, virtutes annũciemus eius qui de
tenebris nos vocauit in admirabile lumẽ suũ, apud quẽ nõ est transmutatio,
nec vicissitudinis obumbratio. Portate fratres hortamur persecutiones &
tribulationes patienter, vt eius inueniamini filij, quem quotidie patrem vo-
catis Deum in cœlis, & in eo vincatis omnia, qui propter nos vicit om-
nia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia, qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradi- E
dit illum. Imitatores quoq; Dei conuenit in omni verbo & opere imitari De
um, ideoq; illud oportet nos dicere, quod ipſe de ſe perhibuit Dominus: Ve
niet princeps huius mundi, & in me nihil inueniet. Venerunt & illi qui vos
& nos perſequuntur, quia vos ſine nobis perſequi non poſſunt: quoniam v-
nius Dei membra ſumus, & vnũ illius ſacerdotiũ per euius ſanctificationem
retinemus, & in nobis de ſuis nihil inuenerunt, quia quicquid ſumus, gratia
Dei ſumus: licet propterea calũniari nos irrationabiliter ſtuduerint, quod fa-
cere ſolẽt inimici, ſuã ex hoc cooperire dementiã properantes, quatenus per
mendaciũ veritatem valeant obũbrare. Scripſi enim vobs, inquit, Apoſtolus,
per multas lacrymmas, vt non contriſtemini, ſed vt ſciatis quàm charitatem
abundantius habeo in vobis: etenim detrahentibus detrahere non eſt bonũ,
vt non ad ea quæ ſcripta ſunt, commoti inuriæ certamine deficiamus. Non F
debemus omninò timere opprobium hominum, neq; eorum exprobratio-
nibus vinci, quoniam hoc nobis Dominus iubet per Eſaiam Prophetam di-
cens: Audite me qui ſcitis iudicium populus meus, in quorum cordibus lex
mea eſt, nolite timere opprobrium hominum, & blaſpemias eorum ne time-
atis. Conſiderantes etiam quod in pſalmo ſcriptum eſt: Nónne Deus requi-
ret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis & cogitationes talium hominum,
quoniam vanæ ſunt: vana autem locutus eſt vnuſquiſque ad proximum ſuũ
& labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt mala: ſed diſperdet Dominus
vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, labia noſtra
à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt? Nam ſi hæc in memoria retinerent,
minimè ad tantam proſilirent iniquitatem: non enim probabili & paterna
doctrina hoc faciunt, ſed vt ſuam exerceant in ſeruos Dei vindictam, ſcriptũ G
nanq; eſt: Via ſtulti recta in oculis eius, & ſunt viæ quæ videntur homini iu-
ſtæ, nouiſſima autem eorum deducunt ad mortem. Nos enim qui hoc pati-
mur, iudici reſeruare debemus, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua, qui
etiam per miniſtros ſuos intonuit dicens: Mihi vindictam, ego retribuam.
Vos enim in recta fide, & pura ac bona ſuccurrite voluntate viciſſim, nec a-
liquis à ſupplemẽto fratris ſubtrahat manum, quoniam in hoc ait Dominus:
cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inui
cem: vnde & ipſe per Prophetam loquitur dicens: Ecce quàm bonum & quã
iocundum habitare fratres in vnum: ſpirituali dico habitaculo, & concor-
dia quæ in Deo eſt, & vnitate fidei huius delectabilis, ſecundum veritatem
inhabitaculi, quæ videlicet in Aaron magis decorabatur atq; ſacerdotalem
induentibns dignitatem, ſicut vnguentum ſuper caput, principalem intelle- H
ctum irrigans, & vſq; ad ipſam extremam ſcientiam deducens: in hoc habi-
culo benedictionem & æternam vitam promiſit Dominus. Huius ergo pro-
pheticę vaticinatiõis meritũ amplectentes, fraternã preſentẽ ſyllabã expoſui
mus, noſtra propter charitatem minimè quærentes aut quæſituri. Non enim
detrahentibus bonum eſt detrahere, aut palo ſecundum vulgarem fabulam
excutere palum, abſit: nõ ſunt noſtra iſta, quapropter hoc auertat diuinitas.
Non ſunt edocti habitus noſtri ita vincere, ſed in patientia longanimitatis
& ſpiritu humilitatis: quia ſicut per duritiam minimè (vt propheticè dica-
mus) purgatur nigella, ita nec pacis ſoporatus fructus intelligentiæ per aſpe-
ritatem exprimitur: propter hoc enim verborum ſupportauimus colaphos,
vt aut paulatim valeamus eum imitari, qui propter nos ſe humiliare dignatus
eſt, &

A eſt, & extremæ illius vltionis per hãc plagã verba declinemus. Audiamus er-
go & cõſentiamus Eccleſiæ oratori, qui per linguã ſpiritus clara voce excla-
mat dicẽs: Omnia vobis in charitate fiãt. Ergo ſiue quęrimus, ſiue tantũmodo
dicimus, & tantũmodo audimur, charitas intercedat, ars aliqua exiſtat ad cõ
poſitionẽ cõcordiæ boni & coniũctionẽ. Oportet enim de Deo quærẽtibus
nobis ſpiritu rectitudinis mentis noſtrę dinumerãtes intentiones tẽplum pa
cificè inhabitare propter Deũ, qui per Prophetã loquutus eſt: Quærens quę-
re & apud me habita: ſpeculũ enim dedit nos De⁹ populo ſuo, & oportet eos
qui à Deo ſunt deputati, ſacerdotiũ adipiſci, ita in humilitate greſsũ mẽtis ad
inuicẽ tendere, vt in melius ædificentur hi, qui ad nos reſpiciunt, q̃ (quod di
cere piget) per noſtrã diſcordiã, ſemitã pedũ eorũ concutere. Ad concordiã
iudicemus nosipſos, & vnum in charitate ſapiamus, humilitatem venere-
B mur, per quàm apprehendi ſolet altitudo ſpiritus. Si enim verborum ampliùs
vſq; nunc taciturnitatem quàm garrulitatem dilexerimus, hoc quidem bene
habere arbitrati ſumus, ne ſcriptis veſtris reciprocè reſpondentibus iniuriæ
fomitem excitemus, & puſillanimitate diiudicemur ab eo, qui omnia ad cha
ritatem dirigere promulgauit. Orauimus verò & tunc oſtium circunſtantiæ
labijs noſtris imponi, verbum inſonitum concipere potiùs quàm verbũ ſona
bile: & hoc tamen mihi donum eſt à Domino, & factus ſum ſicut homo nõ
audiens & non habens in ore ſuo redargutiones. Sed quia tempus eſt loquen
di & tempus tacendi, operio verbum, & claudo oſtium, per taciturnitatem
competenter exorans: Domine labia mea aperies, & reſpondeam exprobran
tibus mihi verbum: licet enim tacuiſſemus, non ſemper tacebimus aperiente
nobis Domino claues verbi. Igitur directis in præſenti beatitudini fraterni-
C tatis veſtræ apocriſarijs, qui poſt multas factas inter nos de Eccleſiaſtica re-
quiſitione diſſonantes ſermocinationes, in fine ad hoc peruenerunt, admo-
nentes nos atq; hortantes interpretari vnius veri Dei noſtri voluntatis intel-
lectum, atq; huiuſmodi interpretationem deſtinare veſtrę ſacratiſſimæ vene
rationi: nos acceptam habentes bonæ cõſcientiæ prædictorum venerabiliũ
virorum admonitionem: cognoſcentes autem & quæ principatus Apoſtolo-
rũ ſummitas docet, paratos eſſe ad ſatisfactionem, omni poſcẽti verbum de
ſpe, quæ in nobis eſt ſecundum Dei timorẽ, manſuetudinemq; ad bonã ſcien
tiam temperantes, ſuper tali tantummodo requiſitione mẽtem noſtram per
has ſyllabas exponimus, ſuperfluam exercitationem & altercationem verbo
rũ propter ſatietatem, & præſentis temporis incongruitatem declinantes, ac
præcauentes, nihil omninò aliud intelligentes ac proferentes vel dicentes q̃
D quod audiuimus & cognouimus à ſanctis vniuerſalibus magnis Apoſtolis,
eorumq; ſucceſſoribus, & patres noſtri enarrauerunt nobis, & audientes præ
dicauimus ad ſupernam tendentes vocationem. Noſtrum eſt ſtudium vbi pa
cis conſtitutio manet his qui in ſtadio pietatis ſunt. Bene vnica gloria inter-
ceſſori tribuitur & corona: Deo manifeſtati ſumus qui iudicat omnia & cõ
probat. Non iurgialiter ſtamus, non ad contradictionem reſpicimus, nec fa-
uorẽ inanẽ amplectimur, ſed in verbo Dei propoſiti huiuſmodi requiſitio-
nis reſolutionem feciſſe dignoſcimur, confitentes, quoniam pacis Dominus
Deus ad alterum noſtrorum vnitatem & dilectionem conſeruauit in gloria
eius benigniſsimæ maieſtatis. Omnem cum veſtra beatitudine in Chriſto ex
iſtentem fraternitatem tam nos quàm qui nobiſcum ſunt multum ſalutaui-
mus. Data XIII. Cal. Nouẽb. Philemone & Attico viris clariſsimis cõſulibus.

LIBERII PAPAE EPISTOLA, VT NVLLVS PRO PERSECUTIONIBUS DUM ,durare poteſt, ſuam relinquat Ecclesiam.

Dominis ſanctiſſimis & Deo amátiſſimis vniuerſis Epiſcopis Liberius Epiſcopus ſalutem.

NIHIL eſt quod diu ſtare poſſit niſi Dei gratia. Cæterùm nequitia diaboli contemptibile malum, plenum veneno mortifero ſæuit, qui ſurſum atq; deorſum circuit quærẽs F quem deuoret. Vnde vigilare & ſobrij eſſe ad orationes, et Deo propinquare debemus, & fatuas Domino auxiliante hominum inſidias, prout Dominus poſſe dederit, reſpuere & patres ſequi, & non tranſgredi terminos patrum, non vt noſtras relinquamus, dum in eis perſiſtere aliquo modo valebimus, Eccleſias, vt ad alias properemus, aut populos commiſſos negligere, vt quietem ampliùs quàm pro eis elaborare, pro quibus etiam animas ponere debemus, ſtudeamus: quanquam multi nos perſequãtur, & oues Chriſti dilacerare deſiderant, qui quaſi veſtibus ouiũ apparẽt, intus aũt ſunt lupi rapaces, quos ex fructibus cognoſcimus. Iſti primò quidẽ videntur ex nobis eſſe, ſed nõ ſunt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtiq; nobiſcũ. Quãdo verò ſuam euomuerint impietatẽ, dolũ qui in eis eſt erũpentes, & apprehẽdentes in- G firmiores, & eos qui ad eloquia diuina ſenſus inexercitatos habent, ſecũ eos cõtrahunt ad perditionẽ, ſubuertentes quos oportet præſcientes cauere, ne malitia eorũ quidã ſeducti aſcindantur à propria firmitate. Exacuunt enim linguas ſuas, iuxta Prophetæ vocẽ, ſicut ſerpentes, venenũ aſpidũ ſub labijs eorũ. Nec vos pigeat per tẽporales cruciat⁹ pro Chriſti nomine laborare, ſed emolumenta futuræ remunerationis huius ſeculi vexationes tolerare perſuadeant. Scriptũ nanq; eſt: Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicẽ ſalutaris accipiã & nomen Domini inuocabo. Tantum enim à nobis exigitur, quantũ poſſumus famulatus noſtri obſequio cõmodare. Vnde quidã tantò nobis neceſſe eſt importunis prædicationibus inſiſtere, quãtò nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentorum aſſignatio, atq; dominica nobis ad ſuſcipiendã eius requiẽ, perſuadet aſſertio. Suggeſtũ H nanq; nobis eſt, quod pro præteritis laboribus & infeſtationibus nonnulli veſtrũm aſſignatas ſibimet & à Deo commiſſas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas quas tueri debent Eccleſias, & pro ouibus ſibi cõmiſſis laborare negligunt, & monaſteriorũ ſe quieti contradere feſtinẽt, & vacationem ab Epiſcopatus laboribus eligere, & ſilentio atq; ocio vitam degere magis appetant, quàm in his quæ ſibi commiſſa ſunt, permanere, dicẽte Domino: Beatus qui perſeuerauerit vſque in finem. Vnde nanq; eſt beata perſeuerantia, niſi de virtute patientiæ? quoniam ſecundum apoſtolicã prẽdicationem, omnes qui voluerint in Chriſto piè viuere perſecutionem patiuntur. Ideoq; fratres chariſſimi non vos afflictionum amaritudo à pio mẽtis veſtræ propoſito coartet recedere. Conſiderate nanq; quanta pro abſolutiõe

noſtri &

A noſtri & liberatione, creator dominusq; & redẽptor noſter pertulerit, quibũſue ſe contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis poteſtatis diabolicæ liberaret. Attendite itaque vobis & omni gregi, in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine, vt nõ ſit, qui vos decipiat aut ſeducat in ſubtilitate ſermonis, vt vobis plebes commiſſas relinquatis, & alicui propter malorum opprobriũ hominũ quieti vos tradatis, vt vos ſolũmodò ſaluetis, & filios orphanos relinquatis. Apertiſſimè enim Spiritus ſanctus per Apoſtolũ dicit, quia in nouiſſimis tẽporibus recedent quidam à fide & charitate, attendentes ſpiritibus ſeductorib⁹, & doctrinis dęmoniorũ, hypocriſi mendaciloquorũ, cauteriatea habentium ſuam cõſcientiam. Propter quod hortamur veſtram charitatem, exemplo eius, qui pro nobis pati voluit, promptos vos in cunctis eius per- B manere ſeruitijs, nec quidem quoquo modo à commiſſa cura recedere, ſed totis viribus in commiſſis vobis negotijs fortiter vſque in finem perdurare: quoniam beatus eſt, qui perſeuerauerit vſque in finem: nec laudatur initium, ſed finis. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propterea enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici comparticipes eorum dogmatũ, neq; cõmunicetis infructuoſis verbis illorum, magis aũt & redarguite, quoniam cœtus præuaricatorum ſunt, & extenderunt linguam ſuam, quaſi arcum mẽdacij, & non veritatis. Completum eſt in eis, quia de malo ad malũ egreſſi ſunt, & me nõ cognouerunt, dicit Dominus. Veritatẽ enim non loquentur: docuerunt enim linguam ſuam perſecutores Eccleſiarum, eorumq; ſacerdotũ, loqui mendacium, vt impiè agerent, laborauerunt, & renuerunt ſcire me: dicit Dominus. State ergo vos dilectiſſimi ſuper vias, & videte, interrogate de ſe- C mitis Domini antiquis, & videte, quæ eſt via bona ſanctorum patrum, & ambulate in ea, & inuenietis requiẽ animabus veſtris. Sed & ſi patimini propter Chriſtum, beati eritis: metum autem eorum ne timueritis, neq; conturbemini: Dominum autem Deum ſanctificate in cordibus veſtris, ipſo dicente. Nolite timere eos, qui corpus occîdunt, animam autem non poſſunt occidere, ſed potiùs eum timete, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennã. Nõnne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis nõ cadet ſuper terrã ſine patre veſtro? Veſtri aũt & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores vos eſtis. Rememoramini ergo fratres eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionẽ, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes: nondũ enim vſq; ad ſanguinem certauimus aduerſus peccatum repugnantes. Confidimus autem de vobis fra- D tres chariſſimi, meliora & viciniora ſalutis, quia neq; mors, neq; vita, neque Angeli, neq; principatus, neq; poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, magiſtro gentium docente, poterit nos ſeparare à charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quæ in ipſo eſt recta fide. Nolite itaq; amittere confidentiã veſtrã, quæ magnã habet remunerationem. Patientia enim nobis neceſſaria eſt ad colluctatiões aduerſariorũ, quatenus fidem intemeratã vſq; in finẽ conſeruãtes, repromiſſionẽ percipiamus, quã repromiſit his, qui legitimè certare deproperant. Adhuc omninò modicũ aliquantulum, qui venturus eſt veniet, et nõ tardabit. Ecce enim iudex ante ianuã aſſiſtit, coronas hilariter promittẽs his, qui pro eo paſſionib⁹ ſubmittũtur. Quòd ſi ſubtraxerit ſe quis, non placebit animæ ſuæ, ſed cadet de promiſſione propter negationem. Nos aũt nõ

 ſumus

Universidad de Deusto Biblioteca

ſumus ſubtractionis filij in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ. B
Propter quod aſſumite arma Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo aduerſus omnes inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ & veſtros, & induite vos lorica iuſtitiæ, calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus aſſumentes ſcutũ fidei, in quo poſſitis omnia iacula nequiſſimi ignita extinguere: & galeã ſalutis accipite, & gladiũ ſpiritus quod eſt verbũ Dei, per omnẽ orationẽ & obſecrationẽ radicati & fundati in ſolatio fratrum pro Chriſto Ieſu Domino noſtro. Sed & nunc fratres cõmendamus vos omnes Domino & verbo gratiæ eius, qui poteſt perficere & dare hæreditatẽ vobis cũ omnibus ſanctis. Ipſe aũt Deus pacis & dilectionis det vobis idipſum ſapere in alterutrũ, vt vobis inuicem ſuccurratis, & non ſitis diuiſi, vt vnanimes vno ore, & vno corde honorificemus eum in concordia & cõſolatione fratrum, qui poteſt confirmare nos ſecundum Euangelium eius, iuxta reuelationem myſterij æ F terni, temporibus ſcilicet perpetuis, quibus vobis futurorum gaudiorum largienda ſunt munera. Summoperè etiam conſiderare debetis, quòd hi, qui fratribus inuident, eosq; damnare aut perdere cupiũt, per ſe ſua dogmata deſtruunt: dicit enim Dominus, Omne regnũ in ſe diuiſum non ſtabit, & omis ſcientia & lex aduerſum ſe diuiſa nõ ſtabit. Ideoq; neceſſe eſt, vt cõcorditer ſalubres ſuſcipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes diuinis & apoſtolicis conſtitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentiſſima canonum decreta violari, quatenus et Nicenorum canonum conſtituta, & quæ à nobis vel à prædeceſſoribus noſtris ſunt prouidè & ſalubriter decreta, intemerata permaneant in futuro.

EPISTOLA DAMA- G
SI PAPAE, AD PAVLINVM ANTIOchenum Epiſcopum, quòd Chriſtus integrum hominem ſuſceperit ſine peccato, & quòd vnus ſit Chriſtus ante ſecula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.

Dilectiſſimo fratri Paulino Damaſus.

PER filium meum Vitalem ad te ſcripta direxeram, H
tuæ voluntati & tuo iudicio omnia derelinquens: & per Petrum prebyterum indicaueram me in articulo iam perfectiõis eius aliqua ex parte commotum. Vnde vt nullus tibi ſcrupulus reſideret, ne volentes forſitan Eccleſię copulari tua cautio perblanda differret fidem, miſimus noſtram tam tibi, qui eius fidei communionique ſociaris, quàm his qui in ea ſubſcribentes tibi & nobis per te voluerunt ſociari dilectiſſime frater. Quapropter ſi ſupradictus filius meus Vitalis, & hi qui cum eo ſunt, tibi voluerint aggregari, primùm debent in ea expeditione fidei ſubſcribere, quæ apud Nicæam pia patrum voluntate firmata eſt,

1 Dein-

A 1 Deinde quoniam nemo poteſt futuris vulneribus adhibere medicinam, hæreſis eradicanda eſt, quæ poſtea in oriente dicitur pullulâſſe: id eſt, confitendus eſt ipſe ſapientiæ filius Dei ſermo, humanũ ſuſcepiſſe corpus, animã, ſenſum, id eſt integrum Adam, & vt expreſſiùs dicam, totum veterem noſtrũ ſine peccato hominem. Sicut enim confitentes eum humanum corpus ſuſcepiſſe, non ſtatim ei & humanas vitiorum adiungimus paſſiones: ita & dicentes eum ſuſcepiſſe & hominis animam & ſenſum, non ſtatim dicimus & cogitationum humanarum ſubiacuiſſe peccato.

2 Si quis autem dixerit verbum pro humano ſenſu in Domini carne verſatum, hunc catholica Eccleſia anathematizat: necnon & eos qui duos in ſaluatore filios cõfitentur, id eſt, vnũ ante incarnationẽ, & alterum poſt aſſumptionem carnis ex virgine, ſed eundem Dei filium & antè & poſteà confite-
B antur, quicunq; huic epiſtolæ ſubſcribere voluerint, ita tamen vt ſi & in eccleſiaſticis canonibus, quos optimè noſti, & in Nicenam fidem antè ſubſcripſerint, hunc debeas abſq; alia ambiguitate ſuſcipere. Non quod hæc ipſa quæ nos ſcripſimus, non poterimus conuertentium ſuſceptioni proponere, ſed quod tibi conſenſus noſter liberum in ſuſcipiendo tribuat exemplum.

SYNODVS ROMANA SVB DAMASO PAPA.

POST Nicenum concilium aliud in vrbe Romana poſteà congregatum eſt, quo catholici Epiſcopi addiderunt de Spiritu ſancto, quia poſtea is error inoleuit, vt quidam ore ſacrilego auderent dicere Spiritum ſanctum factum eſſe per filium. Vnde ana-
C thematizamus omnes, qui non tota libertate proclamant eum cum Patre & Filio vnius poteſtatis eſſe atq; ſubſtantiæ. Anathematizamus quoq; eos, qui Sabellij ſequuntur errorem, eundem dicentes Patrem eſſe quem & filium. Anathematizamus Arrium atq; Eunomium, qui pari impietate, licet ſermone diſſimili, filium & Spiritum ſanctum aſſerunt eſſe creaturas. Anathematizamus Macedonios, qui de Arrii ſtirpe venientes, non perfidiam mutauerunt, ſed nomen. Anathematizamus Fotinum, qui Hæbionis hæreſim inſtaurat, qui Dominum Ieſum Chriſtum tantum ex Maria virgine confitetur. Anathematizamus eos qui duos filios aſſerunt, vnum ante ſecula, & alterum poſt aſſumptionem carnis ex virgine. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationali & intelligibili, dicunt Dei verbum in humana carne verſatũ, cum ipſe filius ſit verbũ Dei, & pro anima rationali & intelli-
D gibili in ſuo corpore fuerit, ſed noſtrã, id eſt, rationalem & intelligibilẽ ſine peccato animã ſuſceperit atq; ſaluauerit. Anathematizamus eos qui verum Dei filium extẽſione aut collectione, & à patre ſeparatum in ſubſtantiuum, & in finem habiturum eſſe contendunt. Si quis non dixerit ſemper Patrem, ſemper Filium ſemper Spiritum ſanctum, anathema ſit. Si quis nõ dixerit filium natum de Patre, id eſt, de ſubſtantia diuina ipſius, anathema ſit. Si quis non dixerit verbum Domini filium Dei, Deum, & omia poſſe, & Patri ęqualem, anathema ſit. Si quis dixerit quod in carne cõſtitutus filius Dei cum eſſet in terra, in cœlis cum patre non erat, anathema ſit. Si quis dixerit, quòd in paſſione crucis dolorem ſuſtinuit filius Dei Deus, & nõ caro cum anima quã induerat in forma ſerui, quã ſibi acceperat, ſicut ait ſcriptura, anathema ſit. Si qs non dixerit, quòd in carne, quã aſſumpſit Chriſts, ſedet ad dextrã patris, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua venturus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit. Si qs nõ dixerit Spi B
ritum sanctum de patre esse verè ac propriè, sicut filium de diuina substantia
& Deum verum, anathema sit. Si quis non dixerit, omnia posse Spiritum san-
ctum, omnia nosse, & vbiq; esse sicut patrem & filium, anathema sit. Si quis
dixerit Spiritum sanctum facturam aut à filio factum, anathema sit. Si quis
non dixerit, omnia per filium & Spiritum sanctum Patrem fecisse, id est, visi-
bilia & inuisibilia, anathema sit. Si quis non dixerit, patris, & filii, & Spiritus
sancti vnam diuinitatem, potentiam, vnam gloriam, dominationem, vnum
regnum atque vnam voluntatem, ac veritatem, anathema sit. Si quis tres per-
sonas nõ dixerit veras Patris, & Filij, & Spiritus sanctiæ, quales semper, iuben
tes omnia, & continentes visibilia & inuisibilia, omnipotentes, omnia iudi-
cantes, omnia viuificantes, omnia facientes, omnia saluantes, anathema sit.
Si quis non dixerit, Spiritum sanctum adorandum ab omni creatura, sicut & F
Filium & Patrem, anathema sit. Si quis de Patre & Filio bene senserit, de Spi-
ritu autem sancto non rectè habuerit, hæreticus est.

EPISTOLA DAMASI PAPAE AD HIERONYMUM Presbyterum.

DAMASVS Episcopus fratri & compresbytero Hieronymo in Domino Salutem.

G DVM multa corpora librorum in meo arbitrio oblata fuissent, contigit vt & librum Psalmorum in meo animo festinus cognoscerem detineri, & memoriam capacitatis meæ imbuere cogitaui. Frater amãtissime & in Christo semper sacerdos, rogo te, vt secundum septuaginta interpretes, & presbyteros, id est, Matthiam, & Ptolemæum, Muchium, Casium, Hydronium, Ciatrem, Simonem, & cæteros, in quantum tua poterit conscientia, de LXX. inuenire vestigia, nobis transmittas. Peto etiam tuam charitatem, vt sicut à rectore tuo Alexandro Coëpiscopo didicisti Græcorum psallentiam, ad nos dirigere tua fraternitas delectetur: quia tantæ apud nos simplicitatis indago est, vt tantùm in die dominico Apostoli epistola vna recitetur, & Euangelij capitulum vnum dicatur: nec psallendi H
mos tenetur, nec hymni decus in nostro ore cognoscitur. Peto ergo per fratrem compresbyterũ nostrum Bonifacium, vt libeat fraternitati tuæ nobis aperire vestigia. Missa V. Calend. Nouemb. per Bonifacium presbyterum Hierosolymam.

HIERO-

A

HIERONYMI PRESBYTERI AD DAMASVM PAPAM EPISTOLA, vbi suggerit de Gloria patri, & Alleluia, in fine psalmorum apud Romanam Ecclesiam concinendo.

Beatissimo Papæ Damaso sedis Apostolicæ vrbis Romæ, Hiæronymus supplex.

B LEGI literas apostolatus vestri, poscẽtes secundũ simplicitatem LXX. interpretum canens, psalmographũ interpretari festinem, propter fastidium Romanorũ, vt vbi obscuritas impedit, apertiùs & Græcè & Latinè trahatur sensus: Cliens ergo precatur tuus, vt vox ista psallentium in sede tua Romana die noctũque canatur, & in fine psalmi cuiuslibet, siue matutinis vel vespertinis horis coniungi præcipiat Apostolatus tui ordo, Gloria patri & filio & spiritui sancto, & reliqua. Istud carmen laudis omni psalmo coniungi præcipias, vt fides trecentorum decem & octo Episcoporum Niceni concilij in vestro ore pari cansortio declaretur: vbi autem Deus & homo honorabili voce cantatur, Alleluia semper cum omibus psalmis affigatur, vt omni loco cõmuniter respondeatur nocturnis tẽporibus. In Ecclesia autem post resurrectionem vsq; sanctam pentecosten finiatur: C inter dierum verò spatia tibi soli quinquagesimæ propter nouitatem sanctę paschæ, vt vox ista laudis canatur in Aleph, quod prologus græcè, latinè aũt præfatio dicitur

EPISTOLA STEPHANI ARCHIEPISCOPI, ET TRIVM CONciliorum Africæ, ad Damasum Papam, de priuilegio Romanæ sedis.

Beatissimo Domino & apostolico culmine sublimato, sancto patri patrum Damaso papæ, & summo omnium præsulũ Pontifici, Stephanus Archiepiscopus cõcilii Mauritianiæ, & vniuersi Episcopi de tribus conciliis Africanæ prouinciæ. D

NOtum vestrę facimus beatitudini, quod quidam fratres in confinio nobis positi, quosdã fratres nostros venerabiles videlicet Episcopos vobis inconsultis à proprio deiiciunt gradu, vel deiicere moliuntur, cùm vestræ sedi Episcoporum iudicia & summorum finem Ecclesiasticorum negotiorum, in honore beatissimi Petri, patrum decreta omnium cunctam reseruare sententiam inquirendi reuerentia de Dei rebus, quas omni cura & solicitudine obseruare debemus. Maximè verò debent

Universidad de Deusto Biblioteca

debent ab ipſo præſulum examinari vertice apoſtolico, cuius vetuſta ſolici- E
tudo eſt, tam mala damnare, quàm reuelare laudanda. Antiquis enim regulis
cenſitum eſt, vt quicquid horum quamuis in remotis vel in longinquo po-
ſitis ageretur prouincijs, non priùs tractandum vel accipiendum ſit, niſi ad
notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum, vt eius auctoritate, iuxta quod
fuiſſet pronunciatum, firmaretur: & reliqua multotiens talia & his ſimilia,
quæ ſuper his conſtituta ſunt: quibus ſi illicitè factum eſt, vt ſemper veſtræ
ſedi conſuetudo fuit, feſtinanter occurrite & his viriliter, vt pater pro filijs
certantes, ſtate, ſicut bene à Ieſu filio Syrach dictum eſt: Vſq; ad mortem cer-
ta pro veritate, & ſemper Dominus Deus tuus pugnabit pro te. Accipere e-
nim perſonam impij non eſt bonum, vt declines à veritate iudicij. Sin minùs
illicita ſunt hæc, pateat nobis talis omnibus licentia beatiſſime pater: aut ſi
liceat hos, vel aliquos etiam minorum graduum clericos, niſi canonicè tem- F
pore legitimo vocatos, aut ſine legitimis accuſatoribus, aut abſq; veris & in-
nocentibus teſtibus, vel niſi manifeſtè canonicè conuictos, aut ſponte con-
feſſos, vel à ſuis ſedibus eiectos, aut ſuis expoliatos rebus, vocare ad ſynodum
vel damnare: quia legimus eos nõ poſſe canonicè ad ſynodum ante ſuam diu
tenendam & gubernãdam viribus ſcilicet pleniter reſumptis reſtitutionem,
ſuisq; omnibus ſibi legaliter reſtitutis integerrimè vocari, aut vt veniant ad
ſynodum, niſi ſponte voluerint imperari. Deus ergo creator omnium conſer
uet lõgæuum apoſtolatum veſtrum ad ſtabilitatem Eccleſiarum ſanctarum,
& orthodoxę fidei, vosq; paſtorem bonum, qui ſpiritualibus pro ouibus ve-
ſtram ponitis animam, atq; baculo paſtorali lupos rapaces expellitis, omni-
busque oppreſſis auxilium fertis, quod & iſtis atque omnibus vos ſemper
facere optamus ſanctiſſime Papa. Subſcriptio, & alia manu: Ora pro nobis G
chariſſime pater.

EPISTOLA DAMASI PAPAE AD STEPHANVM ARCHIEPISCOPUM, & Africanos Epiſcopos, de auctoritate ſedis apoſtolicæ, & Epiſcoporum accuſatoribus.

Damaſus ſeruus ſeruorum Dei, atque per gratiam eius Epi-
ſcopus ſanctę catholicę Eccleſiæ vrbis Romæ Stephano Ar- H
chiepiſcopo concilii Mauritanię, & vniuerſis Epiſcopis Afri-
canæ prouinciæ.

LECTIS fraternitatis veſtrę literis, primò gratias a-
go quòd tantorum fratrum merui benedictionem
frui: deinde quod circa fratres ſolicitos vos reperi, &
cum eis crucem Domini deferre, qui ait: Qui vult ve-
nire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem
ſuam & ſequatur me, & reliqua ad hũc modum per-
tinentia. Igitur quando in præſenti opportunè geſto
rum conſolatione, Apoſtolicis veſtra beatitudo viſce
ribus

A ribus cõmota nos hortata eſt, tuitionẽ fratrũ apoſtolica impendere auc-
toritate, & eorũ iniurijs ſubuenire, dũ conſtet eadẽ vos cũ Apoſtolo compaſſi
biliter dicere. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis ſcandalizatur & nõ
vror? ſatagentes ne aliquis de his, qui vobis crediti ſunt, à ſæuis beſtijs lacere
tur aut capiatur. Pro qua re oportet iuxta veſtram prudentem cõmonitionẽ,
magis aũt ſecundum Domini diuinã præceptionem, nos qui ſupra domum
eius, hoc eſt, vniuerſalem Eccleſiam catholicam Epiſcopale ſuſcepimus mi-
niſterium, ſolicitè vigilare, vt ne quid de ſacris eius muneribus, id eſt, apoſto
licis viris, Apoſtolorumq; ſucceſſoribus atq; miniſtris, quiſquã nobis incon-
ſultis damnetur. Scitis fratres chariſſimi firmamentum à Deo fixum & im-
mobile, atq; titulũ lucidiſſimũ ſuorum ſacerdotum, id eſt, omniũ Epiſcopo
rũ apoſtolicã ſedem eſſe cõſtitutam, & verticẽ Eccleſiarũ: Tu es enim (ſicut
B diuinum pronunciat verbum veraciter) Petrus, & ſuper firmamentum tuum
Eccleſiæ columnæ, qui Epiſcopi intelliguntur, confirmatæ ſunt: & tibi cla-
ues regni cœlorum commiſſi, atq; ligare & ſoluere poteſtatem, quæ in cœlis
ſunt & quæ in terris promulgaui. Tu prophanatorum hominũ & membro-
rũ meorũ, maximeq; diſcipulorum meorũ exiſtis, vt princeps & doctor or-
thodoxæ & immaculatæ fidei, cui⁹ vice hodie gratia Dei legatiõe pro Chri-
ſto fungimur, & omnes huius ſanctæ ſedis præſules eius vicem geſſerunt, ge-
runt & gerent: ideo omnia quæ innotuiſtis non licere mandarem, niſi vos
tam pleniter inſtructos eſſe ſcirem, quod cuncta ſuper quibus conſulitis, illi-
cita eſſe non dubitetis. Diſcutere nanq; Epiſcopos & ſummorũ Eccleſiaſti-
corũ negotiorũ cauſas metropolitanos vnà cũ omnibus ſuis cõprouincialib⁹,
ita, vt nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorum concordent negotijs licet:
C ſed definire eorum atq; Eccleſiaſticarum ſummas querelas cauſarũ, vel dam
nare Epiſcopos, abſq; huis ſanctæ ſedis auctoritate minimè licet, quam om-
nes appellare (ſi neceſſe fuerit) & eius fulciri auxilio oportet. Nam vt noſtis
ſynodum ſine eius auctoritate fieri non eſt catholicum: nec Epiſcopus in le-
gitima ſynodo, & ſuo tempore apoſtolica vocatione congregata, definitè
damnari poteſt: neq; vlla vnquam concilia rata leguntur, quæ non ſunt ful-
ta apoſtolica auctoritate. Accuſatores aũt Epiſcoporũ, & teſtes ſuper quibus
rogãſtis, abſq; vlla infamia aut ſuſpicione, vel manifeſta macula, & verè fidei
pleniter inſtructi eſſe debent, & tales quales ad ſacerdotiũ eligere iubet diui
na auctoritas: quoniã ſacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari nõ
poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundẽ non debent, nec poſſunt prouehi
honorẽ: vocatio enim ad ſynodũ iuxta decreta patrũ canonica, eius qui im-
D petitur tam ſua præſentia, quàm & ſcriptis atq; apocriſarijs, per ſpatiũ fieri
debet congruũ atq; canonicũ: quia niſi canonicè vocatus fuerit, ſuo tẽpore
& canonica ordinatione, licet venerit ad conuentũ quacunq; ordinatione,
niſi ſponte voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus, quoniã nec
ſeculi leges hoc permittunt fieri, quantò magis diuinæ. Deiectis verò atque
ſuis rebus expoliatis nihil vobis verius ſignificare queo, quàm ſancti, patres
definierunt, & noſtri prædeceſſores apoſtolica auctoritate roborauerunt.
Ita enim hæc ſe habent, Epiſcopos eiectos atq; ſuis rebus expoliatos, Eccle-
ſias proprias primò recipere, & ſua eis omnia legaliter reddi ſancti canones
decreuerũt: & poſtea ſi quis eos accuſare voluerit, æquo periculo facere ſanci
uerunt, iudices eſſe decernentes Epiſcopos rectè ſapientes & iuſtè volentes, ad
tempus diuq; illis reſumptis viris, & ſuis poteſtatiuè fruentibus rebus, ami-

 ciſq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

cisq; & Dei seruis, sapiẽtibus consulentibus viris in Ecclesia cõuenientes, vbi
E testes essent singulorum qui oppressi esse videntur. Scimus enim homines in-
ermes non posse cum armatis ritè pugnare: sic nec illi qui eiecti vel suis bo-
nis sunt expoliati, cum illis qui in suo stant gradu, & suis fruũtur amicis atq;
bonis, litigare ritè possint. Nec seculi quoq; leges hæc secularibus fieri per-
mittunt, sed priùs eiectos vel oppressos aut expoliatos cum suis omnibus re-
stitui iubent, & postea suo tempore, sicut lex eorũ continet, ad placita venire
præcipiunt, nec vlla carceris custodia appellantem arceri permittunt. Docẽt
enim ex parte, sicut nostis, terrena quæ sunt cœlestia. Accusatores verò &
accusationes, quos seculi leges nõ ascisciunt, nullatanus sunt in horum admit
tendæ causis, quia omne quod irreprehẽsibile est, catholica defendit Eccle-
sia. Decet enim Domini sacerdotes fratrum causas piè tractare, & venerabi-
liter intendere, atq; eorum iudicia super sacrificia ordinare, nec proterua aut
F tyrannica dominatione (vt de quibusdam refertur) sed charitatiuè pro Deo
& fraterno amore cuncta peragere, & quod sibi quis fieri secundum domi-
nicam vocẽ non vult, alij inferre non præsumat, & in qua mensura mensi fu-
eritis, remetietur vobis. Ea verò quæ Apostolorũ prædicatione, & patrũ in-
structione præcepimus, semper tenere debemus, ne aliqua noua cudere, aut
ad noxam fratrũ intendere videamur, sed alterutrũ onera portemus, vt iuxta
Apostolũ, legẽ Domini adimplere valeamus. Tempus enim congruũ præuide
ri oportet, quando vniuscuiusq; accusatæ personæ causa rectissimè in medio
producatur, quatenus grauitatẽ eius & consonantiã quæ contra patrũ decre
ta, vel synodorũ confessionẽ prodi minimè cognoscatur, q̃ ordinabiliter o-
mnes intendant, vt ad eã in omibus rationabiliter respondeãt, & iustè se vel-
le manifestè ostendãt. Nullus aũt introducatur personaliter, sed accusatores
G & accusati æqua audiantur ratione, iuxta quod gestorum ordo exigit. Ac-
cusatores verò & iudices non idem sint, sed per se accusatores, per se iudices,
per se testes, per se accusati, vnusquisq; in suo ordinabiliter ordine. Nã inscri
ptio primò semper fiat, vt talionẽ calumniator recipiat, qa ante inscriptionẽ
nemo debet iudicari, vel damnari, cũ & seculi leges hæc eadẽ retineant: de q-
bus omibus vera semper fiat æquitas, quatenus accusationis & iudicij ac te-
stimonij mercedẽ per veritatẽ gestorũ consequi valeant. Scriptũ est enim, ab
ominatio Domino labia mendacia, & testem fallacem proferentem mẽda-
cia, & seminantem inter fratres scandala, atq; litigia, ipso monẽte atque di-
cente. Nõ facies calumniã proximo tuo, nec vi opprimes eũ: nõ facies quod
iniquũ est, nec iniustè iudicabis: non considerabis personã pauperis, nec ho-
nores vultũ potẽtis: iustè iudica proximo tuo, & ꝓ tibi non vis fieri, alteri ne
H facias, & reliqua, & maximè præceptũ habentes Apostolicũ attendere nos i-
psos & gregi, in quo nos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Dei Eccle-
siã, q̃ acquisiuit per sanguinẽ suũ propriũ: conuenit & iterũ attendere lupos,
attendere malos operarios, qui peruersa faciunt, & aduersa loquuntur, vt de-
trahere semper discipulis Domini, & infamare quærant, quos corrigere vos
& omnes Domini sacerdotes summo studio oportet, quia peius malũ nõ est,
quàm vt ciues ciuibus inuideant, & sacerdotes vel clerici sacerdotibus vel
Pontificibus insidientur, testante etiam veritatis voce: Qui vos tangit tan-
git pupillam oculi mei, & qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis, melius est
vt suspendatur mola asinaria in collum eius, & demergatur in profundũ ma
ris. Et item Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, ille proculdubio scan
dalizatus

A dalizatus est in Deũ, qui eius scandalizat Episcopum vel sacerdotẽ, & multa
talia, quæ hîc non inseruntur, ne nimis prolixa efficiatur epistola. Monentes
quoq; instruere debetis memoratos vicinos vestros, vt à talibus se subtrahãt,
& quæ illicitè contra præfixos fratres egerunt, citò corrigant, & quos nobis
inconsultis læserunt, nobis inconsultis plena satisfactione sanent, & citò re-
concilient, si noluerint apostolicæ sedis suscipere censuram. Nã si quid for-
tasse in eis aut contra eos emerserat, nostrũ fuerat expectandũ examen, vt no
stra (vt semper huic fuit sedi concessum priuilegium) aut cõdemnarentur au
ctoritate, aut fulcirentur auxilio. Neq; enim suo pro libitu nostra debuerant
iura peruadere, absq; apostolicæ sedis disposttione mandante. A talibus dein
ceps omnes se abstineãt sacerdotes, qui noluerint ab apostolicæ petræ, super
quã Christus (vt prædictũ est) vniuersalẽ construxit Ecclesiam, cui Episcorũ
B summa iudicia atq; maiorum causæ, sicut paulò superiùs memoratum est, re
seruatę sunt atq; soli datæ, cẽsura à sacerdotali honore secludi. Inducię enim
accusatis in criminalibus Episcopis sex mensium, vel eo ampliùs, si necesse
fuerit, concedendæ sunt, quoniam & laicis hoc permissum, nullus secularib⁹
imbutus disciplinis ignorat: quantò magis sacerdotibus, qui superiores esse
eis non dubitantur? Habetur quoq; in decretis sanctorum patrũ sancitũ, nõ
fore canonicũ quenquã sacerdotum iudicare vel damnare, antequã accusa-
tores canonicè examinatos præsentes habeat, locumq; defendendi accipiat,
id est, inducias Ecclesiasticas ad abluẽda crimina, &c. Nec extra propriã fiat
prouinciã primò discussionis accusatio sine apostolica præceptione, cui in
omnibus causis debet reuerentia custodiri, quoniam & antiqua docet hoc
patrum regula, in qua & imperialia pariter statuta concinunt. Criminum, in
C quiunt, discussio ibi agenda est, vbi crimen admissum est: nam alibi criminũ
reus prohibetur audiri, & alibi in canonibus præcipitur, quæcunq; negotia
in suis locis vbi orta sunt, finienda sunt, & reliqua talia & his similia, salua in
omnibus apostolica actoritate, vt nihil in his definiatur, priusqam ei placere
cognoscatur: quia omnes fultos esse oportet, & si quid eis graue intoleran-
dumq; acciderit, eius est semper expectãda censura. Neq; enim proteruè aut
stimulo suæ cogitationis impulsus (vt sæpe actũ agnouimus) detrahere aut
accusare præsumat quenquam sacerdotum, quia iniuria eorum ad Christum
pertinet, cuius vice legatione pro populo, Christi sanguine redempto, fun-
guntur: Causas enim eorum quia Dei causæ sunt, eius esse iudicio reseruãdas,
qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam: qui dicit, mihi
vindictam, & ego retribuam: apud quem conscientia nuda est, cui non ab-
I sconduntur occulta. Instruendi etiam omnes sunt, quoniã per nos illis Chri-
stus intonuit, non esse ouium lupi insidias præuidere, sed pastoris. Monet er-
go beatus Apostolus Paulus, ne de his temerè leuiterque præsumatur iudici-
um, de quib⁹ nemo potest verius vel melius iudicare, quàm Deus. Tu, inquit,
autem, quare iudicas fratrem tuum, aut cur spernis eum? omnes enim stabi-
mus ante tribunal: scriptum est enim, viuo ego dicit Dominus, quoniam mi-
hi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Domino, itaq; vnus-
quisq; nostrũm per se rationem reddet Deo. In hoc ergo non sibi quispiam
temerarios ausus vsurpet, vt pręter quod ad concordiam pertinet, aliud agat,
vnde vnitas Ecclesiæ sic dissipetur. Non ergo leuiter quisquam assentiat in
detractione, vel iudicatione, vel damnatione fratrum, maximeque sacerdo-
tum, qui proximiores sunt Deo, & qui proprio ore corpus Christi conficiũt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia ob hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ, qui Christum persequuntur E
in suis membris. Nolite fratres, nolite effici participes eorum, nec communi
cetis peccatis talium, aut infructuosis verbis illorum : magis autem redar-
guite talium cœtus, qui extendere moliuntur quasi arcum in fratres lin-
guas: Defendite ergo fratres, & omnes monete vt armentur contra fratrum
persecutores. Confidimus autem de vobis meliora & viciniora saluti, quia ne
que mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque instantia, ne-
que futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque cre-
atura alia, magistro gentium docente, poterit nos separare à charitate Do-
mini nostri Iesu Christi, quæ maximè in sacerdotibus & reliquis perficitur
membris eius. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam
habet remunerationem. Ecce enim iudex ante ianuam assistit, coronas hila-
riter promittens his qui pro eo fratribus auxilium ferunt, & oppressis suc-
currunt, atque in charitate collaborant. Quòd si subtraxerit se quis, non pla F
cebit Deo, sed cadit, quia non subleuauit cadentem, sed emarcuit. Non autē
simus subtractionis in oppressionem, sed adminiculi in acquisitionem &
supplementum fratrum. Propter quod assumite armaturam Dei, vt possitis
resistere omnibus taliter præsumentibus, & induite vos loricam iustitiæ, &
calciati pedes in præparationem Euangelij pacis, in omnibus sumentes scu-
tum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam
salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbū Dei, per omnem oratio-
nem & obsecrationem radicati & fundati, vt id ipsum dicatis omnes: & nō
sint in vobis schismata, diuidentes corpus Ecclesiæ bonum & integrum in
tortuosas nouitates. Monet ergo Apostolus non ampliùs nos inuicem teme-
rè iudicare: temerè enim iudicat, si quis Episcopum absque sedis Apostoli G
cæ auctoritate condemnat, cum ei, vt paulò superiùs prælibatum est, hoc spe
cialiter priuilegium reseruatum sit: sed hoc iudicate magis, inquit, ne ponatis
offendiculum fratri vel scandalum: patenter enim his & alijs innumerabili-
bus decretorum testimonijs omnibus manifestum est, non debere Episco-
pum damnari, licet eius perscrutetur opinio, donec iudicium de ore nostræ
apostolicæ auctoritatis, hoc est principis Apostolorum cognoscatur, vtpote
quoniam solus & præ omnibus creditus est, atque percipere meruit à Rege
Regū Christo Deo claues regni cœlorum ad aperiendum fidelibus & bene-
uolis hominibus in eundem Dominum nostrum, & claudendum infidelib'
& maleuolis, atque suis sacerdotibus, & sanctæ Ecclesiæ suo precioso san-
guine redemptæ impugnatoribus siue nocentibus. Quod vtique & nos face
re postulauit, non quòd noui aliquid nunc imperatur, sed illud quod per de H
fidiā aliquorū aut scienter aut negligenter transgreditur: deinceps obserue-
tur ab omnibus, vt illa semper quæ apostolica & patrum traditione consti-
tuta sunt, sub metu irrefragabili auctoritate teneantur. Scriptum nanque est
in secunda ad Thessalonicenses Epistola, & ad Timotheum, Apostolo mo-
nente: State, & tenete traditiones vestras, quas didicistis seu per verbum, seu
per Epistolam. Item alibi per Prophetam: Expectaui quoque, sicut beatus
Esaias intonuit, vt facerent, iudicium, fecerunt autem iniquitatem & non iu
stitiam, sed clamorem, omnes pios conturbantes: & hoc scire debeant, quo-
niam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt, licet diui
tias bonitatis Dei, & sustentationis, & patientiæ ignorantes, quoniam beni-
gnitas Dei ad pœnitentiam eos adducit: secundum duritiam aūt eorū, & cor
impœni-

impœnitens thesaurizant sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei,
A qui reddet vnicuiq; secundum opera eius. Et alibi scriptum est: Ego sum Dns
Deus vester, non facietis iniquitatem, in iudicio non accipies personam ho-
minis, neque mireris vultum potentis, ab omni iniquo verbo recedes, inno-
centem & iustum non oppugnabis, neque interficies: ille proculdubio facit
iniquitatem in iudicio, qui ea sibi vindicat, quę ei vindicare non licet. Ideo-
que huic sanctæ sedi concessa sunt. Nullus vsurpare sine eius consultu præsu
mat, qui non vult, honore ecclesiastico indignus, vt contemptor iudicari.
Itaque oportet negligentes propulsare, sed ita vt nocentes non roborentur,
& bonos improbis aut insidiatoribus fratrum resistere, ne torpere desidiæ
oppressi taciturnitatis teneantur obnoxij. Itaque qui potest obuiare, & per-
turbare peruersos, & non facit, nihil aliud est quàm fauere eorum impietati:
B nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit
obuiare. Sitis aūt perfecti & integri in eodē sensu, & in eadem sciētia firmati,
vt p eam vias vestras dirigētes, in eundē inflexibiliter omnibus occurratis op-
pressis, qa vobis creditur Dns, ad quē accedentes lapidē viuum ab hoibus q-
dem reprobatum, & propter talium impietatem, à Deo autem electum, & ho
norificatum, super quem vos tanquam lapides viui ædificamini in domum
spiritualem, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias ipsi in o-
dorem suauitatis. Gratum enim admodum est sacrificium Domino, op-
pressis omnibus subuenire, quantò magis illis de quibus ait: Qui vos audit,
me audit: & qui vos spernit, me spernit, &c. Libat quidem Domino pro-
spera, qui ab afflictis & oppressis pellit aduersa. Sed & nunc fratres commen
damus vos Deo & verbo gratiæ eius, qui potest perficere, & dare hæredita-
C tem in omnibus sanctificatis. Ipse autem Deus pacis & consolationis, det vo
bis idipsum sapere in alterutrum, & in ipso semper & in omnibus, vt vnani-
mes vno ore, & vno corde honorificetis eum in concordiam & auxiliū fra-
trum, qui potens est confirmare omnes, & consolari secundum Euangelium
eius, & iuxta reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, patefacti au-
tem per scripturas sanctas, & patrum orthodoxorum doctrinas, secundum
præceptum æterni Dei, ad obediendum fidei in omnibus cognitis nobis so-
li sapienti Deo Domino nostro Iesu Christo, cum quo patri & Spiri-
tui sancto, gloria, honor, & imperium, & potestas in secu-
la seculorum, Amen. Dominus vos custodiat
dilectissimi fratres incolumes sem-
per. Data VIII. Nouemb.
D Flauiano & Stili-
cone IIII.
Cons.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOD OMNES DE E FILIO DEI ET SPIRITV SANCTO, ET DE vnitate Trinitatis male sentientes, similes sint Iudæis, & de vnitate Trinitatis.

QVOD si quis patiatur Deum patrem, & Deum Filium, & Deum Spiritum sanctum Deos dici, & non Deum, propter vnam diuinitatem & potentiã quam credimus esse, & scimus, patris & filij, & Spiritus sancti: subtrahens autem filium, aut Spiritum sanctum, F ita solum æstimet esse Deum patrem, dici aut credi vnum Deum, anathematizamus cum omnibus Iudęis: quod nomen Deorum in Angelis, & in sanctis omnibus à Deo est positum & donatum: de patre autem & filio & Spiritu sancto propter vnam & æqualem diuinitatem, non nomen Deorum, sed Dei nobis ostenditur, atq; indicatur, vt credimus: quia in filio & Spiritu sancto solummodo baptizamus, & non in Archãgelorum nominibus aut Angelorũ, quomodo hæretici, aut Iudæi, aut Gentiles dementes faciunt. Hæc ergo est salus Christianorum, vt credẽtes Trinitati, id est, patri, & filio, & Spiritui sancto, in veram solamq; diuinitatẽ, vnam potentiã & maiestatem & substantiam eiusdẽ deitatis sine dubio credamus. Dicit quoq; beatus Esaias: Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt G splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. Profecto catholica Ecclesia, quæ vera consistit Sion ciuitas Christi cœlorum Regis, per tot annorũ spatia expugnata ab aduersantibus verbo fidei, qui neq; Deũ timẽt, neq; hoiem reuerentur, sed incassum producẽtibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum & aduersis tantisq; quæ in scripto & sine scripto contestationibus inuitati fuissent, corrigere propriam & sepelire hæresim, sicuti & per anterioręm cognitionem luculentiùs demonstratum est, tam per libellos, quàm per suggestiones reuerendissimorũ sacerdotum, & venerabiliũ Abbatum, Apostolo protestante nobis, hominẽ hæreticũ post primã & secundã correptionẽ euitare debeamus, sciẽtes, quia subuersus est huiusmodi, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Nullo modo oportet nos deinceps tacere aut qescere, ne quoquo modo iniqui iudicemur, odibilẽ Deo pa- H cem amplectentes: quoniã scriptum est, Zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns: & dicatur etiam de nobis, sacerdotes mei contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum & prophanũ nõ habuẽre distantiam, inter pollutum & mundũ nõ intellexerunt, sed cõsurgere cum Deo, & consistere promptè, induentes arma spiritus aduersus malignantes contra fidem eius, vt probemus spiritus sapienter, id est, verba illorũ, si ex Deo sunt. Scriptum est enim in Hieremia: Probatorẽ dedi te in populo meo robustum, & scies & probabis viam eorum: multùm nanq; nobis necessaria est vigilantia, & tantum diuinum sapietiæ discretionis, quæ occulta tenebrarum reuelat ad requisitionem huiusmodi rei & scrutationem, quoniam latet quodãmodo & absconditur, vixq; comprahenditur dolosa existens malitia,

A litia, pro eo quod sibi pietatem callidè blandiatur, vt valeat scrutantiũ mentem latẽre. Quod vtiq; sciẽs beatus Apostolus ait: Nam huiusmodi pseudapostoli operarij subdoli transfigurant se in Apostolos Christi: sed non mirum, ipse enim Satanas transfigurat se velut Angelum lucis. Et non mirum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis secundũ opera eorum. Sed & Dominus in hoc præmuniens nos ait: Attendite à falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorũ cognoscetis eos. Ergo in idipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicentes cum Dauid: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen semitis meis: quoniam sicut ait beatus Daniel Propheta, sapientia & fortitudo eius sunt, dat sapien- B tiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam, ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est, quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi quæ rogaui te. Cum ope diuina vniuscuiusq; personæ conscripta per nouitatis commentũ accusati sunt, de venerabili nostro scrinio obsecundantibus nobis ordinabiliter offerentibus solertiùs intendamus.

DE CHOREPISCOPIS, ET QVI IDEM SINT, aut si aliquid sint aut C nihil.

Dominis venerabilibus fratribus, Prospero Numidiæ primę sedis Episcopo, Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Rufo & omnibus cæteris vbiq; in recta, sancta & apostolica fide consistentibus orthodoxis Episcopis, Damasus.

D LICET Fatres charissimi vobis sint nota patrum decreta, mirari tamen non possumus vestram solertiam circa instituta maiorum, vt cuncta quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput, vt semper fuit consuetudo, deferre non desinatis, vt inde cipiatis responsa, vnde accepistis istitutionem & normam rectè viuendi. Vnde & vos non immemores canonum esse recordamur, qui & ipsum fieri præcipiũt, nõ vt vobis sciẽtiæ ecclesiasticæ regulæ aliquid desit, sed vt autoritate sedis Apostolicę fulti, in nullo ab eius deuietis regulis. Igitur de Chorepiscopis, de quibus nos consulere, quale sit eorum ministerium, aut quid eis agere liceat aut quam auctoritatem habeant, vel si licet eos fieri an non, quia audiuimus eos iam esse prohibitos, aut quid de eis qui iam ordinati reperientur, agendũ sit, nil vobis certiùs respõdere videtur, quàm olim à prædecessoribus nostris decretum reperimus, vt eis ad veniam nihil prorsus aliud reseruetur, quàm priuatio sacri ministerij, quod illicitè assumpserunt, quia prohibiti tam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam ab hac ſacra ſede quàm à totius orbis fuerant Epiſcopis. Nimis ergo eo- B
rum inſtitutio improba, nimis eſt praua: quia vt hi de ſummo ſacerdotij mi-
niſterio aliquid præſumant omni auctoritate caret, & ſacris canonibus inue
nitur eſſe contrarium, atque ad totius Eccleſiæ perturbationem ſuperba &
ſuperflua tendit elatio, & vacuum eſt & inane quicquid in prædicto ſacer-
dotij ſummi egerunt miniſterio. Quòd ipſi idem ſint, qui & presbyteri, ſuf-
ficienter inuenitur, qui ad formam & exemplum ſeptuaginta inueniuntur
priùs inſtituti: ſed quia Deo gratia modò neceſſarij ſicut in primitiua Eccle-
ſia propter ſtudium, quod erga pauperes exigebant, non ſunt, & quia illici-
ta præſumebant, & quod agebant, actum non erat, & propterea multi in ſe-
curitatem lapſi Eccleſiaſtico fraudabantur & fruſtrabantur miniſterio:
ideo tam ab hac ſancta ſede (vt ſuperiùs memorauimus) quàm ab omnibus
totius orbis Epiſcopis à Pontificalibus ſunt remoti officijs. Nam vt nobis re- F
latum eſt, quidam Epiſcoporum propter ſuam quietem eis plebes ſuas com-
mittere non formidant, & vt illicita atq; prohibita agant, id eſt, ea quæ ſolis
Pontificibus debentur, ſibi vſurpant, & ipſi in ſua quiete torpent, & curam
ſibi à Deo commiſſam negligunt, cùm Dominus dicat: Bonus paſtor animã
ſuam ponit pro ouibus ſuis, & vocat eas nominatim, & cognoſcit ſuas, & ſuę
agnoſcũt eũ. Et itẽ: Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrẽ, & animã meã
pono pro ouibus meis. De mercenario aũt, qd ipſe dicat, bene noſtis, qa videt
lupũ venientẽ, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues, & reli
qua. Pro talib. verò negligitur cura Eccleſię, & eius ſtatus perturbatur, & ideo
ſunt phibiti, in tantũ vt ſi aliq ex his reperti fuerint, à pprio decidant gradu:
illi nanque Epiſcopi qui talia ſibi præſumunt, videntur mihi eſſe meretrici-
bus ſimiles, quæ ſtatim vt pariunt infantes ſuos, alijs nutricibus tradunt edu G
candos, vt ſuam citiùs libidinem explere valeant: ſic & iſti infantes ſuos, id
eſt, populos ſibi commiſſos alijs educandos tradunt, vt ſuas libidines exple-
ant, id eſt, vt ſuo pro libitu ſecularibus curis inhient, & quod vnicuiq; viſum
fuerit liberiùs agant: pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, mor
bi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt, Eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes
vitiãtur, & reliqua mala pueniunt. Nõ taliter Dñs docuit, nec Apoſtoli inſti-
tuerũt, ſed ipſi curã ſuſcipiãt, ipſi peragãt, & ipſi pprios manipulos Dño re-
præſentent. Nam & ipſe ouem perditam diligẽter quæſiuit, ipſe inuenit, ipſe
proprijs humeris reportauit, nosq; idipſum facere perdocuit. Si ipſe pro o-
mnibus tantam curam habuit, ipſe docuit, ipſe curauit, ipſe ſanauit, ipſe pro-
prijs humeris reportauit, atq; in tantum dilexit, vt etiam animam ſuam mul
tas ſuſtinens iniurias, multa opprobria, multasq; paſſiones, pro nobis trade- H
ret, quid nos miſeri & deſides dicturi ſumus, qui etiam pro ouibus nobis cõ-
miſſis curam impendere negligimus, & alijs eas educandas tradimus? Corri-
gantur hęc fratres neceſſe eſt, quia qui plus laborat, maiorem mercedem ac-
cipiet. Nam non amplius quàm duos ordines, inter diſcipulos Domini eſſe
cognouimus, id eſt, duodecim Apoſtolorum, & ſeptuaginta diſcipulorum:
vnde iſte tertius proceſſerit, funditùs ignoramus, & quod ratione caret, ex-
tirpare neceſſe eſt: quod enim Epiſcopi non ſint qui minùs quàm à tribus
ſunt ordinati Epiſcopis, omnibus patet: quoniam vt bene noſtis prohibitũ à
ſacris eſt patribus, vt qui ab vno vel à duobus ſunt ordinati Epiſcopis, nec no
minentur Epiſcopi. Si nomen non habent, qualiter officium habebũt? Quic-
quid enim inter Epiſcopos, aut de rebus ad eos ſolummodò pertinentibus,
egerint,

A egerint, neceſſe eſt, vt ſuperiùs iam prælibatum eſt, vt irritum fiat, quia quod
non habent, dare nequaquam poſſunt, præſertim cùm nullum ex ſeptuagin-
ta diſcipulis, quorum ſpeciem iſti, antequam prohiberentur, vt ſuperiùs me-
moratum eſt, in Eccleſia gerebãt, nil de hoc quod Apoſtolis erumq; ſucceſ-
ſoribus ſpecialiter debebatur, legitur aſſumpſiſſe, nec in lege Domini quæ
Moyſi ab ipſo Dño legitur dictata, de his quæ ſummis ſacerdotibus, id eſt,
Moyſi & Aaron erant ſpecialiter conceſſa, filij Aaron quicquam præſumãt.
Nulli enim dubium eſt, quòd Moyſes & Aaron ſoli præcipiente Domino in
tabernaculo Dei erigebant altare, ſoli vngebãt, ſoli ſacerdotes ſacra vnctio-
ne inſtituebant: & alia quæ ad ſummum ſacerdotium pertinebant, de quibus
ſuficienter vt in diuinis legitur literis, agebant, quoniã ſummi Domini ſacer
dotes erant, ſicut de eis ſcriptum eſt: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius.
B Sic & modò, quia vmbra legis tranſijt, & lux Euangelij in nos Dei gratia ma
nifeſtè coruſcat, de his quæ in ſummis ſacerdotibus, id eſt Epiſcopis, quorũ
figuram Moyſes & Aaron tenuerunt, illi qui ſeptuaginta diſcipulorum for-
mam geſtant, in quorum videlicet typo filij Aaron erant, nihil præſumere
debent, ſicut nec illi quicquam de ſummi ſacerdotij miniſterio attingebãt.
Nam quod Coëpiſcopi antequam præfato prohiberentur tenore ad formã
ſeptuaginta inſtituti erãt, Canon ſufficienter manifeſtat, vbi ait: Chorepiſco-
pi quoque ad exemplum & formam ſeptuaginta videtur eſſe. & reliqua. Nec
illud prætereundum nobis videtur, quod alibi in Canonibus expreſſum eſt:
Qui in vicis & poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamuis manus
impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & vt Epiſcopi conſecrati fuerint,
& cætera. Nec ab re dictum perpendo, quanquam manus impoſitionem Epi
C ſcoporum perceperint, cum Epiſcoporum nomen pluralem in ſe contineat
numerum, & apud grammaticos pluralis ſit genitiuus: videtur em̃ mihi quòd
tunc non ab vno, ſed à pluribus ordinabantur, quia nullatenus diceret Epi-
ſcoporum, ſi ab vno fieret talium ordinatio, cùm Epiſcoporum pluraliter di
ctum ſit. Cum autem dixit Coëpiſcopum, profectò villanum voluit intel-
ligi Epiſcopum: & ſi villanus, quid agit in ciuitate, cùm in vna ciuitate, duo
omninò prohibeantur eſſe Epiſcopi? Et ſi in villa & in eo loco vbi antea
Epiſcopi non fuerunt, cùm & in modica ciuitate, vel in villa, aut caſtello
Epiſcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omninò locis, vbi antea Epi-
ſcopi non fuerunt, ne vileſcat auctoritas, & nomen, Epiſcopi fuerint con-
ſtituti, quid rogo erunt? Ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec
ordinatio cum loco: quoniã ſi Epiſcoporũ manus impoſitionem percepe-
D runt, & vt Epiſcopi ſunt cõſecrati, vbi ſunt conſecrati? ad villam, quia chore
villa eſt apud Græcos. Et qualiter ad villam ſi nec in caſtello, aut in modica
ciuitate licet fieri, rogo vt promatis: & ſi promere non poteſtis, quia ſcio, per
rationem aut plenam auctoritatem minimè poteſtis, digitum ori imponite,
& eos omni auctoritate carere non dubitate, ſcilicet quia tria obſtant qui-
bus eorum ceſſatur actio vel inſtitutio: vnum quod ab vno Epiſcopo ordi-
nari ſolent, in quo eorũ ordinatio à canonibus diſcordat, qui per manus Epi
ſcoporum eos inſtitui iubent: Aliud, ſi à pluribus Epiſcopis ſunt ordinati,
& aut in villa, aut caſtello, ſeu in modica ciuitate, aut omninò nõ in eo loco
præfixi, quo iuſtè Epiſcopi fieri debent, aut dudum non fuerunt, vbi non vi-
leſcat auctoritas & nomen Epiſcopi, aut ſi in ciuitate cum altero Epiſcopo,
cùm vt prædictum eſt in vna ciuitate duo non debeant conſiſtere Epiſcopi.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertium, si absolutè fuerint instituti, sicut de quibusdam audiuimus, quæ o- E
mnia episcopali omnò carent auctoritate, & illud adhuc restat, quòd eorũ
ordo non habet in diuinis literis auctoritatẽ, quia vt præfixum est, ordines
sunt duo tantũ primi in Ecclesia. i. Apostolorũ, & septuaginta discipulorũ.
Sanè si nec Episcopi sunt, qa pro pręfatis causis Episcopi esse nõ possunt, nec
presbyteros se nominari volũt, qa ampliùs esse ambiũt, ac si plus q̃ septuagin
ta discipuli fecissent, ad quorum formam, vt paulò superiùs prælibauimus,
hi antequam prohiberentur, à quibusdam stultis, & sua quærentibus, & non
quæ Christi Iesu, instituebantur, præsumere tentant, & illicita atque prohi-
bita agere præsumunt, nec hoc dici se volunt quod sunt, rogo vt manifestè
prodatis quid sint, quoniam aut aliquid sunt, aut nihil. Nam manifestè pa-
tet, quoniam Episcopi non sunt, & si Episcopi nõ sunt, & presbyteri esse de-
spiciunt, quid erũt? aut aliquid prorsus erũt, aut nihil: quia nihil potest esse, F
nisi habeat vnde sit, & si non habeat vnde sit, aut vnde originem ducat, nec
auctoritatem habet, nec stare ritè poterit, quia inane est, & vt destruatur &
cadat necesse est, quoniam nihil est, & in nihilum reputabitur. Si verò nihil
ex his sunt, quæ superiùs memorauimus, tunc necesse est, vt nihil sint ex his
quæ sacerdotibus debentur, & ideo nec in sacerdotali catalogo habean-
tur, nisi tantum vt primò commemorauimus, vt pro misericordia illis,
qui humiliter hoc ferre voluerint, nec ampliùs ambierint, & per scri-
ptum propria manu subter corroboratum id ipsum confirmauerint, hoc
solummodo concedatur, vt inter sacerdotes locum habeant, & ministerio
presbyterorum contenti sint, atque mensę Domini tantummodo participes
existant. Ampliùs autem qui ambire voluerint, nec hoc retineant, vt sacer-
dotes sint, sed omni ecclesiastico funditus priuentur honore. Quòd verò eis G
non liceat sacerdotes consecrare, nec diaconos, aut subdiaconos, nec virgi-
nes, nec altare erigere, nec vngere, aut sacrare, nec Ecclesias dedicare, nec chri
sma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publicè qui-
dem in missa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas epistolas
mittere, nec populum benedicere, nec ante Episcopum in baptisterio, aut in
sacrario introire, nec præsente Episcopo infantem tingere, aut signare, nec
pœnitentem sine præceptione Episcopi sui reconciliare, nec eo præsente, ni-
si illo iubente sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere, nec eo
coràm posito populum docere, aut salutare, nec plebem exhortari, quæ o-
mnia solis Pontificibus debere, tam ex superioribus, quàm ex alijs patrũ con
stitutis, aut sacris canonibus edocti estis, & si necesse est quibusdam munus
scientibus doceri pleniter, & instrui possunt, vt per hoc & discretio graduũ, H
& dignitatis fastigium summorum Pontificum demonstretur. Similiter &
de presbyteris hæc habeantur, & sine iussu proprij Episcopi nil agant, quia
quod rarum est, hoc & pulchriùs esse videtur: & si nomen vilescit Pontificũ,
omnis status perturbatur Ecclesiæ. Triplex itaq; in hac parte reatus est, quod
& prohibita agunt, & quod sacrum ministerium talis consortij vilitate pol-
luitur, & Episcoporum quantum ad illicitæ vsurpationis temeritatem perti
net, iura soluuntur. Quòd autem solis Apostolis eorumq; successoribus pro-
prij sit officij tradere Spiritum sanctum, liber actuum Apostolorum docet,
præsertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti in Ecclesia spe-
ciem gerunt, legatur donum sancti Spiritus, per manus impositionem (vt
prædictum est) tradidisse. Hæc ergo quia omni carent ratione, nullus de-
inceps

A inceps vsurpet aut consentiat sacerdotum, qui noluerit à nostro sacerdotali
collegio separari. Nec quod à nobis extinguitur, & à prædecessorib. nostris
ac reliquis, vt dictum est, totius orbis Episcopis iam extinctum est, apud ali-
quos tenebrosis seminetur radicibus, sed quæ malè pullulâsse noscuntur, ra-
dicitus euellantur, ne messem dominicam vlla corrumpant zizania. Ita enim
fructum vberem Domini sacerdotes præstabunt, si ea quæ natam segetem e-
necare consuerunt, radicitus amputentur. Cesset ergo tot iudicibus prohi-
bita & damnata præsumptio, nec imitentur summi sacerdotes mulieres me-
retrices, quæ infantes suos præfata voluptate alijs ad nutriendum tribuunt,
sed ipsi Domino suo nutriant, ipsi fructum cum vsura reddant, fructuoso-
que manipulos, & cum gloria repræsentent. Nam si Dominus leprosos in-
ter cæteras ouium suarum curas tetigit & mundauit, cur nos eadem agere
B dedignamur? aut cur nosipsi, qui pastorale officium suscepimus, alijs alẽdas
tradimus? maximè cùm Dominus Petro præceptori nostro dixerit: Si dili-
gis me, pasce oues meas, & multa talia & his similia. Nam benedictio quam
prædicti Coëpiscopi ante suam prohibitionem per manus impositionem
dabant, magis nobis videtur vulnus inferre, quàm salutem: & illi qui ponti-
ficatus apicem non habebant, quomodo ea quæ non habebant, dare pote-
rant? quoniam nihil danti erat quod ipse possit accipere. Aut quis hominũ,
licet more humano loquamur, dare potest quod non habet? præsertim cùm
pontifices non erant ea quæ solis pontificibus debentur, dare non poterant.
& prpterea magis vulnerabant capita, quæ per manus impositionem tange-
bant, cùm ea quæ eis collata non erant, per aliquam benedictionem darent.
& ideo quicquid ex supradictis ministerijs pontificalibus præsumebant ir-
C ritum erat, & nihil tactis perficiebant, sed magis iuxta Prophetam maledi-
ctionem pro benedictione, si ratum est dicere, conferebant. Quapropter per
illicitam manus impositionem, vt paulò superiùs prælibauimus, vulnera-
tum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant. Et vbi vulnus in-
fixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula: id est,
reiterari necesse est, quod legitimè actum, aut collatum minimè approbatur,
si perfectum esse debebit. Nam quomodo honorem possit retinere qui ab
illo acceperit, qui potestatem dare legitimè non habuit, inuenire non pos-
sum: cùm ille qui honorem Pontificalem non habuit, pontificalia non po-
test iura tribuere, nec hoc sibi poterant vindicare, cuius capaces per hoc,
quod illis obstiterat, non fuerunt. Huius ergo discussionis curam nobis spe-
cialiter vindicantes: ita misericordiam rogamus, vt si qua forsitan his com-
D missa sunt, corrigantur, ne talia liceat vltra committi, & ne qua excusatio de
ignoratione nascatur: quia vt nobis gratulationem facit Ecclesiarum status
salubri dispositione attributus, vel adornatus, ita non leui nos mœrore con-
tristat quotiẽs aliquid contra instituta canonum vel Ecclesiasticam discipli
nam præsumpta, aut commissa cognoscimus: quæ si non qua debemus vi-
gilantia resecemus, illos qui nos speculatores esse volunt, excusare non possu
mus, si eius Ecclesiam quæ nobis generaliter commissa est, in quantum præ-
ualemus puram à tam illicitis superstitionibus non custodiamus: quia non
aliter vnus grex, & vnus pastor sumus, nisi quemadmodum Apostolus do-
cet idipsum dicamus omnes: simus autem perfecti in eodem sensu, & in ea-
dem sapientia. Nec aliter veri discipuli Domini erimus, nisi radicem ama-
ritudinis sursum germinantem, sicut hæc vt asseritis modò facit, ne nocere

 valeat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

valeat, vt Episcopale ministerium vilescere faciat per eorum negligentiam, B
id est, omnium sacerdotum qui euellere mala, & meliora plantare, sunt ab
eo præpositi, vnusquisque pro viribus extirpare festinet, & ipse qui pro suis
ouibus est æterno iudici rationem redditurus, eas fouere & educare decer-
tet. Si Domini desideramus esse discipuli, ipsius imitemur vestigia, vt de no-
bis dicatur. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & voco eas no-
minatim, & cognoscunt me meæ, & reliqua. Et iterum monente domini-
cæ vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina repetitione my-
sticæ sanctionis imbuitur, vt Christi oues, qui Christum amat diligenter, &
cum magna cura pascat, quoniam ipsius sanctæ sedis, cui per abundantiam
diuinæ gratiæ præsumus, amore & reuerentia coartamur, vt tantæ superſti-
tionis, quæ nulla (vt suprà dictum est) fulcitur auctoritate, periculum quan-
tum possumus declinemus, ne beati magistri nostri, & summi Apostoli dile- F
ctio, qua se amatorem Dei esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quoni-
am omnis negligenter pascens totiens sibi commendatum dominicum gre-
gem conuincitur summum non amare pastorem, nec eius se velle discipu-
lum fieri, cuius exempla negligit imitari: nam gratia prorsus maior acquire-
tur, si de cõmissis ouibus lucrum offerat Domino solicitudo pastoris. Nam
& beatum Iacob, qui pro vxoribus diu seruierat, dixisse meminimus: Vi-
ginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis
tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne red-
debam, & quicquid furto perierat, à me exigebas, die nocteque æstu vre-
bar & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis. Si ergo laborat & vigilat, qui
pascit oues Laban, quanto labore quantisq; vigilijs debet intendere, qui pa-
scit oues Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ouibus G
animam, & adiuuet nos vt de his qui nobis commissi sunt, fructum multipli
cem ac mensuram supereffluentem ad æterna gaudia reportare concedat,
tantusque vos beati Petri Apostolorum principis amor incendat, vt in ouili
ipsius, cui omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita at-
que prohibita præsumentes, sanctis vestris studijs summo redintegrare cum
desiderio festinetis, qualiter animæ precioso Christi sanguine redemptę eo-
rum non pereant deceptione. Restat enim quod per ostium hi nequaquam
subintrârunt, quia non habebant ostium per quod ingrederentur: quia vt di
ctum est, si nec Episcopi sunt, & plusquam presbyteri esse ambiunt, per quod
ostium intrabunt? cum hi tantùm duo ordines in Ecclesia leguntur, nec am-
pliùs ad pastorale officium aliquod patet ostium per quod pastor intret. Au
dite fratres non me, sed ipsam dicentem veritatem. Qui non intrat per osti- H
um in ouile ouium, sed ascendit aliundè, hic fur est & latro, & reliqua. Cùm
etiam egregius prædicator dicat: Fundamentum enim aliud nemo potest po-
nere, prẹter id quod positum est. Cum prædicta duo fundamenta in Ecclesia
tantùm inueniantur posita, quicquid ampliùs positum in his inuenitur, sta-
re nullatenùs poterit, & ideo cum omnibus suis fundamentis & actionibus,
atq; radicibus, vt euellatur necesse est, ita vt ampliùs pullulare nec germina-
re valeat. Non ergo generet, & non faciat vobis fratres totiens repetita lo-
cutio fastidium, quia summa necessitas est, vt sæpius prohiberi quod totiens
à vobis, vt cognouimus, illicitè vsurpatur, & quoniam veritas sæpiùs exagita-
ta magis splendescit vt lumen, & quod totiens repetendo admonetur, ni-
mis vsurpatur. Super his enim multa iam ab antecessoribus nostris dicta
sunt

A sunt, à quibus ipsi sicut nunc à nobis, ita olim ab eis damnata & prohi-
bita sunt. Ideo sæpius repetentes omnes monemus, vt vitentur huiusmodi, &
à talibus se abstineant, qui noluerint vnà cum eis à sacerdotali ministerio: vt
rebelles fieri alieni: quod ita demum probare poterimus, si tales extirpare,
& non eis fauere decertaueritis: & ita in postmodum de tali re querela cessa-
bit, quia contumeliæ studio fit, quicquid interdictum totiens vsurpatur. O-
mnia hæc decretalia & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quæ
de Ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinis, ita vo-
bis & omnibus Episcopis ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri de-
bere mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit
denegari, quoniã occurreret veritas, si falsitas displiceret: & meritò nos qui
summa Ecclesiæ tenere debemus gubernacula, causa respicit, si silentio faue-
B amus errori.. Data Calend. Iunij, Libio & Theodosio IIII. CC. Consulibus.

DE SACERDOTIBVS, QVI DE ECCLE-
sijs suis ad alias migrant
Ecclesias.

EOS autem sacerdotes qui de Ecclesijs suis ad alias migrauerunt, tan-
diu à communione nostra habemus alienos, quandiu ad eas redie-
rint ciuitates, in quibus primùm sunt constituti: quoniam si alius alio
transmigrante in locum viuentis ordinatus est, tandiu vacet sacerdotij di-
gnitate, qui suam deseruit ciuitatem, quandiu successor eius quiescat in Do-
C mino.

EPISTOLA DAMA=
SI ET EPISCOPORVM, QVI AD EVM
in Romanam vrbem ex Italia &
Gallia conuene-
rant.

Damasus & cæteri Episcopi Romæ congregati, dilectissimis
fratribus in Illyrico constitutis Episcopis in Domino Salutẽ.

D
REDIMVS sanctitatem vestram, fidem in Apo-
stolorum eruditione fundatam tenere, & hanc po-
pulis vniuersis exponere, quæ videlicet à constitutis
patrum nulla ratione dissentit, per quos iustum est
cœteros erudiri: sed relatione Gallicanorum & ve-
nerandorum fratrum, quosdam hæresibus fauere co
gnouimus, quod malum non solùm cauere debent
Episcopi, sed etiam reluctari contra ea quæ gesta sunt imperitia aut simpli-
citate quorundam prauis interpretationibus deceptorũ. Varijs ergo doctri-
nis non decet labefactari, sed magis patrum nostrorum laborare sententijs.
Auxentiũ ergo Mediolanũ præcipuè in hac causa damnatũ esse liquet: Vnde

Universidad de Deusto Biblioteca

iustum est vniuerso Romanorum orbe doctores legis ea, quæ legis sunt sapere, & non fidem doctrinis varijs maculare. Itaq; dum primùm hæreticorum cœpisset nequitia pullulare, sicut etiam nunc blasphemia pullulare patet Arrianorum, tunc patres nostri trecenti decem & octo electi, habito tractatu in vrbe Nicena, hunc murum fortissimum contra arma diabolica statuerunt, et hoc remedio venena mortifera sunt depulsa, vt pater & filius vnius diuinitatis, vnius virtutis, vniusq; magnitudinis debeat credi, vniusq; essentiæ siue substantiæ, simul & spiritus sanctus. Aliter enim sapiẽtes alienos esse à nostra communione iudicauerunt. Quem terminum salutarem adorabilemq; deliberationem corrumpere quidam alijs cogitationibus, atq; temerare voluerunt, sed in ipso principio ab his ipsis, qui in Arimino reuocare, aut retractare compellebantur, vsq; ad hoc causa correpta est, vt confiterentur alia sibi circunuentione subreptum, aut certè, quia non intellexerunt patrũ sententiæ in Nicæna constitutæ hoc esse contrarium: neq; enim præiudicium aliquod fieri potuit, per numerum Arimino congregatum, quando constat neque Romanum Episcopum, cuius ante omnia decebat eos expectare decretum, neq;. Vincentium qui tantis annis Episcopatum inuiolabiliter custodiuit, neq; alios talibus præbuisse cõsensum, maximè dum (sicuti prædiximus) isti ipsi, qui per conuentionem declinâsse videbantur, ipsi denuò vtentes meliori consilio hæc sibi displicere testati sunt. Perspicit itaq; vestra salubritas hanc solam fidem, quæ Nicæa Apostolorum actoritate fundata est, esse perpetua firmitate seruandam, & simul orientales hoc facere nobiscum, qui se catholicos esse cognoscunt, occidentales etiam gloriari. Credimus autẽ languentes in isto conamine non tardè à nostra separandos esse cõmunione, & ab eis Episcopatus nomen auferri, quatenus populi eorum liberari errore respirent. Nullo enim modo à deceptione poterunt corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet etiam cum omnibus Dei sacerdotibus etiam charitatis vestræ sententia, in qua vos fixos ac firmos existere iudicauimus. Si ergo nos vobiscum rectè credere debemus, vestræ nos charitatis literis lætificate reciprocis. Valete fratres charissimi. Data XVII. Calend. Nouembris, Siritio & Ardabure IIII. CC. consulibus.

EPISTOLA DAMASI AD EPISCOPOS Italiæ.

Vniuersis Episcopis per Italiæ prouincias constitutis, Damasus Episcopus in Domino salutem.

OPTAueram dilectissimi pro nostri charitate collegij omnes Domini sacerdotes sicut in primitiua fuit Ecclesia, vnum esse cor, & animam vnam, atque in vna deuotione persistere, nec quemquam sacerdotum gratia, aut formidine secularium depraua-ri, aut à via veritatis quoquo modo abscedere. Sed quia multa quæ corrigi possunt, proueniunt, exuperat culpas delinquentiũ misericordia Dei, atq; ideo suspenditur vltio, vt possit locũ habere correctio.

Relatum

Relatum est enim ad sedem Apostolicam vos accusationes fratrum per scripta suscipere absque legitimo accusatore: quod deinceps in omni orbe terrarum fieri Apostolica auctoritate prohibemus, & quod nuper factum est absque vlla retardatione corrigere rogamus, nec vnquam prius per scripta eorum, qui accusantur causam discutere, nisi per querelarum institutiones vocati canonicè ad synodum veniant, & præsens per præsentem agnoscat veraciter, & intelligat quæ ei obijciuntur: Quod bene & per sapientiam Salomonis dicitur: Antequam scruteris ne reprehendas, intellige priùs & tunc increpa, antequam audieris ne respondeas. Et licet apertissima sit contrariorum reprehensio, veruntamen oportet his, qui elati sunt ad eorum examinationem, ordinem seruari ab his qui secundum Deum perscrutari deputati sunt, quatenus ita cum operatione cooperante inueniamus, & confessorem Deum qui dicit: Vbi duo sunt vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nam & Dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quoniam non est præsentialiter accusatus, ideo non est eiectus. Nec vos vllo modo agere oportet, quod ille noluit facere: leges enim seculi accusatores præsentes exigunt, & non per scripta absentes. Vnde canonica patrum constituta non semel, sed sæpissimè clamant, nec accusationes, nec testimonia vlla per scripta posse proferri, nec de alijs negotijs quicunque testimonium dicant, nisi de his quæ sub præsentia eorum esse noscuntur. Similiter & qui alium accusare elegerit, præsens per se & non per alium accuset, scriptione videlicet præmissa: neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curãdum quoque est, ne ita quisquam subrepat, faciatque citius quod non licet. Omnipotentes Deus hæc vos & cuncta diuina mandata & Apostolica præcepta custodientes, in cũctis actibus vestris cœlestis brachij extentione protegat, atq; ad cœlestis remunerationem patriæ cum multiplici animarum fructu perducat, Amen. Data III. Idus Aprilis, Siritio et Ardabure IIII. CC. consulibus.

EPI-

EPISTOLA CONCI- E
LII CARTHAGINENSIS AD IN-
nocentium Papam.

Domino beatissimo & honoratissimo fratri Innocentio vniuersalis Ecclesiæ Papæ, Aurelius, Numidius, Rusticianus, Fidentius, Euagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theasius, Tutus, Pannonius, Victor, Restitut°, ali° Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, Ampelius, Auinius, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octauius, Serotinus, Maiorinus, Porturianus, Crispolis, Victor, alius Victor, Leutius, Ma F rin° Fructuosus, Faustinianus, Quoduultdeus, Candorius, Maximus, Magarius, Rusticus, Rufinianus, Proculus, Thomas, Ianuarius, Octauianus, Prætextatus, Sixtus, Quoduultdeus, Pentadius, Cyprianus, Seruilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Bazecenus, Germãianus, Germamenus, Iuuentius, Maiorinus, Iuuentius, Candidus, Cyprianus, & Aemilianus Romanus, Aphricanus, & Marcellinus, qui in Concilio Ecclesiæ Carthaginensis affuimus.

VM ex more ad Carthaginensem Ecclesiam solenni G ter veniremus, atque ex diuersis causis congregata ex nobis synodus haberetur, compresbyter noster Orosius nobis literas sanctorum fratrum, & consacerdotum nostrorum dedit Auerothis & Lazari, quarum formam his constituimus esse subdendam. His ergo lectis Pelagium & Cœlestium auctores nefarij prorsus & anathematizandi ab omnibus nobis erroris aduertimus. Vnde factum est, vt recensendum peteremus, quid ante quinquennium super Cœlestij nomine hîc apud Ecclesiam Carthaginensem fuerit exagitatũ. Quo recitato, sicut ex subditis aduertere poterit sanctitas tua, quamuis iudicatio manifesta constaret: quia in illo tempore Episcopali iudicio excisum hoc tantùm vulnus ab Ecclesia videretur, nihilominus tamen id communi deliberatione censuimus, vt huiusmodi persuasionis auctores, H quanuis & ad presbyterium idem Cœlestius posteà peruenisse dicatur, nisi hi apertissimè anathematizauerint, ipsos quoque anathematizari oportet, vt si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui decepti sunt ab eis, vel decipi possunt, cognita sententia quæ in eos lata est, sanitas procuretur. Hoc itaque gestum Domine frater sanctæ charitati tuæ intimandum duximus, vt statutis nostræ mediocritatis, etiam Apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda salute multorum, & quorundam etiam peruersitate corrigenda. Id enim agunt isti damnabilibus disputationibus suis, vt non defendendo, sed potiùs in sacrilegam superbiam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiæ Dei, qua Christiani sumus, qua & idipsum nostræ voluntatis arbitrium verè sit liberum, dum à carnalium concupiscentiarũ domina-

A minatione liberatur, dicente Domino: Si vos filius liberauerit tunc verè liberi eritis. Quod auxilium fides impetrat, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Isti autem asserunt (sicut à fratribus qui eorum libros legerunt, cognouimus) in eo Dei gratiam putandum, quòd talem hominis iustituit creauitq; naturam, quæ per propriã voluntatẽ legẽ Dei possit implere, siue naturaliter in corde conscriptam, siue in literis datam: eandem quoq; legem ad gratiam pertinere, quod illam Deus in adiutorium hominibus dedit. Illam verò gratiam, qua, vt dictum est, Christiani sumus, cuius Apostolus prædicator est, dicens: Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, video autem, aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis, miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum Do-
B minum nostrum: nolunt omnes cognoscere omninò, nec apertè quidem oppugnare audent. Sed quid aliud agunt cum hominibus animalibus non percipientibus quæ sunt spiritus Dei? persuaderi non cessant ad operandam perficiendamque iustitiam, & Dei mandata complenda solam sibi humanã sufficere posse naturam, non attẽdentes quod scriptum est: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram: &, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei: & quod vnum corpus sumus in Christo Iesu, singuli autem alter alterius mẽbra, habentes dona diuersa secundum gratiam, quæ data est nobis: & gratia Dei sum id quod sum, gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum: &, gratias ago Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum, quia idonei non sumus aliquid cogitare, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra
C ex Deo est: &, habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, vt eminentia sit virtutis Dei, & non ex nobis, & innumerabilia de scripturis omnibus si colligere volumus, tomus non sufficit, & veremur, ne apud te tempora ista commemorando, quæ maiore gratia de sede apostolica prædicas, inconueniente facere videamur, sed ideo facimus, quia in eo quod infirmiores sumus, quaqua versus quisque nostrũm verbum Dei prædicando putatur attentior, crebriùs eos patimur in nos audaciùs insurgentes. Si ergo Pelagius Episcopalibus gestis, quæ in oriente confecta dicũtur, omnia tuæ veneratiõi iustè visus fuerit absolutus: error tamen ipse & impietas quæ iam multos assertores habet, per diuersa dispersos, etiam apostolicæ sedis auctoritate anathematizanda est. Consideret enim sanctitas tua, & pastoralibus nobis compatiatur visceribus, quàm pestiferum & exitiale ouibus Christi, quod istorum sacrile-
D gas disputationes necessariò sequitur, vt nec orare debeamus, ne intremus in tentationẽ: quod Dominus discipulos monuit, & posuit in oratione quã docuit, vt non deficiat fides nostra, quod pro Apostolo Petro se rogãsse ipse testatus est. Si enim possibilitate naturæ, & arbitrio volũtatis in potestate sunt constituta: quis non ea videat inaniter à Domino peti, & fallaciter orari, cũ orando poscuntur, quæ naturæ iam ita conditæ sufficientibus viribus obtinenter? nec debuisse dicere Dominum Iesum Christum, vigilate & orate, sed tantummodo vigilate, vt non intretis in tentationem: nec beatissimo Petro primo Apostolorum, rogaui pro te, sed moneo te, vel impero ac præcipio, ne deficiat fides tua. Contradicitur enim istorũ cõtemptione benedictionibus nostris, vt incassum supra populum dicere videamur, quicquid eis à Domino precamur, rectè ac piè viuẽdo illi placeant vel illa quæ pro fidelibus precatur

Universidad de Deusto Biblioteca

Apostolus dicens:Flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi,ex E
quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur,vt det nobis secundum
diuitias gloriæ suę virtutem,corroborari per spiritũ eius.Si ergo voluerimus
benedicendo super populum dicere, da illi virtutem Domine corroborari
per spiritum tuum,istorum nobis disputatio contradicit,affirmans liberum
negari arbitrium,si hoc à Deo poscitur,quod in nostra potestate est: virtute
enim corroborari si volumus,inquit,possumus ea posibilitate naturæ, non
misericordia quam nunc accipimus, sed quam cùm crearemur accepimus.
Paruulos etiam propter salutem quæ per saluatorem Christum datur, bapti-
zandos negant, sic eos mortifera doctrina in æternum necant ,promittentes
etiam si non baptizantur,habituros vitam æternam : nec pertinere ad eos
de quibus Dominus ait:Venit enim filius hominis quærere & saluare quod
perierat:quia,inquiunt,isti non perierant,nec est quod in eis saluetur,vel tan F
to precio redimantur,quia nihil est in eis vitiatũ,vel tenetur sub diaboli po-
testate captiuum,nec pro eis fusus esse sanguis in remissionem legitur:Quam
quam per baptismum Christi etiam paruulorum dicant fieri redemptionem.
Libello verò suo Cœlestius in Carthaginensi Ecclesia iam confessus est. Sed
multi eorum,qui perhibentur esse vel fuisse discipuli,hæc mala quibus fun-
damenta Christianę fidei conantur euertere,quacunque possunt astutia affir
mare non cessant :vnde etiam si Pelagius Cœlestiusq;correcti sunt,vel ista
nunquam sensisse se dicunt , & quæcunque scripta contra eos prolata fue-
rint,sua esse negabunt:nec est,quemadmodum de mendacio conuincantur:
generaliter tamen quicunque dogmatizat,& affirmat humanam sibi ad vin
cenda peccata & Dei mandata facienda,sufficere posse naturam,& eo modo
gratiæ Dei, quæ sanctorũ euidentiùs orationbus declaratur,aduersarius in- G
uenitur:& quicunq;negat paruulos per baptismũ Christi à perditione libe-
rari,& salute percipere sempiternam,anathema sit.Quæcunq; autem alia eis
obijciuntur,non dubito venerationem tuam cùm gesta Episcopalia perspe-
xerit,quæ in oriente eadem causa confecta dicuntur,id iudicaturã ,vnde om
nes in Dei misericordia gaudeamus.Ora pro nobis Domine beatissime Papa.

INNOCENTII PAPAE EPISTOLA AD CONCILIVM CARTHAGINENSE.

H

Innocentius Aurelio & omnibus sanctis Episcopis,& cæteris qui in concilio Carthaginensi affuerunt Ecclesię dilectissimis fratribus in Domino Salutem.

INQVIRENDO de his rebus,quas omni cum sollicitudine decet à sacerdotibus, maximè à vero iustoq; & catholico tractari Concilio,antiquæ traditionis exempla seruantes,& Ecclesiasticæ memores disciplinæ, nostræ religionis vigorem mentis non minùs nunc in consulendo quàm antea cùm pronunciaretis,vera ratione firmatis,qui ad nostrũ referendũ approbatis esse iudiciũ,scientes quod Aposto-

A apostolicæ sedi(cùm omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apo
stolum) debeatur,à quo ipse Episcopatus & tota auctoritas huius nominis
emersit. Quem sequentes cùm mala tam damnare cauemus, quàm probare
laudanda,vel id vero quod patrum instituta sacerdotali custodientes officio
non censetis esse calcanda,quòd illi non humana, sed diuina decreuêre sen-
tentia, vt quicquid quanuis de disiunctis remotisq; prouincijs cogeretur,
non priùs ducerent finiendum,nisi ad eius sedis notitiam peruenirет,vt tota
huius auctoritate iuxta quæ fuerit pronunciatio firmaretur,indeq; sumerent
cæteræ Ecclesiæ,velut de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent,& per di
uersas totius mundi regiones puri capitis incorrupti manarent, quid præci-
pere,quos abluere, quos veluti in cœno immundabili sordidatos mũdis dig
na corporibus vnda vitaret.Gratulor igitur charissimi fratres quòd per fra-
B trem & Coepiscopum nostrum Iulium literas ad nos destinâstis,& cum pro
illis curam geritis quibus præsidetis Ecclesijs,solicitudinem vestram pro om
nium vtilitate monstratis,& per cunctas totius orbis Ecclesias omnibus vnà
quod prosit decernendũ esse deposcitis,vt suis constabilitæ regulis Ecclesiæ,
& hoc quod illis caueat,pronũciationis iustè firmata decretalibus petere nõ
possit,qui peruersis instructi,imò destructi verborũ argutijs,sub imagine ca
tholicæ fidei disputantes velut pestiferũ exhalantes virus,& vt hominũ rectè
sentientium in deteriorẽ partem corda corrũpant,tutam veri dogmatis quæ
runt euertere disciplinam.Sanandũ ergo celeriùs,ne longiùs execrandus ani-
mis morbus inserpat,vt si medicus cùm viderit huius terreni corporis aliquẽ
esse languorem , magnum suæ artis æstimat documentum , si cito quis illius
interuentu desperatus euadat:vel cùm post se putre vulnus aspexerit , adhi-
C bet fomenta vel cætera quibus illud posit,quod natũ fuerat vulnus obduci:
ac si id manens sanari non poterit,ne corpus reliquum,sua tabe corrumpat,
ferro amputet quod nocebat, quod reliquum , integrum & seruet inta-
ctum . Præcidendum ergo,id est , quod velut puro sanoq; nimium corpori
vulnus obrepsit,ne cũ tardiùs abstergitur,in ipsis penè visceribus huius mali
non hauriendi pòst sentina confidat. Nam quid nos de his post hæc rectum
mentibus æstimemus,qui sibi se putant debere quod boni sunt,nec illum cõ
fiderant, cuius quotidie gratiam consequuntur? Sed iam isti qui tales sunt,
nullam Dei gratiam consequuntur,qui sine illo tantum assequi se posse cõ-
fidunt, quantum vix illi qui ab illo postulabant,& accipiunt,promerentur.
Quid enim tam iniquũ esse potest,tam barbarũ,tam totius religionis ignarũ
tam Christianis mẽtibus inimicũ, quàm huic denegare debere,quicquid in
D quotidiana gratia cõsequeris,cui te ipse cõfiteris debere quod natus es?Ergo
eris tibi in prouidendo præstantior quàm potest is esse,qui te vt esses effecit?
Et cum te putes ei debere quòd viuis,quomodo te nõ putas illi debere quòd
non quotidianã eius consequẽdo gratiam taliter viuis?Et quî nos adiutorio
negas indigere diuino , quasi ex nostra posibilitate ex toto perfectos , quo-
modo adiutoriũ in nos cũ tales à nobis etiã esse possumus,prouocamus?Qui
enim adiutoriũ Dei negat, vellẽ interrogare quid dicat, nos nõ te mereri,an
illũ hoc nõ posse præstare,an nihil esse propter quod vnusquisque hoc debe
at postulare?Posse hoc Deũ opera ipsa testantur. Adiutorio quotidiano nos
egere , negare non possumus: hoc enim seu bene viuimus, prouocamus, vt
meliùs sanctiùsq; viuamus,seu prauè sentientes à bonis auertimur, vt ad re-
ctam redeamus viam eius auxilio plus egemus . Nunquid tam mortiferum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam præceps videatur ad casum, tam expositũ ad omnia pericula, si hoc solũ E
nobis putantes posse sufficere, quod liberum arbitriũ cùm nasceremur, accepimus? Vltra iam à Domino nihil quæramus, id est, auctoris nostri obliti eius potentiam, vt nos ostẽdamus liberos, abiuremus, quasi iã ampliùs quod dare possit, non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit, nesciẽtes quod nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquã terreni & mũdani corporis vincere conemur errores, cùm pares nos ad resistendũ nõ liberũ arbitriũ, sed Dei solius facere possit auxiliũ. Nã si ille clamat adiutorio sibi opus esse diuino, qui dignè hoc nõ quæreret, sicubi liberum arbitriũ plùs prodesset: quippe cùm vir beatus & iã electus à Domino nihil egerit, tamen ita Dominũ deprecatur postulãs, Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. Nos nobis liberum arbitrium, ille Dominum postulat adiutorẽ. Quòd nati sumus, posse sufficere nobis, dicimus: F
ille Deum ne derelinquatur, exorat. Nónne rogo manifestè discimus quod oremus, cũ ille tantopere beatus (sicut suprà diximus) vir, ne despiciatur exoptat: illi enim necesse est ista arguant, qui illa confirmant. Dauid enim orationis ignarus, & suæ naturæ nescius accusetur, qui cũ sciat tantũ in sua natura esse adiutorẽ sibi Dominũ, & assiduum adiutorẽ, nec illi sufficit assiduũ, sed ne aliquando illum despiciat, orationibus protinus exoptat, & per corpus omis psalterij hoc & prædicat, & clamat. Si ergo hoc ille ita magnũ scit, vt assiduè diceret, ita necessariũ confessus est vt doceret: quemadmodum Pelagius Cœlestiusq; seposita omni responsione psalmorũ, taliq; abdicata doctrina suasuros se aliquibus esse confidunt, nos adiutorium Dei nec debere quærere, nec egere, cùm omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testantur? Libero enim arbitrio olim ille peruersus, dũ suis inconsultis vtitur bonis ca G
dens in præuaricationis profunda, demersusq;, nihil quemadmũ exinde surgere posset, inuenit, suaq; in ęternum libertate deceptus, huius ruinę iacuisset oppressus, nisi eum pòst Christi per suã gratiã releuâsset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationẽ præteritũ omne vitium sui baptismatis lauacro purgauit, & eius confirmans statum, quo rectiùs constabiliusq; procederet, tamen suam gratiam in posterum non denegauit. Nam quanuis hominẽ redemisset à præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post illa corrigere, multa seruauit. Quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi freti cõfisiq; nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est enim vt quo auxiliante vicimus, eo iterũ nõ adiuuante vincamur. Sed posse plura dicere, nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sentẽ H
tiæ, qua dicat, adiutorio nobis non opus esse diuino, inimicum se catholicæ fidei & Dei beneficio profitetur ingratum. Nam nec nostra communione sunt digni, quam prædicando taliter polluerunt. Sic enim sua spõte dum sequuntur illa quę dicuntur, longiùs à vera religione fugerunt. Cùm enim hoc totum in nostra professione consistat, quotidianisq; precibus nihil agamus, nisi quẽadmodũ Dei misericordiam consequamur, quemadmodũ ferre possumus ista iactantes? Quis rogo tantus illorũ pectora error obcæcat, vt si ipsi nullã Dei gratiam sentiunt, quia nec digni sunt, nec merentur, nec de alijs cõsiderant, quid quotidie singulis gratia diuina largiatur? Sunt quidẽ isti omnes cæcitate dignissimi, q nec hoc sibi reliquerũt, vt se auxilio credãt euocari ab erroribus posse diuino. Negantes em Dei adiutoriũ, nõ alijs, sed sibi

hoc

A hoc penitus abstulerunt, qui euellendi sunt longiùs & ab Ecclesiæ procul remouendi visceribus, ne diutiùs multa occupans insanabilis pòst error increscat. Si enim diu fuerint sub hac impunitate seruati, necesse est multas in hac sua prauitate mentes inducant, decipiantq; innocentes vel potiùs imprudentes, qui fidem catholicam non sequuntur: putabant enim eos rectè sentire, quos adhuc vident in Ecclesia perdurare. Separetur ergo à sano corpore vulnus insanum, remotoque morbi sæuientis afflatu, cautiùs quæ sunt syncera perdurent, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sic totius corporis illibata perfectio, quam vos sequi & tenere hac in illos pronunciatione cognouimus, & vnà vobiscum pari assensione seruamus. Qui si tamẽ aliquando in se Dei adiutoriũ, quod hucusq; negauerunt, prouocauerint, & opus eius sibi auxilio esse cognouerint, vt de hac labe in qua sui cor-
B dis incuruatiõe corruerant, liberentur, & quasi in lucem de fœda tracti caligine, remotis abdicatisq; omnibus qbus totus, ne verũ aspiceret, fœdabatur & calligabat aspectus, dãnent hæc quæ hucusq; senserũt, & aliquando animũ rectis disputationibus cõmodãtes, ab hac aliquãtulum labe correcti, veris se sanãdos cõsilijs tribuant atq; submittãt. Quod si fecerint, erit in potestate Pontificũ istis aliquatenùs subuenire, & talibus aliquam curã præstare vulneribus, quã solet lapsis cũ resipuerint & Ecclesia nõ negare, vt à suis pręcipitijs intra ouile Dñi redigãtur, ne foras p̃senti & tanto præsidio à fide munitionis exclusi, periculis omibus exponãtur, deuorãdi luporũ dẽtibus atq; vexandi, qbus obsistere hac qua illos in se irritauerãt doctrinæ puersitate non possunt. Sed talibus vestris monitis, & sic satis abundãtibus nostræ legis exẽplis probatur esse respõsum, nec quicquã superesse dicimus quòd dicamus,
C cùm nihil prætermissum à vobis, nihil constat esse suppressum, quo illi refutati & penitùs cognoscantur esse conuicti. Ideo à nobis testimonia nulla ponuntur, quia & his plena ralatio est, & satis constat vt doctissimos sacerdotes cuncta dixisse, nec decet credere vos aliquid quod ad causam possit sufficere præterisse. Bene valete fratres in Domino charissimi.

EPISTOLA CONCILII MILEVITANI AD INnocentium Papam.

Domino beatissimo meritoq; venerabili, & in Christo vene-
D rando Papæ Innocentio Siluanus senex, Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alippius, Augustinus, Placentius, Seuerus, Fortunatus, Possidius, Nouatus, Secundus, Maurentius, Leo, Faustinianus, Cresconius, Lucius, Honorius, Adeodatus, Processus, Secũdus, Felix, Asiaticus, Rufinus, Faustinus, Malchus, Lictorius, Fortunatus, Donatus, Pontianus, Saturnius, Cresconius, Lucius, Honorius, Seruius, Therentius, Cresconius, Sperãtius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, item Sabinus, Cresconius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Præsidius, Cresconius, Lampadius, Delphinus, ex concilio Mileuitano in Domino Salutem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVIA te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in E
ſede Apoſtolica, talemq; noſtris temporibus præſtitit, vt nobis potiùs ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam venerationem, quæ pro Eccleſia ſunt ſuggerenda tacuerimus, quàm ea tu poſſis vel faſtidioſè vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorũ membrorum Chriſti paſtoralem diligentiam quæſumus adhibere digneris. Noua quippe hæreſis & nimium pernicioſa tentat aſſurgere inimicorum gratiæ Chriſti, qui nobis dominicam etiam orationem impijs diſputationibus conãtur auferre. Cùm enim Dñs docuerit, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimttimus debitoribus noſtris: iſti dicunt poſſe hominem in hac vita præceptis Dei cognitis ad tantam perfectionem iuſtitiæ ſine adiutorio gratiæ ſaluatoris, per ſolum F
liberæ voluntatis arbitrium peruenire, vt etiam non ſit neceſſarium dicere, dimitte nobis debita noſtra. Illud verò quod ſequitur: ne nos inferas in tentationẽ, nõ ita intelligendum tanq; diuinum adiutoriũ poſcere debeamus, ne in peccatũ tentati decidamus, ſed hoc in noſtra poſitum eſſe poteſtate, & ad hoc implendum ſolam ſufficere hoĩs voluntatẽ, tanq; fruſtrà Apoſtolus dixerit. Non volentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. &, Fidelis Deus qui vos non permittit tentari ſuper id quod poteſtis, ſed faciet cum tẽtatiõe etiã exitũ, vt poſſitis ſuſtinere. Fruſtra em̃ Dominus dixerit Apoſtolo Petro, rogaui pro te, ne deficiat fides tua. & om̃ibus ſuis: Vigilate & orate ne intretis in tentationẽ: ſi hoc totum eſt poteſtatis humanæ. Pueros quoq; paruulos ſi nullis imbuantur Chriſtianæ gratiæ ſacramentis, habituros vitã æternã, nequaquã Chriſtiana præſumptione contendunt, euacuantes quod dicit Apo- G
ſtolus: Per vnum hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in om̃es hoĩes pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Et alio in loco: Sicut in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes viuificabũtur: Vt ergo alia omittamus quæ contra ſcripturas ſanctas plurima diſſerũt, hæc interim duo q̃bus om̃inò totũ quòd Chriſtiani ſumus, conãtur euertere, quæ fidelia corda ſuſtineãt, nõ eſſe rogandum Deũ, vt cõtra peccati malum atq; ad operandã iuſtitiã ſit noſter adiutor, & nõ opitulari paruulis ad cõſequendã vitã æternã Chriſtianæ gratiæ ſacramentũ? Hæc inſinuantes Apoſtolico pectori tuo nõ habemus opus multa dicere, & tantã impietatẽ exaggerare, cùm proculdubio te iſta permoueãt, vt ab eis corrigendis ne latiùs ſerpant, multoſq; cõtaminent, vel potiùs interimãt, dum ſub noĩe Chriſti à gratia Chriſti
penitus alienãt, omninò diſſimulare non poſſis. Huius aũt pernicioſiſſimi er H
roris auctores eſſe perhibentur Pelagius & Cœleſtius, quos quidẽ in Eccleſia ſanari maluimus, q̃ deſperata ſalute ab Eccleſia reſecari, ſi neceſſitas vlla compellat. Quorum vnus, id eſt Cœleſtius, etiam ad presbyterium in Aſia peruenſſe dicitur, de quo ante paucos annos quid geſtum fuerit, ſanctitas tua de Carthaginenſi Eccleſia meliùs inſtruitur: Pelagius verò, ſicut à quibuſdã fratribus noſtris miſſæ loquuntur epiſtolæ, Hieroſolymis cõſtitutus nõnullos fallere aſſeritur: verũtamen multò plures qui eius ſenſus diligẽtiùs indagare potuerũt, aduerſus eum pro Chriſti gratia, & catholicę fidei veritate confligũt, ſed p̃cipuè ſanctus filius tuus frater & cõpresbyter noſter Hieronymus. Sed arbitramur adiuuãte miſericordia Dñi Dei noſtri Ieſu Chriſti q te regere, cõſulentẽ & orantẽ exaudire dignatur, auctoritati ſanctitatis tuæ de claro

ſcriptura-

ſcripturarum lumine depromptæ, faciliùs eos qui tam peruerſa & tam per-
A niciosa ſentiunt eſſe ceſſuros, vt de correctione potiùs eorum gratulemur, quàm contriſtemur interitu, Domine beatiſſime. Quamlibet autem ipſi eligãt, certè vel alios plurimos quos poſſunt, ſi ab eis diſſimuletur, ſuis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua inſtanter & celeriter prouidendum. Hæc ad ſanctitatem tuam de concilio Numidiæ ſcripta dixerimus, imitantes Carthaginenſem Eccleſiam & Carthaginenſis prouinciæ Coëpiſcopos noſtros, quos ad ſedem apoſtolicam, quam beatus illuſtras, de hac cauſa ſcripſiſſe cõperimus. Et alia manu: Memor noſtri in Domini gratia augearis Domine beatiſſime, meritò venerabilis, & in Chriſto honorande ſanctiſſime Papa.

B

RESCRIPTVM INNOCENTII PAPAE AD MILEuitanum Concilium.

Innocentius Siluano Seni, Valentino, & cæteris qui in Mileuitana ſynodo interfuerunt, dilectiſſimis fratribus in Domino Salutem.

C INTER cæteras Eccleſiæ Romanæ curas & apoſtolicæ ſedis occupationes, quibus diuerſorum conſulta fideli ac modica diſceptatione tractamus, frater & Coëpiſcopus noſter Iulius dilectionis veſtræ literas quas ex Mileuitano noſtra auctoritate concilio cura fidei propenſiore miſiſtis, mihi inopinanter ingeſcit, Carthaginenſis etiam ſynodi querela parili ſcripta ſubiungens. Nimirum exultat Eccleſia tantam ſollicitudinem commiſſis gregibus exhibere paſtores, vt non ſolùm neminem ex his patiantur errare, ſed ſi quas magis ouium ſiue delectationis herba ſeduxit, ac ſi in errore permanſerint, aut ſegregari penitus velint, aut illicitè petita vitantes, dudum cuſtodiæ priſtinæ circumſpectione tutari, in vtraq; parte videlicet conſulentes, ne vel ſuſcipiendo tales ſimili cæteræ ducantur exemplo, vel ſpernendo redeuntes luporum morſibus videantur ingeſtæ. Prudens admodum & catholicę fidei plena conſultationis voluntas. Quis enim
D aut tolerare poſſit errantem, aut non recipere corrigentem? Nam vt durum arbitror conniuentiam præbere peccantibus, ita impium iudico manum negare cõuerſis. Diligenter ergo & congruè apoſtolicæ cõſulitis honoris arcana. Honoris, inquam, illius quem præter illa quæ ſunt extrinſecus, ſollicitudo manet omnium Eccleſiarum ſuper anxijs rebus quæ ſit tenenda ſentẽtia: antiquæ ſcilicet regulæ formam ſecuti, quam toto ſemper ab orbe mecum noſtis eſſe ſeruatam. Verùm hæc miſſa facio. Neq; enim hæc veſtram credo latère prudentiam, qui id etiam actione firmàſtis, niſi ſcientes quod per omnes prouincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanent, præſertim quotiens fidei ratio mutilatur, arbitror om̃es fratres & Coëpiſcopos noſtros, nõ niſi ad Petrum, id eſt ſui noĩs & honoris auctorẽ referre debere, velut nunc retulit veſtra dilectio, quod per totũ mundũ poſſit Eccleſijs

omnibus

Universidad de Deusto Biblioteca

omnibus in commune prodesse.Fiant enim necesse est cautiores, cùm inuen E
tores malorum ad duplicis relationem synodi sententiæ nostræ statutis vi-
derint ab ecclesiastica communione seiunctos.Gemino igitur bono chari-
tas vestra fungetur:nam & canonum potiemini gratia seruatorum, & bene-
ficio vestro totus orbis tutabitur. Quis enim catholicorum cum aduersarijs
Christi velit vlteriùs miscere sermonem? Quis saltem ipsam vitæ lucem com
munione partiri?nouæ hæreseos nimirum fugiantur auctores.Quid enim a-
cerbius in Dominum fingere potuerunt,quàm cum adiutoria diuina cassa-
rent,causamq; quotidianæ precationis auferrent?Hoc est dicere. Cur mihi
opus Deo?Meritò in hos Dauid hymnum dicit: Ecce homines qui non po-
suerunt Deum adiutorem sibi.Negantes ergo auxilium Dei, inquiunt homi
nem sibi posse sufficere,nec gratia hũc egere diuina, qua priuatus necesse est
diaboli laqueis irretitus occumbat,dum ad omnia vitæ perficienda manda- F
ta sola tantummodo libertate contendat.O prauissimarum mentium peruer
sa doctrina:aduertat id tandem quod primum hominem ita libertas ista de-
cepit,vt dum indulgentiùs frenis vtitur eius,in præuaricationis presumptio-
ne concideret:Neque ex hac potuit erui,nisi prouidentia regenerationis sta-
tum pristinæ libertatis Christi Domini reformâsset aduentus.Audiat Dauid
dicentem:Adiutorium nostrum in nomine Domini,&,Adiutor meus es tu,
ne derelinquas me,neque despicias me Deus salutaris meus. Quæ incassum
dixerit,si tantùm in eius erat positum voluntate, quod à Domino flebili ser-
mone poscebat.Quæ cum ita sint,cumque in omnibus diuinis paginis volun-
tati liberæ non nisi adiutorium Dei legamus esse nectendum, eamque nihil
posse cœlestibus præsidijs destitutam, quónam modo huic soli possibilita-
tem hanc pertinaciter (vt asseritis) defendentes, sibimet, imò quod est di- G
gnius dolori communi,plurimis Pelagius Cœlestiusque persuadent? Multi-
equidem ad instruendum tale magisterium vti possemus exemplis, nisi scire-
mus & sanctitatem vestram ad plenum scripturas omnes scire,intelligere,cal
lere,diuinas præsertim,cùm vestra relatio tantis ac talibus testimonijs sit re-
ferta,vt his solis valeat præsens dogma rescindi, opusq; non esse recognitis,
cum his quæ facilè vobis occurrentia posuistis,nec audeant obuiare,nec pos
sint. Ergo Dei gratiam conantur auferre, quam necesse est erga institutam
status pristini libertatem quæramus:quippe nec alias diaboli machinas, nisi
eadem possumus iuuante vitare.Illud verò quod eos vestra fraternitas asserit
prædicare,paruulos æternæ vitæ præmijs absq; baptismatis gratia posse do-
nari,perfatuum est.Nisi enim manducauerint carnem filij hominis & bibe-
rint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis. Qui autem hanc in H
eis sine regeneratione defendunt,videntur mihi ipsum baptismum velle cas-
sare,cum prædicant hos id gratiæ habere quod in eis credunt non nisi bapti
smate conferendum.Si ergo nihil volunt officere,non renasci,fateantur ne-
cesse est,nec regenerationis sacra fluenta prodesse.Verùm vt superfluorũ ho-
minũ praua doctrina celeri veritatis possit ratione distingui, proclamat Do-
minus in Euangelio dicens:Sinite infantes,& nolite eos prohibere,venire ad
me,talium est enim regnum cœlorum. Quare Pelagium Cœlestiumq;,id est,
inuentores vocum nouarum,que(sicut dixit Apostolus)ædificationis nihi-
lum,sed magis vanissimas consuerunt parare quæstiones,Ecclesiastica com-
munione priuari apostolici vigoris auctoritate censemus, donec resipiscant
à diaboli laqueis,à quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem, eosq;
interim

A interim dominico ouili non recipi,quoad ipsi peruersę viæ secuti tramitem
deserere voluerint.Abscindendi sunt enim qui vos conturbant,&volunt E-
uangelium Christi perdere.Simul autem præcipimus, vt quicunq; ad id per-
tinentia similiter defensare nituntur,& par eos vindicta constringat.Non so
lùm enim qui faciunt,sed etiam qui consentiũt facientibus, digni sunt mor
te: quia non multùm interesse arbitror inter committentis animum & con-
sentientis fauorem.Addo & amplius,plerunq;dediscit errare,cui nemo con
sentit. Hæc igitur fratres charissimi in supradicta maneat fixa sententia,ab-
sint atrijs Domini,careant duntaxat custodia pastorali,ne duarum ouium di
ra contagia serpant forsitan per vulgus incautum,rapaciq; lupus corde lę-
tetur intra ouile Domini,cùm per tantas ouium fusas cateruas,dum à custodi-
bus dissimulatur, habetur vulnus duarũ. Prospiciendum est ergo,ne permit-
B tendo lupum mercenarij magis quàm pastores videamur esse. Iubemus sanè,
quia Christus Dominus noster propria voce signauit, nolle se mortem mo-
rientis,sed tantùm reuertatur & viuat, vt si vnquam ad sanum de proposito
praui dogmatis errore resipuerint,damnauerintq; ea quorum seipsos præua-
ricatione damnauerunt, eis medicinam solitam, id est, receptaculum suum
ab Ecclesia non negari,ne dum eos redeuntes forsitan prohibemus, verè ex-
tra ouile remanentes & expectantes,hostis rapidi faucibus glutiantur, quas
in semetipsos spiculis malæ disputationis armârunt. Bene valete fratres. Da-
ta sexto Calend.Febr.Honorio &Constantio Consulibus.

EPISTOLA FAMI-
C LIARIS QVINQVE EPISCOPORVM AD
Innocentium Papam,de Pelagio hæretico, & suæ opinionis assertoribus.

Domino beatissimo meritoq; honoratissimo fratri Innocentio Papæ Aurelius, Alipius, Augustinus, Euodius, & Possidius, in Domino Salutem.

D
E CONCILIIS duobus prouinciæ Carthaginensis atque Numidiæ ad tuam sanctitatem à non paruo Episcoporum numero subscriptas literas misimus,cõtra inimicos gratiæ Christi,qui confidunt in virtute sua,& creatori nostro quodammodo dicunt, tu nos creâsti homines,iustos autem ipsi nos fecimus: qui naturam humanam ideo dicunt liberam,ne quærant liberationem,ideo saluam, vt iudicent superfluum saluatorem.Tantum enim dicunt valentem,vt suis viribus semel in origine suæ creationis acceptis,possint per liberum arbitrium, nihil vlteriùs adiuuante illius gratia,qui creauit, domare & extinguere omnes cupiditates,tentationesq; superare. Multi eorum insurgunt aduersum nos & dicunt animæ nostræ,non est salus illi in Deo eius.Familia Christi quæ dicit.Quãdo infirmor tunc fortis sum:& cui dicit Dominus eius.Salus tua ego sum:suspenso corde

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum timore &tremore adiutorium Dei etiam per charitatem tuę veneratio- E
nis expectat. Audiuimus enim esse in vrbe Roma, vbi ille diù vixit, nonnul-
los qui diuersis causis ei faueant. Quidam scilicet qui nobis talia persuasisse
perhibentur, plures verò qui eum talia sentire nõ credunt, præsertim quia in
oriente vbi degit, gesta ecclesiastica facta esse credendum est, nisi quibus pu-
tatur esse purgatus: vbi quidam si Episcopi eum catholicum pronunciârunt,
non ob aliud factum esse credendum est, nisi quia dixit se Dei gratiam confi
teri, & ait, posse hominem suo labore ac voluntate iustè viuere, vt ad hoc ad-
iuuari Dei gratia nõ negaret. His enim auditis verbis catholici antistites nul-
lam aliam Dei gratiam intelligere potuerint, nisi quam in libris Dei legere &
populis Dei prędicare consueuerunt: eam vtiq;, de qua dicit Apostolus: Non
irritam facio gratiã Dei. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mor-
tuus est. Sine dubio gratiam qua iustificamur ab iniquitate, & qua saluamur F
ab infirmitate, non qua creati sumus ea propria voluntate. Nam si intellexis-
sent illi Episcopi eam illum dicere gratiam, quam etiã cum impijs habemus,
cum quibus homines sumus, negari verò eam qua Christiani & filij Dei su-
mus, quis eum patienter catholicorum sacerdotum nõ dicimus audiret, sed
ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt iudices qui Ecclesia-
stica consuetudine gratiæ nomen audierunt, nescientes quid huiusmodi ho-
mines vel suæ doctrinæ libris, vel suorum solent auribus spargere. Non agi-
tur de vno Pelagio, quia fortasse correctus est (quod vtinam ita sit) sed
de tam multis quibus loquaciter contendentibus, & infirmas atq; ineruditas animas velut coniunctas trahentibus, firmas autem & in fide stabiles ipsa contentione fatigantibus, vsquequaq; iam plena sunt omnia. Aut ergo à tua
veneratione accersendus est Romam, & diligenter interrogandus, quam di- G
cat gratiam, quam fateatur, si tamen iam fatetur non ad peccandum, sed iu-
stè viuendum homines adiuuari, aut hoc ipsum cum eo per literas agendum.
Et cùm inuentus fuerit hanc dicere quam docet Ecclesiastica & Apostolica
veritas, tunc sine vllo scrupulo Ecclesiæ, & sine latibulo ambiguitatis illius
absoluendus est, tunc est reuerà de eius purgatione gaudendum. Siue enim di
xerit, gratiam esse liberum arbitrium, siue gratiam esse remissiõem peccato-
rum, siue gratiam esse legis pręceptum, nihil eorum dicit, quod per minis-tra-
tionem Spiritus sancti pertinet ad concupiscentiam tentationesq; vincẽdas,
quem ditissimè effudit super nos, qui ascendit in cœlum, & captiuauit capti-
uitatem, deditq; dona hominibus. Hinc enim oramus vt peccatorum tenta-
tionem superare possimus, vt Spiritus Dei (vnde pignus accepimus) adiuuet
infirmitatem nostram. Qui autem orat, & dicit, ne nos inferas in tentationẽ, H
non vtiq; id orat vt homo sit quod est natus: neq; orat id quod habeat libe-
rum arbitrium, quia iam accepit cum crearetur ipsa natura: neq; orat remis-
sionem peccatorum, quia hoc superiùs dicitur, dimitte nobis debita nostra:
neq; orat vt accipiat mandatum, sed planè orat vt faciat mandatum. Si enim
in tentatonẽ inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit vtiq; pec-
catum quod est contra mandatum. Orat igitur vt non peccet, hoc est, vt ne
quid faciat mali: quod pro Corinthijs orat Apostolus dices: Oramus autem
ad Dominum, ne quid faciatis mali. Vnde satis apparet, quòd nõ ad peccan-
dum, id est, non ad malefaciendum: quanuis esse non dubitetur liberum ar-
bitrium voluntatis, tamen eius potestas non sufficiat, nisi adiuuetur infirmi-
tas. Ipsa igitur oratio charissima testificatio est, hanc ille confiteatur, & eum
gaudebi-

A gaudebimus siue rectum siue correctum. Distinguenda est lex & gratia: lex
iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iuberet, nisi esset voluntas: nec gratia iu-
uaret, si satis esset voluntas. Iubetur vt habeatur intellectus, vbi dicitur: Noli-
te esse sicut mulus & equus, quibus non est intellectus: & tamen oramus vt
habeamus intellectum, vbi dicitur: Da mihi intellectũ, vt discã mandata tua.
iubetur vt habeamus sapientiam, vbi dicitur: Stulti aliquando sapite: & tamẽ
oratur vt sapientiã habeamus, vbi dicitur: Si quis autem vestrûm indiget sa-
pientia, postulet à Deo qui dat omĩbus affluenter, & nõ improperat, & dabi-
tur ei. Iubetur vt habeamus cõtinentiã, vbi dicitur: Cùm scirẽ, quia nemo po
test esse cõtinens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire, cuius esset
hoc donũ, adij Dñm & deprecatus sum illum. Postremò ne nimiũ longũ sit
cuncta percurrere, iubetur vt nõ faciamus malũ, vbi dicitur: Declina à malo:
B & tamen oratur vt nõ faciamus malum, vbi dicitur: Oramus aũt ad Dñm, ne
quid faciatis mali. Iubemur vt faciamus bonũ, vbi dicitur: Declina à malo &
fac bonum: & tamen oratur, vt faciamus bonum, vbi dicitur: Non cessamus
pro vobis orantes & postulantes: atq; inter cætera quę illis orat, dicit, vt am-
buletis dignè Deo in omne beneplacitũ, in omni opere & sermone bono. Sicut
ergo agnoscimus volũtatem cùm hæc præcipiuntur, sic & ipse agnoscat gra
tiam cùm petuntur. Misimus reuerentiæ tuæ librum quẽ dederũt religiosi &
honesti adolescentes serui Dei, quorũ etiã nosia nõ tacemus: nam Thimasius
& Iacobus vocantur, qui, sicut audimus, & etiã nosse dignaris, ipsius Pelagij
exhortatione spem quam habebant, in seculo reliquerunt, & nunc continẽ-
tes Deo seruiunt. Qui cùm errore eodem aliquando per qualemcunq; operã
nostrã Dño inspirante caruissent, pertulerunt eundem librum, Pelagij esse di
C centes, & vt ei respõderetur impendio rogauerunt. Factũ est ad eosdem, dum
rescripta est ipsa responsio, agentes gratias rescripserunt: vtrunq; misimus, &
cui responsum, & quod responsum est. Et ne nimium essemus onerosi, signa
fecimus his locis, vbi petimus inspicere non graueris, quemadmodum sibi
obiecta quæstione, quòd gratiam Dei negaret, ita respondit, vt eam esse non
diceret, nisi naturã in qua nos condidit Deus. Si aũt hunc esse suum librum
negat, aut eadem in libro loca, nõ cõtendimus, anathematizet illa, & eam cõ
fiteatur apertissimè gratiã quam doctrina Christiana demonstrat, & prædi-
cat esse propriam Christianorũ, quæ non est natura, sed qua saluatur. Quę na
tura, non auribus doctrina sonãte vel aliquo adiumento visibili fouetur, sic-
ut plãtatur quodammodo & irrigatur extrinsecus, sed subministratione spi
ritus, & occulta misericordia, sicut ille facit qui dat incrementum Deus. Si
D enim quadam non improbanda ratiõe dicitur gratia Dei, qua creati sumus,
vt nonnihil essemus, nec ita essemus aliud, aut cadauer quod non viuit, aut ar
bor quæ nõ sentit, aut pecus quod nõ intelligit: sed homines, qui, vt essemus
& viueremus, & sentiremus, & intelligeremus, & de hoc tantùm beneficio
creatori nostro gratias agere valeamus: vnde & meritò gratia ista dici potest,
quia non præcedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita bonitate
Dei donata est: alia est tñ qua prædestinati vocamur, iustificamur, glorifica-
mur, vt dicere possimus, si Deus pro nobis, quis contra nos? qui filio suo pro-
prio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. De hac gratia quę-
stio vertebatur, quãdo ab his quos Pelagius grauiter offendebat atq; turba-
bat, dicebatur ei quod eam suis disputatiõibus oppugnaret, quibus assereret,
non solùm ad facienda, verumetiã ad perficienda mandata diuina per liberũ
AAa 2 arbitrium

Universidad de Deusto
Biblioteca

arbitriũ ſibi humanã ſufficere naturã. Hanc Apoſtolica doctrina gratiã nõ E
immeritò iſto noſe appellat, qua ſaluamur & iuſtificamur ex fide Chriſti:de
hac ſcriptum eſt. Non irritam facio gratiam Dei:nam ſi per legem iuſtitia,
ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.De hac ſcriptum eſt: Euacuati eſtis à Chri-
ſto,qui in lege iuſtificamini,à gratia excidiſtis. De hac ſcriptum eſt: Si autem
gratia,iam non ex operibus,alioquin gratia iam non eſt gratia. De hac ſcri-
ptũ eſt:Ei autem qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat im-
pium, deputatur fides eius ad iuſtititiam : ei autem qui operatur merces non
imputatur ſecundum gratiam,ſed ſecundum debitum.Et multa alia quę me
liùs potes ipſe meminiſſe & intelligere prudentiùs & illuſtriùs prædicare. Il-
lam verò gratiam qua creati ſumus homines, etiam ſi illam appellandam nõ
immeritò intelligimus,mirum eſt tamen, ſi ita appellatam in vllius legitimis
Propheticis,Euangelicis, Apoſtolicisque literis legimus.Cùm itaque de hac F
gratia à Chriſtianis fidelib. catholicisq; nouiſsima illi obijceretur quæſtio,
vt eam oppugnare deſineret, quid eſt quod cùm hæc ſibi in libro ſuo, velut
aduerſante perſona,idem ipſe obieciſſet,vt ſe reſpondendo purgaret,nihil ali
ud reſpondit,niſi naturam creati hominis referre gratiam creatoris,atque ſe
ita dicere ſine peccato impleri poſſe iuſtitiam per lib. arb. cum adiutorio
diuinæ gratiæ,quod Deus hoc dederit homini ipſa poſſibilitate naturæ.Cui
meritò reſpondetur: Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis, ergo Chriſtus
gratis mortuus eſt.Non enim ſi non moreretur propter delicta noſtra,& re-
ſurgeret propter iuſtificationam noſtram,nec aſcendiſſet in altum, & capti-
uans captiuitatem daret dona hominibus, iſta naturæ poſſibilitas quam de-
fendit,non eſſet in hominibus. An fortè Dei mandatum deerat,& ideo Chri
ſtus mortuus eſt?Imò etiam & hoc erat ſanctum & iuſtum & bonũ. Iam di- G
ctum fuerat,nõ concupiſces:iam dictum fuerat,diliges proximũ tuum ſicut
teipſum.In quo ſermone Apoſtolus omẽm legem dicit impleri.Et quoniam
niſi diligat Deum,nemo diligit ſeipſum,ideoq; Dominus in his duobus pręceptis totam legem dixit Prophetasq; impleri. Quæ duo præcepta iam erant hominibus diuinitùs data,& æternum præmium iuſtitiæ promiſſum nondum erat.Hoc ipſe non dicit,qui in ſuis literis poſuit, etiã in veteri teſtamento regnum cœlorũ eſſe promiſſum.Si ergo ad faciendã perficiendamq; iuſtitiã iam erat naturæ poſſibilitas per lib.arb.iam erat legis Dei ſanctum, iuſtũ, benignumq; mandatũ,iam erat promiſſum pręmium ſempiternũ.Ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.Ergo neq; per legem iuſtitia,neq; per naturæ poſſibilitatem,ſed ex fide ac dono Dei per Ieſum Chriſtũ Dñm noſtrum vnũ mediatorem Dei & hominũ. Ex quo enim per vnum hoĩem peccatum intrauit in H
mundum,& per peccatum mors,& ita in omẽs homines pertranſijt, in quo omẽs peccauerũt,proculdubio à corpore mortis huius,vbi lex alia repugnat legi mentis,neminẽ liberauit aut liberat ſuę poſſibilitas naturæ,quæ perdita redemptore indiget,ſauciata ſaluatore:ſed gratia Dei per fidẽ vnius hominis mediatoris Dei & hoĩm, hominis Ieſu Chriſti,qui & Deus cùm eſſet, hoĩem fecit,& manẽs Deus, homo factus,refecit ipſe quod fecit.Puto autem quòd nõ lateat fides Chriſti,quæ poſteà in reuelationẽ venit in occultis fuiſſe temporibus patrum noſtrorũ,per quam tamen etiã ipſa Dei gratia liberati ſunt, quicunq; omnibus generis humani temporibus liberari potuerunt occulto Dei iudicio,non tñ vituperabili. Vnde dicit Apoſtolus:Habẽtes aũt eundem ſpiritũ fidei,vtiq; eũdem quẽ & illi ſecundũ quod ſcriptũ eſt:Credidi ꝓpter

quod

A quod locutus ſum,& nos credimus,propter quod & loqmur.Inde eſt quod
ait ipſe mediator:Abraham concupiuit videre diẽ meũ, vidit & gauiſus eſt.
Inde prolato ſacramento Melchiſedech menſæ dominicæ , nouit æternum
eius ſacerdotium figurare.Iam verò data in literis lege quam dicit Apoſtolus
ſubintràſſe,vt abundaret delictum,& de qua dicit,ſi ex lege hæreditas, iam
non ex promiſſione, Abrahæ antè per repromiſſionem donauit Deus. Quid
igitur lex?tranſgreſſionis gratia poſita eſt,donec veniret ſemen cui promiſ-
ſum eſt,diſpoſitum per Angelos in manu mediatoris.Mediator autem vnius
non eſt, Deus autem vnus eſt.Lex ergo aduerſus promiſſa Dei?Abſit.Si enim
data eſſet lex quæ poſſet iuſtificare,omninò ex lege eſſet iuſtitia: ſed conclu
ſit,ſcriptura dicente,omnia ſub peccato,vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti da
retur credentibus.Nonne ſatis oſtenditur hoc actum eſſe per legem , vt pec-
B catum cognoſceretur & præuaricatiõe augeretur? Vbi enim lex non eſt nec
præuaricatio:& ſic aduerſus victoriam peccati ad diuinam gratiam quæ in
promiſſionibus eſt,cõfugeretur,atq; ita lex nõ eſſet aduerſus promiſſa Dei,
quia ideo per illam fit cognitio peccati,& ex præuaricatiõe legis abũdantia
peccati,vt ad liberationem quærantur promiſſiones Dei,quod eſt gratia dei
& incipiat eſſe in homine iuſtitia,non ſua,ſed Dei, hoc eſt, data dono Dei.
Quam etiam nunc quidam ſicut & tunc de Iudæis dictũ eſt, ignorantes Dei
iuſtitiam,& ſuam volentes conſtituere,iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti:per le-
gem quippe & illi iuſtificari ſe arbitrantur,ſufficiente ſibi ad eandem cuſto
diendam libero arbitro,hoc eſt,iuſtitia ſua prolata ex natura humana , non
donata ex gratia diuina,propter quod iuſtitia Dei dicitur. Vnde ſcriptũ eſt:
Per legem enim cognitio peccati.Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manife-
C ſtata eſt, teſtiſicata per legem & Prophetas.Cùm dicit manifeſtata eſt,oſten-
dit quia & tunc erat, ſed tanquam illa pluuia quam Gedeon impetrauit,
tunc velut in vellere occulta,nunc autem velut in area manifeſta . Cùm ergo
lex ſine gratia,nõ mors peccati potuiſſet eſſe,ſed virtus: ſic enim dictum eſt:
Aculeus mortis peccatum,virtus autem peccati lex:ſicut confugiunt multi à
facie repugnantis peccati ad gratiam velut in aream nunc patentem,ita pauci
ad eam confugiebant,velut in vellere tunc latẽtem.Hæc verò temporum di-
ſtributio refertur ad altitudinem diuitiarum ſapientiæ , & ſcientiæ Dei , de
qua dictum eſt:Quã inſcrutabilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius.
Quapropter ſi ante tempus legis,& tempore ipſo legis iuſtos patres ex fide vi
uentes,nõ poſſibilitas naturæ infirmæ & indignæ ac vitiatæ , & ſub peccato
venũdatæ,ſed Dei gratia per fidẽ iuſtificabat,& nunc eadem in apertum iam
D veniens reuelata iuſtificat.Anathematizet ergo Pelagius ſcripta ſua,vbicõtra
eam,etſi non per contumaciam,tamen ignorantiam diſputat,poſſibilitatem
defendendo naturæ,ad vincenda peccata & implenda mandata:aut ſi ea ſua
eſſe negat,aut ſcriptis ſuis,aut inimicis ſuis dicit immiſſa,quæ ſua eſſe negat,
anathematizet ea & damnet paterna exhortatione & auctoritate ſanctimo-
niæ tuæ.Si ergo vult,oneroſum ſibi & perniciosum,diſcat Eccleſiæ ſcandalũ
auferre,quod ſcandalũ auditores & in peruerſum dilectores eius vſquequa-
q; ſpargere nõ quieſcunt.Si enim cognouerint eundẽ librũ quẽ illius vel pu-
tant eſſe,vel nõrunt Epiſcoporũ catholicorum auctoritate & maximè ſan-
ctitatis tuæ,quẽ apud eũ eſſe maioris põderis minimè dubitam°,ab eodẽ eſſe
ipſo anathematizatũ atq; dãnatũ,nõ eos vlteriùs æſtimamus auſuros loquẽ
do contra gratiã Dei quæ reuelata eſt per paſſionẽ & reſurrectionẽ Chriſti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec pectora fidelia & ſimpliciter Chriſtiana turbare, ſed potiùs adiuuante E
miſericordia Dei certantibus nobiſcũ pietate & charitate flagrãtibus etiam
orationibus tuis, nõ ſolũ vt in in æternũ beati, verũ etiam iuſti & ſancti ſint:
non in ſua virtute, ſed in eadẽ gratia confiſuros: vnde & ad ipſum ſcriptã ab
vno homine epiſtolã, ad quem per quendã orientalem diaconum, ciuẽ autẽ
Hipponienſem, tanquam purgationis fieri quædã ſcripta tranſmiſit, tuæ be-
atitudini potiùs credidimus dirigenda, meliùs iudicantes, & petentes vt eã
ei mittere ipſe digneris: ſic enim eam legere potiùs nõ dedignabitur, magis
in illa eum qui miſit, quàm qui ſcripſit attendens. Illud verò quod dicunt
poſſe hominẽ eſſe ſine peccato, & mandata Dei facilè cuſtodire ſi velit, quã-
uis cum hoc per adiutorium Dei gratiæ, quæ tamen per incarnationem vni
genti eius reuelata atq; donãta eſt, dicitur, tolerabiliùs dici videatur: tamẽ,
quoniam meritò quæri poteſt, vbi & quando per eandem gratiam id effici- F
atur in nobis, vt ſine illo prorſus peccato ſimus, vtrum in hac vita quando
caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, an verò in illa, cùm fiet ſermo qui ſcrip-
tus eſt, vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors aculeus tuus? aculeus enim mor
tis peccatũ eſt, diligentiùs pertractandũ, propter alios quoſdã q; iniquè ſen-
ſerunt, atq; in ſuis literis memoriæ mandauerunt, etiam in hac vita eſſe poſſe
hominẽ ſine peccato, nõ ab initio natiuitatis ſuæ, ſed conuerſione à peccatis
ad iuſtitiã, & à via reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt quod de
Zacharia & Helizabet ſcriptum eſt, ambulaſſe eos in omnibus iuſtificationi
bus Dei ſine querela. Hoc quod dictum eſt ſine querela, ſine peccato dictũ
acceperunt, non quidem negantes, imò etiam quod alijs locis in literis eorũ
inuenitur, piè confitentes adiutorium gratiæ Domini noſtri non per natura
lem ſpiritum hominis, ſed per principalem ſpiritum Dei. Qui parum videtur G
conſideraſſe ipſum Zachariam fuiſſe etiam ſacerdotem. Omnes autem tunc
ſacerdotes neceſſe habebant ex lege Dei primitùs pro peccatis ſuis offerre
ſacrificium, deinde pro populo. Sicut ergo nunc per orationis ſacrificiũ con
uincimur non eſſe ſine peccato, quoniam iuſſi ſumus dicere. Dimitte nobis
debita noſtra: ita & nunc per ſacrificia victimarum animalium conuince-
bantur ſacerdotes ſine peccato non eſſe, qui pro ſuis peccatis iubebantur of
ferre. Quod ſi res ita ſe habet, vt per gratiam ſaluatoris proficiamus quidem
in hac vita deficiente cupiditate, charitate creſcente: perficiamur autem in
illa vita cupiditate extincta, charitate completa: profectò illud quod ſcrip-
tum eſt. Qui natus eſt ex Deo non peccat, ſecundum illam charitatem dictũ
eſt, quæ ſola nõ peccat: ad natiuitatẽ quippe quæ ex Deo eſt, augẽda & perfi-
cienda charitas pertinet, non ea quæ minuenda eſt & conſumẽda cupiditas, H
quæ tamen quãdiu eſt in membris noſtris, lege quadã ſua repugnat legi men
tis: ſed natus ex Deo, nec obediens deſiderijs eius, nec exhibens membra ſua
arma iniquitatis peccato, poteſt dicere, Iam nõ ego operor illud ſed id quod
habitat in me peccatum. Sed quomodo ſe habeat iſta quæſtio, quia etſi non
inuenitur homo in hac vita ſine peccato, id tamen dicitur poſſe fieri per ad-
iutoriũ gratiæ & ſpiritus Dei: quod vt fiat conandum atq; poſcendũ eſt. To
lerabiliter in hoc quiſq; fallitur, nec diabolica impietas, ſed error humanus
eſt, elaboranda & optanda affirmare, etiã ſi quod affirmat, non poſſit oſtẽde
re. Id em credit fieri poſſe, quod certè laudabile eſt velle. Nobis aũt ſufficit
quod nullus in Eccleſia Dei fidelium reperitur in quolibet pfectu excellẽti
atq; iuſtitia, qui audeat dicere ſibi non neceſſariã precationẽ orationis do-
minicæ,

A minicæ, dimitte nobis debita noſtra, & dicat ſe non habere peccatum, ne ſe-
ipſum decipiat, & in eo veritas non ſit, quanuis iam ſine querela viuat. Non e
nim qualeſcunq;, etiam tentationes humanæ: ſed graue peccatum eſt quod
in querelam venit. Det veniam tua ſanctitas, ſi prolixiorem epiſtolam fortaſ
ſis quàm velles, tuæ miſimus ſanctitati. Non enim riuulum noſtrum tuo lar-
go fonti augendo refundimus, verumetiam noſter, licet exiguus, ex eodem
quo etiam tuus abundans emanat capite fluentorum: hoc apertè probare vo
luimus tuis reſcriptis de communi participatione vnius gratiæ conſolari.

RESCRIPTVM INNOCENTII PAPAE DE PELAGIO hæretico.

B

Innocentius Aurelio, Alipio, Auguſtino, Euodio, Paſſidio Epiſcopis Salutem.

C FRATERNItatis veſtræ literas plenas fidei totoq; religionis catholicæ vigore firmatas, à vobis miſſas & concilijs veſtris per fratrem & Coëpiſcopũ noſtrũ Iulium, pergrato ſuſcepimus animo, quod earum tenor omnisq; contexio in conſideratione quotidianæ gratiæ Dei, & in eorum correctione, qui contrà ſentiunt, integra ratione conſiſtit, & vt illis omnem tollere poſsit errorẽ, & idoneo dato quouis noſtræ legis exemplo, quem ſequi debeant dignum poſsit præbere doctorem. Sed de his vt arbitror iam ſatis ſuprà diximus. Sed ſubinde contra eos ſubuenit, & ſuppeditat quod dicatur, nec poteſt aliquando deeſſe quod vincat, cùm tam miſerum impiumq; ſit quod noſtræ virtute fidei & ipſa pleniùs veritate vincatur. Qui enim omnem vitæ ſpem reſpuit atq; contempſit, inimica dam nabiliq; cor ſuum diſputatione confundens, cum credit nihil eſſe quod à Deo accipiat, nec aliquid ſupereſſe quod petat ad ſanandum: ſed qui ſibi hoc abſtulit, vlteriùs quid reliquit? Si ergo ſunt aliqui, quos in ſui defenſionem peruerſitas tanta defixit, qui huic ſe dogmati dedant atque coniungant, ſperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod abhorrens longiùs & penitus approbatur aduerſum, infecti illorum & monitis & verbis, vt habe-
D rentur inducti, quatenus ad rectum vitæ tramitem redeant, feſtinabunt, ne di
utiùs mentem obſidens, velut peſtis eorum ſenſibus error inuadat. Nam ſi Pe
lagius quocunque reſtitit loco, eorum animos qui facile vel ſimpliciter cre-
derent, diſputandi hac affirmatione deçepit, ſeu hîc illi in vrbe ſunt, quod
neſcientes nec manifeſtare poſſumus, nec negare cùm & ſi ſunt, lateant, nec
aliquando audeant, vel illum prædicantem iſta defendere, vel talia aliquo no
ſtrorum præſente iactare, & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis
facile nec alicubi poſſit agnoſci, ſiue in quouis terrarum loco degant Dei no
ſtri miſericordia gratiaq; credimus: quod facile corrigantur, audita eius dã-
natione qui fuerit pertinax, & reſiſtens huius dogmatis auctor inuentus, nõ
intereſt, vbi iſti fuerint, dum vbicunq; inueniri potuerint, ſunt ſanãdi: nobis
tamen nec ſuaderi poteſt eum eſſe purgatum, quanuis ad nos à neſcio quib'
laicis

Universidad de Deusto
Biblioteca

laicis ſint geſta perlata,quibus ille &auditum ſe crederet,&abſolutum.Quę E
vtrum vera ſint dubitamus,quod ſub nulla illius concilij executione vene-
runt,nec eorum aliquas accepimus de hac re literas,apud quos iſtius rei præ
ſtitit cauſas.Quòd ſi de ſua illa potuiſſet purgatione cõfidere,hoc magis cre-
dimus quod egiſſet,quod multo veriùs eſſe poterat,vt illos cogeret epiſtolis
ſuis,qui diiudicauerant iudicare:verùm cum ſint aliqua in ipſis poſita geſtis
quæ obiecta partim muſſitando ille ſuppreſſit,patim multa in ſe verba retor
quendo tota obſcuritate confudit,aliqua magis falſis argumentis,quàm ve-
ra ratione,vt ad tempus videro poterat,purgauit,alia negando,alia falſa inter
pretatione vertendo.Sed vtinam,quod magis optandum eſt etiam , ille ſe ad
veram catholicæ fidei viam ab illo ſui tramitis errore conuertat,vt cupiat ve
litq; purgari,conſiderans quotidianam Dei gratiam adiutoriumq; cognoſ-
cens,vt videatur verum,& approbetur ab omnibus manifeſta ratione corre- F
ctus,non geſtorum iudicio,ſed ad catholicam fidem corde conuerſo.Vnde
nõ poſſum illorum nec approbare nec culpare iudiciũ,cùm neſciamus, vtrũ
vera ſint geſta, aut ſi vera ſunt,illum ſubterfugiſſe conſtet magis,quàm ſe in
tota virtute purgâſſe.Qui ſi confidit, nouitq; non omni dignum eſſe indig-
natione quod dicat,aut iam hoc totum ſe refutâſſe quod dixerat, non à no-
bis accerſiri,ſed ipſe debet potiùs feſtinare,vt poſſit abſolui . Nam ſi adhuc
taliter ſentit,quando ſe noſtro iudicio quibuſuis acceptis literis,cùm ſciat
damnandum ſe eſſe committet?Quòd ſi accerſendus eſſet ab his melius fieret
qui magis proximi & non longo terrarum ſpatio videntur eſſe diſiuncti.Sed
non deerit cura,ſi medicinæ præbeat ille materiam:Poteſt enim dãnare quæ
ſenſerat,ac datis literis erroris ſui,vt regreſſum ad nos decet veniam poſtula-
re fratres chariſſimi.Librum ſanè qui eius eſſe dicebatur,nobis à veſtra cha- G
ritate tranſmiſſum euoluimus,in quo multa blaſphema erant,nihil quod pla
ceret,nihil quod penitus non diſpliceret , à quouis damnandum atque cal-
candum,cuius ſimilia niſi qui iſta ſcripſerat, nemo alter in mentem recipe-
ret atq; ſentiret . Nam hoc loco de lege latius diſputare velut coram poſito
repugnantiq; Pelagio,neceſſarium eſſe non duximus,cùm vobiſcum totam
rem ſcientibus , pariq́ue nobiſcum aſſentione gaudentibus, colloquamur.
Tunc enim melius hæc exempla ponuntur, quando cum his quos harum
conſtat rerum prudentes eſſe tractamus. Nam de naturæ poſſibilitate,ac de
libero arbitrio , & de omni Dei gratia & quotidiana gratia , cui non ſit
rectè ſentienti vberrimũ diſputare ? Anathematizet ergo iſta quæ ſenſit , vt
illi qui eius ſermonibus fuerant præceptiſq; collapſi , quid tandem habeat
fides vera,cognoſcant.Faciliùs enim reuocari poterunt,cum iſta à ſuo ſenſe- H
rint auctore damnari. Quòd ſi ille pertinaci in hac voluerit impietate perſi-
ſtere,eſt agendum quatenus vel his poſſit ſubueneri,quos non ſuus,ſed
huius magis error induxit, ne & illis hæc medicina pereat,
cuius iſte talem non admittit,nec poſtulat curam.
Deus vos cuſtodiat incolumes fratres
chariſſimi . Data VI.Ca-
lend. Febru-
arij.

ARGV-

Si nunc ipſi,quorum reuerà intereſt, Eccleſiarum Præſules uerbo diuino docendo, Sacramentiſq; adminiſtrandis inuigilarent,aut diligentem ſaltem eorum (ſi nil aliud præſtare per ſeſe poſſent)curam rationemq; haberent,meliùs nunc dubio procul,minori cum inuidia , contemptione & irriſione nulla,omnia fierent. At uerò,quantùm ab hoc diſceſſum ſit officio,noſtra clamant miſerrima tempora.Non enim ipſi hæc exequuntur Præſules,ſed curam,aliorum mediocrium forſitan hominum humeris iniſciunt,illi rurſus ſe inferiorum,aliquando et indoctorũ imponunt:ut tandem ad infimos munera Eccleſiaſtica, & ad abiecti ingenij homines ſuprema Euãgelicæ doctrinæ dignitas referatur. Adeò nunc(prò dolor)ab ipſis inſtitutis Apoſtolicis receßimus.Porrò non adeò mirum ,ſi ita neglectè noſtris hiſce temporibus omnia adminiſtrentur , quùm ipſo Cœleſtino Pontificio munere apud Romanos fungente , circiter CCCC.XXVIII. annum, Gallici Epiſcopi ſuam tam oſcitanter prouinciam obierint.
B Nam ipſe Ro. Pontifex ſe ex Proſpero Hilarioq; ſuis diaconis cognouiße ait,in Gallijs eſſe presbyteros, qui,ſilentibus ipſis Eccleſiarum Præſulib. permulta à Catholica Chriſti doctrina diſſidentia proponerẽt,populoq; inculcarent.Hos pius Præſul profeßionis ſuæ,dignitatis,officijq; commißi commonet , ne Magiſtris ſeſe tacentibus loquantur, uix dum diſcipuli,eaq; inſana. neue ipſo ſilentio aßentiri uideantur impiæ eorum ſententiæ. Præterea contra eoſdem D.Auguſtini defendit auctoritatem, eamq; ab æmulis ſacram uendicat.Decernit item,quid de ui arbitrij humani ſtatuendum,quæ certè neceßaria doctrina eſt,quùm noſtro ſeculo ea diſputatio à quibuſdam ſit renouata:quid ad illud diuina conferat gratia, nũ ſine ea in bonis efficax eſſe poßit:an ſola uitalis illa aquæ tinctio ad ſuperandas inimici Diaboli tentationes, & ad euincendas carnis noſtræ cupiditates,impetus,cõcupiſcentiaſq;,ſola inquam ſufficiat ? Hæc aliaq; quædam dubia ita luculenter diſſoluit , maiorumq; ſuorum auctoritate comprobat , & ſuperiorum conciliorum ſententijs quibuſdam communit,ut pertinaciæ quẽquam,modò reſiſtat, pudere poßit, ipſe ſuum in Eccleſiam ſtudium indicet,Galliæq; Præſules ad diligentiam incitet & hortetur.

C

COELESTINI PAPAE DECRETA.

Dilectiſſimis fratribus Venerio,Marino , Leontio , Auxonio, Archadio,Sillucio,& cœteris Galliarũ Epiſcopis,Cœleſtinus.

D

Apoſtolici verba præcepti ſunt , apud Iudæos atque gentiles ſine offenſione nos eſſe debere:hoc quiſquis Chriſtianus eſt , tota animi virtute cuſtodit . Quod cùm ita ſit,non parũ periculi illi manere poterit ante Dominum,qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere.Nam qualiter nos,qui neminem perire volumus, iſta contriſtent,quæ auctoribus Chriſtianis percellunt animos Chriſtianos , dominicus in Euangelio ſermo teſtatur:ait enim ipſe ſaluator,quòd expediat ſcandalizanti vnum de puſillis,in maris profundum demergi . Ideo, quæ ſit iam eius pœna quæramus,cui tale ſupplicium legimus expedire.

I

Filij noſtri preſentes Proſper & Hilarius , quorum circa Dominum noſtrum ſollicitudo laudanda eſt,tantùm,neſcio,quibus presbyteris,illîc licere,qui diſſenſioni Eccleſiarum ſtudeant,ſunt apud nos proſecuti,vt indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium,pertinaciter eos dicant prædicare

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersantia veritati.Sed vestrę dilectioni iustiùs imputamus,quando illi su- E
pra vos habent copiã disputandi. Legimus super magistrũ nõ esse discipulũ,
hoc est,non sibi debere quenquã ad iniuriam doctorũ vendicare doctrinã.
Nam & hos ipsos à Deo nostro positos nouimus ad docendum,cùm sit do-
cente Apostolo eis tertius locus intra Ecclesiam deputandus. Quid illîc spe-
ciei est,vbi magistris tacentibus hi loquuntur?qui,si ita est, eorum discipuli
non fuerunt.Timeo ne conniuere sit hoc tacere:timeo ne magis ipsi loquan
tur,qui permittunt illis taliter loqui.In talibus causis non caret suspicione
taciturnitas,quia ocurreret veritas,si falsitas displiceret.Meritò nanque cau
sa nos respicit,si silentio faueamus errori.Ergo corripiantur huiusmodi, nõ
sit his liberum habere pro voluntate sermonem:desinat si ita res sunt incesse
re nouitas vetustatem,desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare.Co
nantur sæpe naufragio emergere,quos intra portum stantes statio facit fida F
securos.Fida quippe est omnium statio,quorum perfectis gressibus vestigia
non mouentur.Recurrerunt ad Apostolicam prædicti sedem,hæc ipsa nobis
quæ tentat perturbatio conquerentes.Habete fratres charissimi pro catholi
cæ plebis pace tractatum.Sciant se,si tamen censeantur presbyterij dignita-
te,vobis esse subiectos.Sciant omnes qui male docent,quòd sibi discere ma
gis ac magis competat,quàm docere.Nam quid in Ecclesijs vos agitis, si illi
summã teneant prædicandi?Nisi fortè Illud obsistat,quod non auctoritate,
non adhuc ratione colligitur,vt aliqui è fratrum numero nuper de laicorũ
consortio in collegium nostrum fortassis admissi,nesciant quid sibi debeãt
vendicare.Super his multa iam dicta sunt eo tempore,quo ad fratris tuendi
dedimus scripta responsum,nunc tamen repetentes sæpius admonemus:vetẽ
tur huiusmodi qui laborant per terras aliud quàm ille noster iussit agricola G
seminare. Nec tamen mirari possumus, si hæc erga viuentes hi nunc tentare
audent,qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

II

Augustinum sanctæ recordationis virum,quem pro vita sua atque meri-
tis in nostra cõmunione semper habuimus,nec vnq̃ hũc sinistræ suspicionis
saltem rumor aspersit,quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus,vt inter
magistros optimos etiam antè à meis semper prædecessoribus haberetur.Be-
ne ergo de eo omnes in commune senserunt,vt pote qui vbique cũctis & a-
mori fuerit & honori:vnde resistatur talibus, quos male crescere videmus:
nephas est hæc pati religiosas animas,quarum afflictione,quia membra no-
stra sunt,nos quoq; conuenit macerari: quanuis maneat hos beatitudo pro-
missa,quicunque probantur persecutionem propter iustitiam sustinere, qui H
bus quid promittat Dominus in futurum,sequens sermo declarat. Non est
agentium causa solarum,vniuersalis Ecclesia quacunque nouitate pulsatur:
Intelligamus hæc ipsa vobis quæ nobis non placent,displicere.Quod ita de-
mum probare poterimus,si imposito improbis silentio de tali re impostorum
querela cessabit.Dominus incolumes vos custodiat fratres charissimi.

III

Quia nonnulli catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorum
sensibus seu prauitate siue imperitia demorantes, pijssimis disputationibus
obuiare præsumunt: Et cùm Pelagium atque Cœlestium anathematizare
non dubitent,magistris tamen vestris tanquam necessarium modum exces-
serint obloquuntur,eaque tantummodo sequi & probare profitenter, quæ
sacra-

sacratissima beati Apostoli sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerũ
A præsulũ suorũ sanxit & docuit.Necessarium igitur fuerit diligenter inqui-
rere,quid rectores Romanæ Ecclesiæ de hæresi,quæ eorum temporibus ex-
orta fuerat,iudicauerint,& contra nocentissimos liberi arbitrij defensores,
quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint, ita vt etiam Aphricanorum
conciliorum quasdam sententias iungeremus, quas vtique suas fecerunt,
Apostolici antistites comprobàrunt.Vt ergo pleniùs qui in aliquo dubitãt,
instruantur,constitutiones sanctorum patrum compendioso manifestemus
indiculo.Quòd si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium di
sputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum breuitate pen
dere,nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis
credat & dicat.

IIII

B In præuaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem,& in-
nocentiam perdidisse,& neminem de profundo illius ruinæ per liberum ar
bitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserentis erexerit, pronũci-
ante beatæ memoriæ Innocentio,atq; dicente in epistola ad Carthaginense
concilium. Liberum enim arbitrium ille perpessus, dum suis inconsultiùs
vtitur bonis,cadens in prẹuaricationis profunda demersus est,& nihil quẽ-
admodum exinde resurgere posset,inuenit, suaq; in æternũ libertate dece-
ptus huius ruina latuisset oppressis, nisi eũ postea Christi per suam gratiam
releuâsset aduentus,qui per nouæ regenerationis purificationem omne præ
teriti peccati vitium sui baptismatis lauacro purgauit.

V

Neminem esse per semetipsum bonum,nisi participationẽ sui ille donet
C qui solus est bonus. Quod in eisdem scriptis eiusdem Pontificis sententia
protestatur,dicens:Nunquid nos de eorum post hæc rectum mentibus æsti
memus,qui sibi se putant deberi,quòd boni sunt,nec illum considerant,cu
ius quotidie gratiam consequuntur,qui sine illo tantum se assequi posse cõ
fidunt?

VI

Neminem etiam baptismatis gratia renouatum idoneum esse ad superan
das diaboli insidias,& ad euincendas carnis concupiscentias,nisi per quoti-
num adiutorium Dei perseuerantiam bonæ conuersationis acceperit:quod
eiusdem antistitis in eisdem paginis doctrina confirmat,dicens:Nam quan-
uis hominem redimeret à præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse
peccare,ad reparationem sibi,quemadmodum posset illum & post ista cor-
D rigere,multa seruauit,quotidiana præstans illi remedia,quibus nisi freti cõ
fisiq; nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est
enim,vt quo auxiliante vincimus,eo iterum non adiuuante vincamur.

VII

Quod nemo nisi per gratiam libero bene vtatur arbitrio, idem magister
in epistola ad Mileuitanum concilium data prædicat dicens:Aduerte tandẽ
ô prauissimarum mentium peruersa doctrina, quòd primum hominem ita
libertas ipsa decepit,vt dum indulgentiùs frenis eius vtitur,in præuaricatio-
nem præsumptionis incederet,nec ex hac potuit erui,nisi ei prouidentia re-
generationis statum pristinæ libertatis Christi Domini reformâsset ad-
uentus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIII

Quòd omnia ſtudia & omnia opera ac merita ſanctorum, ad Dei gratiã B
laudemq; referenda ſunt, quia nemo aliunde ei placet, niſi ex eo quod ipſe donauerit. In quam nos ſententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zozimi regularis auctoritas, cùm ſcribens ad totius orbis Epiſcopos ait: Nos aũt inſtinctu Dei (omnia enim bona ad auctorẽ ſuũ referenda ſunt vnde naſcũtur) ad fratrũ & Coëpiſcoporũ noſtrorũ conſcientiã vniuerſa retulimus. Nunc autem ſermonem ſynceriſſimæ veritatis luce radiantem tanto Aphri Epiſcopi honore venerati ſunt, ita vt ad eundem virum reſcriberent. Illud verò quod in literis quas ad vniuerſas prouincias curãſti eſſe mittendas poſuiſti dicens. Nos tamen inſtinctu Dei, &c. ſic accepimus dictum, vt illos qui contra Dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, diſtricto gladio veritatis velut curſim tranſiens amputares. Quid enim tam libero feciſtis arbitrio, quàm quod vuiuerſa in noſtræ humilitatis cõſcientiam retu F
liſtis? & tamen inſtinctu Dei factum eſſe fideliter ſapienterq; vidiſtis, veraciter fideliterq; vt dixiſtis, ideo vtique quia præparatur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant paternis inſpirationibus ſuorũ ipſe tangit corda fidelium. Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei, vt nec noſtrũ deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſque voluntatis humanæ ſingulis moribus magis illius valere non dubitemus auxilium.

IX

Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium, omnisq; motus bonæ voluntatis ex Deo ſit. quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Ad hanc enim nos profeſſionem idem doctor inſtituit, qui cũ totius ad orbis Epiſcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur. Quod ergo tẽpus, G
ait, interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omibus igitur actibus, cauſis, cogitationibus, motibus, adiutor & protector orandus eſt: ſuperbum eſt enim, vt quicquam ſibi humana natura præſumat, clamante Apoſtolo: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed contra principes & poteſtates aëris huius, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Et ſicut ipſe iterũ dicit: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et iterum: Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus illis omnibus laboraui, non ego autem, ſed gratia Dei mecum,

X

Illud etiam quod intra Carthaginenſis ſynodi decreta conſtitutum eſt, H
quaſi proprium Apoſtolicæ ſedis amplectimur, quod ſcilicet tertio capitulo definitum eſt, vt quicunque dixerit gratiam Dei, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutoriũ vt non cõmittantur, anathema ſit. Et iterũ quarto capitulo ait, vt ſi quis dixerit gratiã Dei per Ieſum Chriſtum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, & quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præſtari, vt quid faciendum cognouimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema ſit. Cùm enim dicat Apoſtolus, ſcientia inflat, charitas verò ædificat,

ædificat, valde impium eſt vt credamus ad eam quæ inflat nos habere gra- A
tiam Chriſti, & ad eam quę ædificat non habere, cum ſit vtrunq; donũ Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vt ędificante charitate, ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt, qui docet hominem ſcientiam: ita ſcriptum eſt etiam, charitas ex Deo eſt. Item quinto capitulo, vt quiſquis dixerit ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, faciliùs poſſimus implere per gratiam, tanquam etſi gratia non daretur, non quidem facilè, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa diuina implere mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorũ Dominus loquebatur, vbi non ait, ſine me difficiliùs poteſtis facere, ſed ait, ſine me nihil poteſtis facere.

XI.

Prętеr eas autem beatiſſimę & Apoſtolicę ſedis inuiolabiles ſanctiones, B
quibus nos pijſſimi patres peſtiferę nouitatis elatione deiecta, & bonę voluntatis exordia, & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis vſq; in finem perſeuerantiam, ad Chriſti gratiam referre docuerunt: obſecrationum quoque ſacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quę ab Apoſtolis tradita in toto mundo, atque in communi Eccleſia Catholica vniformiter celebrantur, vt legem credendi, lex ſtatuat ſupplicandi. Cùm enim ſanctarum plebiũ Prę ſules mandata ſibimet legatione funguntur, apud diuinam clementiam humani generis agunt cauſam, & tota ſecum congemiſcente Eccleſia poſtulant & precantur, vt infidelibus donetur fides, vt idololatrę ab impietatis ſuę liberentur erroribus, vt Iudæis ablato velamine lux veritatis appareat, vt hæretici catholicæ fidei perceptione reſipiſcant, vt ſchiſmatici ſpiritum rediuiuæ charitatis accipiant, vt lapſis pœnitentiæ remedium conferatur, vt de- C
niq; cathechumenis ad regenerationis ſacramenta productis, cœleſtis aula miſericordiæ reſeretur. Hæc autem non perfunctoriè, neq; inaniter à Domino peti, rerum ipſarum moſtrat effectus: quandoquidem ex omni eorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de poteſtate tenebrarum tranſferat in regnum filij charitatis ſuæ, & ex vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ: quod adeò totum diuini operis eſſe ſentitur, vt hęc efficiente Deo, gratiarum ſemper actio laudisq; confeſſio pro illuminatiõe talium vel correctione referatur.

XII.

Illud etiam quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia vniformiter agit, non otioſo contemplamur intuitu, cùm ſiue paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniunt ſacramentum, non priùs ad fontem vitæ D
adeunt quàm exorciſmis & exuflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur, vt tunc verè appareat, quomodo princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo priùs alligetur fortis, & deinceps vaſa eius diripiantur in poſſeſſionem tranſlata victoris, qui captiuam ducit captiuitatem, & dat dona hominibus. His ergo Eccleſiaſticis ex diuina ſumptis auctoritate documentis, ita adiuuante Domino confortati ſumus, vt omnium bonorum affectuum, atq; operum, & omnium ſtudiorum omniumq; virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum fateamur auctorem, & non dubitemus ab ipſius gratia omnia hoĩs merita præueniri, per quẽ fit vt aliqd boni & velle incipiam⁹ & facere. Quo vtiq; auxilio & munere Dei nõ auferetur liberũ arbitriũ, ſed liberatur, vt de tenebroſo lucidum, deprauo rectũ, de

Universidad de Deusto
Biblioteca

languido ſanum, de impudente ſit prouidum. Tanta enim erga omnes homines eſt bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona & pro his quæ largitus eſt æterna præmia ſit donaturus: agit qppe in nobis, vt quod vult & velimus & agamus, nec ocioſa in nobis eſſe patitur, quæ exercenda non negligenda donauit, vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei: ac ſi quid in nobis ex noſtra viderimus remiſſione langueſcere, ad illum ſollicitè recurramus, qui ſanat omnes languores noſtros, & redimit de interitu vitam noſtram, & cui quotidie dicimus, ne inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo

XIII.

Profundiores verò difficilioresq; partes occurrẽtium quæſtionum, quas latiùs pertractârunt qui hęreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus aſtruere, quia ad confitendum gratiam Dei, cuius operi ac dignationi penitus ſubtrahendum non eſt, ſatis ſufficere credimus quicquid ſecundum prædictas regulas Apoſtolicæ ſedis ſcripta docuerunt, vt prorſus non opinemur catholicum, quod apparuerit præfixis ſententijs eſſe contrarium.

CANONVM APOSTOLORVM A' CLEMENTE conſcriptorum, eruditarum multorum præſulum epiſtolarum, grauiſſimorum primorum conciliorum, & decretorum, omnium

FINIS.

IOACHI-

A IOACHIMVS PERIONIVS BENEDICTINVS CORMOERIACENVS, NICOLAO Mallario inſignis Eccleſiæ Pariſienſis Eccleſiaſtæ, ac Theologo, S. P. D.

SI CLEMENTIS Pontificis maximi ſanctiſſimiq; uiri de beati Petri rebus geſtis profectionibusq; ac concionibus compendium, quod ab hinc triennium partim rogatu, partim impulſu tuo, ex Bibliotheca tua bonis omnibus libris referta, deprõptum, in Latinnum ſermonem conuertendum ſuſcepi, ſerius quàm aut uelles aut officiũ meum poſtularet, typis editur: nolim putes id uel obliuione ſuſcepti muneris ac negocij, uel rerum quæ in eo tractantur contemptu accidiſſe. Nam nec quiſquam uno me eſt B in ijs quæ fidem, qua nihil homini charius eſſe debet, attingunt, religioſior, & res diuinæ quas maximas libellus hic profitetur & docet, incredibile ſui & deſyderium & ſtudium, ne dicam amorem in me non tam ſuo nomine, quàm eo uitæ inſtituto, quod delegi, excitauerunt. Sed cùm iam tum & uitam Chriſti ingreſſus eſſem ſcribere, & Iuſtini philoſophi ac martyris opuſcula quædam tuo maximè hortatu atque admonitu transferre inſtituiſſem, & alia quæ pollicitus eſſem, quidam à me flagitarent: huius Clementis tui (tuum enim appellare iure poſſum, quem quaſi pupillum patrem deſiderantem adoptâſti) retardata eſt editio: quanquam ferè biennium eſt, cùm librum abſolui. Verùm ſi ſerius quàm optaras, ad te nouus redit, & per te ad cæterorum cognitionem editur: at ſi minus alijs, tibi quidem certe iucundior gratiorq;, ut ſpero, ueniet: præſertim cùm natura comparatũ ſit, ut quæ res nobis charæ ſunt, ſi poſtea quàm ijs caruimus, aut à nobis abſuerunt, ad nos locupletiores aut ornatiores reuertantur, tãtam interdum nobis uoluptatem ipſæ afferant, ut deſyderium quò ijs cùm abeſſent tenebamur, noua illa etiam fortaſſe nõ opinata lætitia ſuperare uideatur. Equidem tametſi quàm exigua ſit in me dicendi facultas, ſcio, tamen quantulacunq; ualeam, omnem me eò contuliſſe fateor, ut ne fruſtrà hunc mihi libellum transferendum C dediſſe uideare. Quod ut facerem, præter quàm quòd egregius iſte tuus in me animus admonuit, auctor etiam libri, beatiq; Petri crebræ illæ cum Simone mago inſtitutæ diſputationes, quibus & illius falſas refellit, & diſciplinæ noſtræ ueras ſententias, ſicuti ſunt, cum ſummo illius pudore, maximaq; ſua laude & gloria comprobauit. Nec uerò minus eò me adduxit præclara ad dicendum, & ad commemorandum ſuauis illa quæ de Clementis parentumq; eius & fratrum repẽtina, nec opinata inter ſe agnitione eſt addita, narratio. Quæ quidem eas mihi ad animos impellendos uires habere uidetur, ut in ea legenda nemi nem lachrymas continere poſſe exiſtimem. Mihi quidem non uidetur hoc eſſe compendium eorum Clementis librorum decem, qui extant Rufino interprete, præſertim cùm eius ſit qui res ab aliquo tractatas uno uel pluribus libris, in compẽdum redigit, ea tantùm quæ fuſiùs narrat, breuiter perſtringere: & tamen hoc in libro exponantur multa, quæ in illis non legantur, longiusq; rerum expoſitio hic ex ipſius Clementis epiſtolis quæ extant, ſumpta prouehatur. Itaq; haud ſcio an ſit illius alterius libri compendium, cuius Rufinus mentionem facit. Hunc autem laborem noſtrum in tuo potiſſimum nomine diuulgaui, cùm tua iſta in me egregia uoluntate adductus, ut meum uiciſſim in te animum teſtarer, tum ut omnes qui in eo legendo aliquid temporis conſument, cùm boni aliquid inde ar- D ripient & haurient, beneficij tui in ſe memores, & tibi gratias agant, & alijs te officijs, quibus debebunt, proſequantur. Vale.

Lutetiæ Pariſiorum, nono Cal. Ianuarias, M. D. LIIII

CLEMEN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CLEMENTIS ROMANI PONTIFICIS, DE REBVS GESTIS, PEREGRINATIONIBVS, AC PRAEDICATIONIBVS SANCTI, APOSTOLORUMQUE principis Petri, Epitome siue compendium, in quo eiusdem vita continetur, ad Iacobum Hierosolymitanum Pontificem, Ioachimo Perionio Benedictino Cormeriaceno interprete.

Clemens Iacobo Domino & Pontifici, & Pontificum Pontifici, sanctam Hierosolymam Christianorum Ecclesiam gubernanti, Christiq; Dei nostri, quæ vbique Dei prouidentia præclarè constitutæ sunt, Ecclesias, vnà cum presbyteris & diaconis, cæterisque fratribus omnibus pacem perpetuam optat.

Orditur ab ipsa causa peregrinationum, & ex consequenti Christi cognoscendi occasione.

SCITO, me ciuem Romanum, cùm temperatè castéque primam ætatem atque vitam agere possem, arrepta haustaq; nescio vnde cogitatione, quæ mihi obrepsisset, crebrasq; mihi de morte commentationes pariebat, in laboribus reliquum vitæ tempus, perturbationibusque solitum esse consumere. Hoc enim in animo voluebam, menteque agitabam, num post mortem nullus essem futurus, nec quisquam mei vnquam mentionem facturus esset, quod tempus omnia obliuione deleret? Quòd si nullus essem, quî fieri posset, vt manerẽ post mortem, cum eorum, qui nulli essent notiõe, cùm nec eos cognoscerem ipse, nec illi me agnoscerent, nec ortus essem, nec gignerer? Illud etiam quærebam, num mundus aliquando ortus esset, & antè, quàm originem habuisset, an etiam esset? Si enim ex omni æternitate fuit, æternus etiam futurus est. Sin ortus est, etiam dissoluetur omninò. Post dissolutionem porrò, num aliquid rursus erit aç renascetur? quod nunc in cogitationem meam cadere nõ potest. Hæc atq; talia cùm sine fine animo agitarem, perpetuo mœrore eóque tanto affici solebam, vt & pallore intabescerem, &, quod grauius est, si me tandem aliquando huiusmodi rerum curis ac molestijs, vt vanis, liberatum iri cogitarem, maiorem vim morbi dolorisq; sentirem: doloremq; animo ex eo capiebam, quòd mihi honesti notionem insitam & innatam ignorarem, quæ spes causaq; immortalitatis extitisset, quemadmodum posteà cùm tandem aliquando cognouissem, Deo rerum omnium effectori gratias egi. Me enim ea cognitio, quæ mihi ab initio molestiã afferebat, impulit, vt de rebus quererem: quosq; primùm beatos ignoratione solitus eram ducere, eos postea miseros iudicabam. Ergo cùm à prima ætate tales in animo meo cogitationes versarentur, me ad philosophorum scholas cõtuli, vt aliquid inde, quod firmum ratumq; esset, haurirem ac discerem. Sed nihil eis curæ studioq; esse ani-

animaduertebam, nisi decretorum infirmationes & confirmationes contentionesque, & artes captionesq; ratiocinationũ, ac sumptionum inuentiones: interdumq; conclusio efficiebat, vt immortalis animus diceretur, interdum vt mortalis: ac cùm ratiotinatio cogebat confiteri animum esse immortalẽ, ex eo magnam animo capiebam voluptatem: cùm verò mortalem, angebar: quinetiam ex eo rursus maiore dolore afficiebar, quòd neutrorum quisquã animum meum confirmare posset, vnumque hoc intelligebam, rerum quæ proponerentur decreta ab iis qui certarent, vera aut falsa pronunciari, nõ ex natura víque earum & ex veritate ponderari atq; cognosci. Quo etiam maiorem dolorem ex rebus ipsis percipiebam, & ex intimi animi partibus gemitus trahebam, propterea quòd nec deponere hanc curam possem, etiam si id vehementer, vt antè me dixisse scio, cuperem, nec quicquam firmum ac stabile haurire. Itaq; rursum dubitans apud me dicebam. Quid frustrà laborem suscipio, in re tam clara & aperta? Etenim si post mortem nullus ero, nunc cũ in rerum natura sum, angi non debeo. Proinde angorem atq; tristitiam ad illud tempus reseruabo, cùm, quia nullus ero, dolor in me nullus cadet. Sin aũt fortè ero, cur nunc cùm minimè necesse est, me dedo angoribus, qui me conficiant? Hanc etiam alia in mente statim secuta est cogitatio. Hæc enim mecum in animo cogitabam, an illic me grauiora manerent, etiã si nunc me excruciarem, nisi piè sanctéq; vixerim: tradererq;, vt nonnullis Philosophis placeret, Pyriphlegetonti ac Tartaro, quemadmodum Sisyphus vel Tityus, vel Ixion, vel Tantalus, atq; in inferis perpetuis supplicijs afficerer. Contra ego respondebam, cum res incerta esset, tutiùs esse piè viuere me, corporisq; voluptates vincere, etiam si non planè quid iustum, quidq; Deo gratum & acceptum esset, certò sciuissem, nec vtrum immortalis esset animus, ánne mortalis. Quæ quidem cogitationes cum animum meũ in diuersas partes traherẽt, mihi in Aegyptum proficiscendum censeo, & cum sacrorũ mysteriorum interpretibus ac Prophetis amicitiã contrahendam, quæsitoq; diuino atq; inuento, magna vi pecunię, persuadẽdum, vt animum ab inferis excitet ea arte, quam Necromantiã vocant, tanquam de re quapiã eum consulturus essem, cùm illud sim positurus, sit ne animus immortalis. Hoc tamen cogitabam & statuebã, me non ex responsis animi immortalitatẽ, sed ex aspectu tantũ posse cognoscere. Cùm enim eum ipsis oculis vidissem, tum demum satis magnã fidem me illi habiturũ, neq; iam aures plus apud me ad persuadendũ q̃ oculũ, esse valituras. Sed tamen Philosopho cuidam ex ijs quorũ familiaritate vterer, animi mei consilium aperio, qui hoc mihi inutile esse duabus de causis exponit. Si enim animus, inquit, diuino non paruerit, nec tu legibus quę hoc planè vetant: profectò quòd contra leges fecisse te recordabere, cum malorũ conscientia viues: sin obtemperabit, præterquam quòd cum malorum conscientia vitam traduces, ea etiam quæ ad religionẽ pietatemq; pertinent, cuius causa hæc aggressus sis, tibi iam nõ ex animi sentẽtia successura arbitror. Deo enim inuisos eos fuerunt, qui animis pòst q̃ è corporibus euolârint, negocium facessunt. Hac illius oratione, quanquã à proposito susceptoq; consilio deterritus sum, tamen à superiore cogitatione planè abduci nõ poterã. Ac ne in his tibi exponẽdis longiore oratione vtar, cum ijs cogitationum quasi fluctibus animus meus agitaretur, imperatore Tiberio Cæsare, ineunte vere, fama quædã sensim aliquot diebus percrebruit, & verè bonus Dei nuncius in totum orbem persuasit, qui diuinum consilium ac voluntatẽ silentio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tegere non patiebatur,ſed potiùs in dies creſcebat: eſſe quendam in Iudæa, E
qui ab ea parte qua vere Sol oritur,incipiens,æterni Dei regnum prædicaret:
quod adipiſci liceat, ſi quis optima ſemper viuendi inſtituta cõprobaret ac
teneret. Vt autẽ diuinitatis plenus hęc docere crederetur,eum multa mira-
bilia prodigia & ſigna edere, ſermoneq; ſolo ſurdis audiẽdi vſum reſtituere,
cæcis aſpectum,claudis inceſſum,omnemq; & morbum depellere, & malũ
genium ſiue dęmonem è corporibus hominũ expellere:quin etiam elephan
tia laborantes,qui eminus ſolùm ab eo cernerentur,curari, mortuos qui ei
offerrentur,excitari:nec quicquam eſſe quod præſtare non poſſet. Quóque
plus temporis præterijt,eò magis creſcit & confirmatur ab ijs,qui iter faci-
unt,non fama iam,ſed ipſa rerum veritas. Tandẽ enim aliquando certis qui-
buſdam locis homines conuenerũt,vt de eo deliberarent ac viderent,quiſnã
is eſſet,qui apparuiſſet,quidq; eius ſibi vellet oratio. Nuper autem cùm anni F
tempus ad autumnum inclinaret,vir quidam ſtans publicè: Viri,inquit Ro-
mani,audite:Dei filius eſt in Iudæa,qui omnibus qui velint, vitam ſempiter-
nam pollicetur,ſi voluntati eius qui eum miſit,morem geſſerint. Itaq; ab ijs
quæ deteriora ſunt,ad meliora traducimini,à rebus caducis ad æternas,vnũ-
que Deum in tribus perſonis cognoſcite,cuius mundum iniuſtè in eius con-
ſpectu incolitis:ſed ſi conuertamini,& ex eius voluntate viuatis, in alterum
ſeculum ſublati,æternique facti,eius bonis quæ nulla oratione explicari poſ-
ſunt,perfruemini. Sin autem in perfidia permaneatis, poſt hãc vitam in locũ
ignis conijciemini,in quo æternis ſupplicijs affecti fruſtrà ſuperioris vos vi-
tæ pœnitebit. pœnitentiæ enim tempus præſenti vnius cuiuſq; vita concludi
tur. Atq; hæc quidem illius fuit oratio. Ego verò qui audirem, moleſtè fe-
rebam,neminem ex tanta multitudine, qui tantæ rei nũcium audiuiſſet,hoc G
dixiſſe,In Iudæam proficiſcar,vt ſciã an vera hîc prædicet, Dei filium eſſe in
Iudæa,qui patris à quo miſſus ſit,voluntatem eſſe denunciet, immortalitatẽ
bonamq; ſpem & expectationem:quando quidem non parui momenti eſt,
id quod aiunt eum prædicare. Quorum enim animos qui immortales ſint,
confirmet,eos etiam æterna bona eſſe conſecuturos: quorum autem animos
in ignem qui reſtingui non poſſit,coniecerit, eos æternis ſupplicijs afficien-
dos eſſe. Cùm ita in cæteris animatus eſſem,hæc etiam mecum ipſe dicebam.
Cur tandem alios culpo & obiurgo,cùm in eodem quo illi negligentiæ cri-
mine tenear? nec ijs quæ ad vitam degendam victumq; pertinent præparatis,
in Iudæam proficiſcor,vt horum talium ipſe teſtis ſim? In hac deliberatione
multùm temporis conſumebatur, cùm res quę mundum attingunt, aliæ ex
aliis incidérent, à quibus non facile liberari explicarique poteram. Tandẽ H
verò aliquando,cùm animo & cogitatione perpẽderem,primùm quàm hęc
vita,quam agimus,inſtabilis ſit & incerta, deinde etiam omne tempus memo
ria repetiuiſſem, quo hîc me ſemper ſpes, quandiu habitâſſem,ſolicitum ha-
buiſſet, omneſque nos ita in ocio mori ſolitos recordarer, prætermiſis, vt
tempus tulit, rebus meis omnibus, in Pontum ſtatim me contuli:& cùm in
portum veniſſem atque ſubduxiſſem, contrariis ventis vſus,Iudæa relicta
Alexandriam appuli. Ibi ad Philoſophos adibam,cùm ventorum vis navi-
gandi mihi iam planè poteſtatem eriperet ac cohiberet:ab eisq; petebam, vt
ſi quid de rumore quem Romę is qui viſus eſſet,ſparſiſſet,accepiſſent,quid-
que ille nunciâſſet, ordine omnia exponerent. Illi verò talem aliquem Ro-
mæ extitiſſe omninò ſe neſcire reſponderunt: de filio autem Dei qui in Iu-

dæa

A dęa fuiſſet,rumoreque prædicaretur,ſe à multis qui inde veniſſent,audiuiſſe,
intellexiſſeq; ea omnia mirabilia opera,quæ ſolo etiam verbo edidiſſet. Cum-
que me velle dixiſſem cum quopiam eorum qui eum vidiſſent, colloqui, ex
eoque audire omnia quæ de illo cognoſcere cuperem,ijdem reſpondent,ibi
eſſe quendam,qui non ſolùm eum vidiſſet: verùm etiam illinc oriundus eſ-
ſet,vir clariſſimus,Barnabas nomine,qui ſe vnum eius diſcipulorũ eſſe præ-
dicaret,ſedénsque illic alicubi,ea quæ ab illo promiſſa eſſent ijs qui talibus
digni eſſent,ei qui vellet,vltro narraret. Ego cùm locum in quo vir ſedere
ſolitus eſſet,occupâſſem,circunfuſæq; multitudinis pars eſſem,ſtans ea quæ
dicebantur, audiebam, eumque vera non dialecticorum vlla arte docentem
animaduertebam,ſed imparatum & ex tempore ac ſimpliciter exponentem,
quæ Dei filium qui apparuiſſet,feciſſe ac dixiſſe & audiuiſſet & vidiſſet. Mul
B tos verò teſtes eorum,& mirabilium quæ ab ipſo dicta eſſent, & ſermonum
quos habuiſſet,ex turba quæ circunfuſa erat,producebat. Cumque libenter
ſimplicia eius verba audiret populus, Philoſophi qui ex diſciplina,quæ ho-
mines mundo deditos attingit,eo conuenerant,eum ridere conabãtur,ſum-
maque audacia prouecti in eum dicebant, & ſyllogiſmos quaſi magna ar-
ma in eum intentabant. Ille verò declinatis abiectisq; eorum nugis, verſutæ
illorum interrogationi non reſpondebat, ſed ſine metu ſermonem inſtitu-
tum perſequebatur. Cumque eum quiſpiam iocans rogaret, cur culex exti-
tiſſet,isq; qui perpuſillus eſſet,pedes ſex,atque alas haberet: elephas verò ma-
ximum animal pennis careret,& quatuor modò pedes haberet: ipſe doctri-
na ad rogatum pauliſper retenta & cohibita,nihil tamen ei,qui quęſtionem
poſuerat,ad rogatum reſpondit,ſed rurſus ad eum quem ſibi ab initio pro-
C poſuiſſet, ſermonem reuertebatur: cum in vnaquaque interpellatione hoc
vno principio vſus eſſet. Nobis quidem hoc tantùm præſcriptum eſt, vt vo-
bis eius qui nos miſit dicta mirabiliaque facta exponamus,atque vobis pro-
dialectica demonſtratione pleroſque eorum qui hîc adſunt teſtes producí-
mus. Situm eſt in veſtra voluntate & iudicio,vt nobis aſſentiamini,vel repu-
gnetis. Ego verò id quod vtile eſt, vobis explicare non deſiſtam, propterea
quòd & mihi taciturnitas damnum, & vobis perfidia detrimentum allatu-
ra ſit. Equidem poſſem ijs quæſtionibus quas poſuiſtis,ſatisfacere, ſi veritá-
tis ſtudio & amore ductos vos hæc quærere cernerem. Quæ autem culicis
& elephantis ſit diſſimilitudo, hoc quidem tempore vobis qui Deum vni-
uerſitatis effectorem ignoratis, non vtilis eſt explicatio. Quæ cùm diceret,
communi conſenſu & quaſi conſpiratione multum effuſumque riſum emi-
D ſerunt,cùm eum ad ſummam verborum inopiam adigere, vt barbarum ali-
quem & inſanum conarentur. Ego verò qui hæc animaduerterem, animo
incaleſcere cœpi, ſtudioque neſcio quo incenſus,ſilere non potui,ſed liberè
hac vſus ſum oratione. Meritò à vobis voluntatem conſiliumque ſuum com
prehendi noluit Deus, qui vos indignos prouideret, propterea quòd nunc
cenſores ac iudices qui ſapiant certiores facere atq; hortari videtur. Cùm e-
nim hoc tempore eius voluntatis & conſilij præcones miſſi ſint,qui non ar-
tificio vllo aut ratione perſuadendi ab oratoribus petita,ſed ita ſimplici ora
tione eius conſilium aperiunt,vt quiuis qui ea quæ dicantur audiuerit, intel
ligat: nunc vos adeſtis eo conſilio, vt & quod è re veſtra eſt, damno veſtro
minimè intelligatis,& irrideatis veritatem in barbaris ad veſtri condemna-
tionem inſidentem, quam etiam ad vos accedentem recipere non vultis

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter & vestram libidinem,& verborum illius simplicitatem, ne falsæ ra- E
tionis dicendi, non veræ sapientiæ studiosi esse doceamini. Quousque tan-
dem loqui discitis, qui probè loqui non potestis? Multa enim verba ve-
stra infra verbi vnius precium ducenda sunt. Quid autem vobis etiam di-
ctura est multitudo Græcorum, quæ quondam in vno animo sententiaque
permansit, si iudicium futurum est, vt hic confirmat? Quid ita Deus, nobis
consilium tuum non aperuisti? nullo modo vos audiemini: aut si quo for-
tè responso vos dignos existimabit, hoc respondebit. Quia cùm ego omnia
consilia & voluntates quæ futuræ essent, ante orbem conditum cognitas
haberem, vnicuique pro dignitate obscurè dedi. Quod quoniam ita est, cùm
instituissem per eos qui ad me confugerunt, fidem facere cur ab initio à pri-
mo ortu meum consilium publicè enunciari passus nõ sim: nunc in fine vitæ
consilij mei prædicatores misi, qui & irridentur, & contumelijs affecti illu- F
duntur ab ijs qui re nulla iuuari volunt, amicitiamque meam, quæ se eis pate
facit, recusarunt. O magnam iniuriam, quòd Dei præcones in inuidiam ad-
ducuntur, idq; apud eos homines qui ad salutem vocantur. Hæc cùm dice-
rem, aliaque eiusdem generis, magnus in plebe motus extitit, atque alij qui-
dem Barnabæ vicem dolebant, mihique assentiebantur, alij qui stolidi e-
rant, in me dentibus grauiter stridebant. Cùm verò iam aduesperasceret, ma-
nu Barnabam accepi, inuitumque duxi domum meam, in qua feci vt mane-
ret, ne quis in eum manus inijceret. Cumque vnà mecum dies paucos versa-
tus esset, pauca mihi veræ orationis tradidit, quòd sibi in Iudæam diei festi
causa properandum diceret, velletque in posterum cum suis popularibus ver
sari. Ego verò cùm magnopere ex illius lingua pendêrem, in eamque causam
vehementer incumberem, nec animi contentionem remitterem, sed reli- G
quam disciplinam peterem, ac dicerem. Tu mihi tantùm verba quæ à Deo,
qui visus est, audisti, expone, & mea oratione Dei consilium ornabo, atque
ita demum intra paucos dies vna tecum nauigabo (magna eñ me Iudææ ad-
eundæ tenet cupiditas) & vobiscum fortasse reliquo vitæ meæ tempore
versabor: ipse ad hæc statim respondit. Tu si nos resque nostras videre cu-
pis, & quòd vtilitatem afferat, discere, mecum quàm primùm nauigato: si
non vis statim, signa modò mei domicilij eorumque omnium quos vis, ego
tibi hodie exponã, vt cùm etiã voles præsens nos inuenias. Ego enim, inquit,
cras ad mea me conferam. Ego qui Barnabam ita obstinatè in sententia per-
manere animaduerterem, eum vsque ad portum deduxi, cognitisque ab eo
signis quæ dixerat domiciliorum, ei confirmo me, nisi postero die aliquan- H
tum eorum quæ mihi deberentur, repetendum esset, continuò cum illo na-
uigaturum fuisse, quanquam eum celeriter occupaturus essem. Cùm finem
dicendi fecissem, eumque ijs qui naui præerant commendàssem, cum dolore
reuersus sum, quòd in animo meo boni & familiaris amici memoria versa-
retur. Exacto autem illo die, cùm non omnem debitam pecuniam, cuius cau
sa remoratus essem, accipere possem, reliqua neglecta quæ impedimento e-
rat, quo minus celerius hominem inuenirem, ipse quoque in Iudæam na-
uigaui, ac quindecimo demùm die Cęsaream Stratonis perueni. Ibi cùm è na
ui descendens diuersorium quærerem, audio Petrum quendam Iesu Christi
Dei filij, qui in Iudæa visus esset, signaq; & prodigia edidisset charissimum
discipulum, postero die cum Simone Gitthonẽsi Samaritano disputaturum.
Ego verò cùm hæc resciuissem, rogabam vt mihi eius domiciliũ indicaretur.

cùm

A cùm didicissem vbi maneret, ibi pro foribus stabam: ij autem qui in ædi-
bus erant, cùm me contemplati essent, quærebant, quisnam essem, & vnde
venirem: cùm Barnabas egressus, me vidit, obortis lachrymis præ lætitia
complexus est, meque domum introduxit: deinde Petrum monstrans, hîc
est Petrus, inquit, quem tibi maxima Dei sapientia præditum esse nun-
ciabam, cui omnem virtutem tuam atque institutum ita semper exposui,
vt ex eo & te ipsum videre cupiat, & consuetudinem tuam optet. Itaque
te pro magno ei munere meis manibus offero. Quod cùm dixisset, me pro-
duxit, cum his verbis, Hîc est Petre, Clemens. Petrus autẽ cùm nomen exau-
disset, ei in mentem Barnabæ sermones quos de me habuisset, venerunt, ac
statim extentus est, vt potuit: placideque me & fraternè osculatus, cùm
consedisset, Rectè ac præclarè, inquit, à te factum est, qui Barnabam verita-
B tis præconem honoris veri Dei causa, ac forti animo hospicio exceperis,
nec in eo indoctorum odium atque furorem timueris. Beatus enim verè
es tu, qui Veritatis legatum ita cum omni honore domum receperis: pro
quibus ipsa etiam Veritas te qui hospes es, sua ciuitate donauit, tumque
magnis te beneficijs augebit, quòd cùm breuis gratiæ modò vsuram largi-
tus sis, bonamque verborum voluntatem, gloriæ sempiternæ bonorumque
quæ eripi non possunt, hæres futurus es. Nec tibi laborandum est in eo, vt
mihi animum tuum vicissim narres. Omnia enim quæ in te sunt, Barnabas
veri studiosus vir exposuit, dum ferè quotidie mihi honorificam tui men-
tionem facit. Atque vt tibi tanquam vero amico breuiter id quod agitur,
aperiam, nisi tibi aliquid est impedimento, comitem itineris te nobis fac
præbeas: eumque veritatis sermonem quem in singulis locis & oppidis
C Romam vsque ipsam habiturus sum, accipias. Ego tibi, inquam, itineris
comitem me prębere paratus sum: hoc enim nescio quomodo lætus face-
re institui: sed primùm de veritate velim certum habere quod sequar, vt sci-
am sitne immortalis animus, ánne mortalis: & si immortalis æternusque *Septẽ quæstiones mouet Clemens.*
est, an futurum sit, vt de ijs quæ hîc gesserit, in iudicium vocetur: & quid
tandem iustum sit, aut gratum Deo: & vtrum ortus sit mundus, & cur ortus,
& an dissoluendus sit: & vtrum melior futurus, nécne sit. Atque vt ne de sin-
gulis agam, hæc atque his similia cupio discere. Ille verò quid hæc verba si-
bi vellent, diuino Spiritu doctus, cito respondit, vt celeriter me ad verita-
tem reuocaret. Breuiter, inquit, tibi Clemens rerum notitiam atque scien- *D. Petri oratio quà de cognitione uerae sapiẽtiæ instruit: paulò pòst propositarum quæstionũ solutiones cognoscens.*
tiam tradam, eamque iam audi. Dei voluntas & consilium multis de causis
abstrusum est & obscurum hominibus: primum quidem quòd praua in-
D stitutione victi sint, mala educatione, improba consuetudine, prauis col-
loquijs, perceptione non recta, ob eamque causam falsa erroriscque plena:
deinde contemptu, perfidia, stupro, auaritia, gloria, alijsque generis eius-
dem, quæ vt magna fumi vis & copia in domum vnam, sic in mundum
cùm intrauerunt, eorumque virorum qui intus habitant, oculos pertur-
bârunt, eos aspicere non sinunt, nec ex scriptura mundi effectorem Deum
intelligere, & quod ei placet, cognoscere. Itaque ij qui veri studio trahun-
tur, ex animo soùm Dei, Domini nostri ac conseruatoris Iesu Christi fidem
vera ratione implorare, & ab eo cognitionem accipere debent, vt aliquis
qui intus est in domo fumi plena, id est, in hoc mundo, accedens fores a-
perire possit, vt externum Solis lumen in domum intret, ac fumus ignis qui
intus est, eijciatur: atque ita demum homines cernentes, in vnũ Deũ patrem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum omnium præpotentem credant, & in vnigenitum eius filium, qui ex
E eo ante secula modo quodam, qui explicari non potest, natus est, atq; in Spiritum sanctum, qui ex eis eo modo quem exprimere non possumus, processit, sic vt Deum vnum in personis tribus cognoscamus, principio ac fine carentem, æternum, perpetuum, non creatum, ab omni motu & immutatione liberum, simplicem, incompositum, sine corpore, sub cernendi & tangendi sensum non cadentem, qui nec circũscribi, nec comprehendi potest, infinitum, qui mente & animo intelligi non potest, bonum, iustum, rerum omnium præpotentem, omnium quæ procreata sunt effectorem, qui res omnes & tenet & cernit, qui omnia prouidentia administrat, omnia nutu gubernat, omnia iudicat: atque ita demum aqua & Spiritu renati, in partem hęreditatis veniant filiorum Dei, qui renati sunt ad immortalitatem. Proinde in primis & ante omnem quæstionem tu quoque Clemens, vt filius ad patrẽ
F studiosè accede, vt & rerum quæ cernuntur & quæ non cernuntur, tibi cognitionem verè Deus tradat. Quòd si posteà quàm vocatus es, nolis aut differas, iusto Dei iudicio, quòd nolueris, non approbatus amittes hæreditatẽ. Nec tibi hoc velim persuadeas, te, etiãsi omnibus pijs ac bonis pietate præstes, si lauacro perfectus minimè sis, tamen sperare posse aliquando salutem consequi. Hoc enim maiore potiùs supplicio afficiêre, quòd bonis præclarisque actionibus non rectè vsus sis. * neque enim id quod honestum ac pulchrum dici solet, pulchrum est, cùm non honestè ac præclarè agitur. Tu verò si id quod Deo probatur, ablui vitali aqua nolis, quòd tuæ voluntati morem gerere mauis: eius consilio omninò aduersaris. Sed quæres fortasse, quid ad pietatem conducat, si aqua abluâre. primùm quòd decreto
G Dei stabis: deinde quòd aqua & spiritu Deo renasceris, pristinamque tuam à cupiditate profectam originem mutabis, eoque demum modo salutem consequi poteris, aliter autem fieri non potest. Sic enim Deus verbum, „ quod salutis & immortalitatis generis nostri causa humanam naturam ac„ cepit, nos docuit. Amen dico vobis, nisi renati fueritis aqua & spiritu, in „ regnum cœlorum vobis aditus minimè patebit. Quapropter accede ad lauacrum. hoc enim vnum ignis impetum potest extinguere. neque in aliud tempus reijce, propterea quòd mora solita est afferre periculũ, quandoqui-
H dem dies morti constitutus, incertus est. Cùm finem dicendi fecisset. Equidem iam gratias, inquam, ago Deo, & patri, & vnigenito eius filio, & sancto eiusdem Spiritui, quòd quemadmodum persuaderi mihi volui, sic etiam mihi tradidit: nec posthac mihi ipse curę ero. neq; enim me vnquã vlla ex parte hęsitantẽ aut dubium tua tenebit oratio. Itaque non est, nii Petre, quòd diffidas: quasi verò maximis bonis eum qui minimè sentiat, afficias. Scio enim hoc tale esse, atque tantum, quale atque quantum quispiam & celeriter accipere velit. Nam quod mihi munus cleriter datum est, sentio. Tum Petrus, Gratias, inquit, ago Deo & pro salute tua & pro mea voluptate: tu tamen ieiunium serua triumm ensium diebus, & salutari aqua expiabere. Initium autem ieiunandi cras facito: quo quidem die mihi cum Simone Mago constituta disputatio est. sed nihil est quòd dubites mihi adesse in ijs quæ contraria ex parte quærentur. Quæ cùm dixisset, cibum cepit, meque iussit sumere: consecrato cibo, actisque gratijs, hoc addidit, Faxit Deus, vt omni ex parte mihi similis euadas, atque ablutus vitali aqua, eidem conuiuio cui ego, adhibeâre. Tum mihi imperauit, vt irem cubitum. Iam enim tempus ad som-

Absq; baptismo nulla sperãda salus.

**Xenophon li. 1. Memorabilium Socratis 3.*

Baptizando Clemẽs.

A ad somnum & quietem vocabat, postero die ego cùm nox etiam tum esset, expergefactus, cùm Petrum vigilare, & cum ijs qui vnà erant de religione disserere cognouissem, qui erant sedecim numero, quorumque hæc sunt nomina, Zacchæus, qui aliquando publicanus fuerat, & Sophonias eius frater, Iosephus, & Micchæas, qui cum illo educatus fuerat, præterea Thomas & Eliezerus gemini, Eneas sacerdos, Lazarus sacerdos, quem quatriduanum à mortuis Dominus noster Iesus Christus excitauit, Helisæus, Beniaminus Saphræ filius. itemque Rubilus & Zacharias architecti, Ananias & Aggæas Ammeni: præterea Niceta & Aquila sodales. Ego etiam introgressus ium, salutatisque omnibus Petri iussu consedi. Ille autem instituto sermone interrupto, quasi defendens, certiores omnes facere cœpit, cur me minimè excitauisset, vt sui sermonis auditor essem: eiusque rei causam uauigationis molesti æ attribuebat. Quiescere enim me sinebat, quòd me illam sedare vellet. Cùm enim animus, inquit, in eo quod reliquum est in corpore, occupatur, aut si quo incommodo premitur, non admodum accuratè solet ijs quæ dicuntur attendere. Ob eamque causam nolo de vlla re disserere apud eos & cum eis, qui aut ægritudine & dolore affecti sunt, aut præter modum irati, aut quorum corpus ægrotauit, aut in curis rerum ad mundum pertinentium, aut in aliqua perturbatione versantur. Neque est quòd dicat aliquis, non oportere consolationis & admonitionis verba ijs adhiberi, qui prauum aliquid gerant. Nam si quis proficit, per me afferat licet: sin minùs, interim tempori seruiat. Tempus enim est, vt Salomoni placet, & opportunitas rerum omnium. Itaque verba quæ animum confirmant, ante malum & res aduersas, hominibus adhiberi debent, vt si quid fortè ma-
C li interuenerit, antè armata mens, recta veraque ratione id quod illatum est, perferre possit. Quocirca si res diuinas quæ excellunt, Clemens, vis cognoscere, eas à Domino & Deo, conseruatoreque nostro Iesu Christo, qui hominibus scientiam tradit, ab eo inquam, vno discere potes, quòd ipse vnus veritatem habet cognitã. Aliorum enim si quis aliquam scientiam comprehendit, aut ab eo vno, aut ab eis discipulis didicit. Est autem hæc eius voluntas, hæc sententia, Deum vnum esse in personis tribus, cuius mundus omnis est opus: qui cùm iustus sit aliquando pro suis cuique meritis ac pro dignitate tribuet. Qui enim Deum iustum esse profitetur, is animos etiam homi-
D num immortales esse credat necesse est: alióqui qua in re iustitia eius eluceret, cùm & nonnulli qui piè & iustè vixerant, malisque oppressi fuerant, vi atque iniuria sublati sint: & aliqui qui impios se atque improbos præstiterant, & vitam in luxu & voluptatibus transegerant, morte, quæ omnibus hominibus proposita est occubuerint. Quoniam igitur sine vlla contouersia Deus qui bonus est, iustus etiam est, nec aliunde iustus esse cognoscetur, nisi animus post discessum à corpore sit immortalis, vt cùm proprium ac suum quisq; corpus in resurrectione iterum sumpserit, malus quidem (vt qui hîc bona receperit) illîc, ob ea quę deliquit, supplicijs afficiatur: bonus autẽ, qui hîc pro ijs peccatis quæ admisit, pœnas dedit, in illa vita in sinu iustorũ, bonorum hæres instituatur: quoniã, inquã, Deus iustus est, profectò iudiciũ etiã sit necesse est, & immortales animi. Quòd si quis (vt Samaritano Simoni placet, non vt veritatis sermo vult) Deo non vult iustitiam tribuere, cui tandem eam iam aliquis potest concedere? Hoc ego loco, me dixi velle cognoscere, quisnam is esset Samaritanus Simon quem dicererent. Licet, inquit, si vis, ab

Iam tandẽ soluit propositas à clemente quæstiões D. Petrus.

Universidad de Deusto Biblioteca

vis,ab eis discere,à quibus ego etiam illius omnia accepi.Tumque accersiuit E
Aquilam & Nicetam, eisque præcepit, vt mihi omnia quæ in Simone animaduertissent, diligenter exponerent. Illi cùm Deum testati essent, se nulla in re à vero deflexuros,ea quæ Simonis erant exposueruut hoc modo. Ac prior Aquila ita exorsus est:Audi charissime frater, vt tu quoq; probè scias ea quæ virum attingunt,cuius sit, quis, & vnde,quæq; ab eo, & quomodo, & qua de causa gerantur.Igitur Simon Samaritanus genere, Antonio patre, Rachela matre natus est,in vico Samariæ qui Gitthæ dicitur,nec minus quã *schœnis sex ab vrbe Samaritanorum abest:Is Alexandriæ quæ est in Aegypto,cùm fuisset,Græcis literis ac disciplinis institutus est,arteque magica cũ multùm possit, & in amentiam adactus sit, se existimari credique vult vim esse quandam cœlestem,ipsiusque Dei,qui omnem mundum in lucem protulerit:interdumque Christum se obscurè appellat:atque hoc nomen vsurpauit,quasi cohibiturus esset in perpetuum etiam causam interitus,sic vt cor F
pus occidere non posset.Nec verò Deum censet esse summum eum, qui mũdũ condidit,nec mortuos vnquam excitatumiri credit.Hierosolyma negat: montem Garizenum pro illis inuehit. Pro vero Christo Deo nostro se ipse prædicat.Legis propria ad allegoriam transfert.Iudicium fore censet,nec tamen illud expectat.Ipse autem in diuinitatis opinionem irrepsit hoc modo: Ioannes quidam extitit,qui interdiu baptizaret:& quemadmodum Christo Domino discipuli fuerunt duodecim,qui mensium Solis duodecim numerum præferrent:sic iste triginta duces habuit, qui menstruam Lunæ rationẽ explerent.*In ijs mulier quædam,Helena nomine,vt ne hoc quidẽ non meditatum sit.Cùm enim media ex parte hominis speciem gerat mulier,incho atum nec perfectum triginta numerum ponit:quemadmodum etiamLunæ, G
cuius incessus non perfectum mensis cursum conficit.Horum autem triginta Ioannis disclpulorum primus & præstantissimus Simon fuit.Ioanne verò mortuo,Simon adiuncta &adhibita Helena, multitudinem imperitam obambulans concitat, cùm ipsam Helenam iactat excelso è cœlo in mundum esse delapsam, pro qua Græcos & Barbaros, cùm veritatis speciem quandam,& imaginem videre se putarent,inter se dimicâsse tradit: multaq; alia monstri similia,quæ admirabilitatem faciunt, edit, sic, vt nisi hæc ab eo ex arte magica fieri intellexissemus,futurum fuerit,vt nos quoque captaret. Nunc autem cùm ille vecors etiam pios captare ac decipere vellet,ab eo defecimus.nam cædem etiã facere cœpit:vt nobis amicis amicus exposuit: propterea quòd paruuli animum cùm è proprio corpore separauit,formula quadam vsus iurisiurandi nefarij,adiutorem ad speciem præbendam eorũ quæ H
ei visa sunt,descripto puero in simulachro in quadam interiore domo, in qua ipse dormit,consecratum habet.Quapropter damnata & improbata eius impietate,nos ab eo secreuimus.Hæc cùm Aquila dixisset,Niceta eius frater:Necesse est,Clemens,inquit, ea me commemorare, quæ ab Aquila prætermissa sunt.Primũ enim Deum testamur,nos in nullius sceleris aut impietatis cum eo venisse societatem,sed cùm ipse faceret,eorum omnium spectatores fuisse.Atque eatenus voluptatem ex eis quæ agebat,cepimus, quoad ea facere videbatur,quæ obessent nemini. Cùm verò magiæ quadam quæ fierent,diuinitate,captandorum Christianorum causa se facere prædicaret, ab eo iam minimè detenti sumus,quanquam multa nobis polliceretur:primùm se nobis & templum ædificaturum,& positurum statuas:deinde fore, vt Dij habere-

Schœn. σχοῖνος, mensura terræ Per sica est,sexaginta stadia cõtinens,ut auctor est Herodot*. Plinius uerò quadraginta ait esse : Sed meliùs sentire Herodotum existimo. In uniuersum ergo tercentena sexaginta stadia sũt.

Scortum hoc Simonis Græca exempla riæ λαμπ appellant at Irenæ aliosq; oẽs legunt: Quod obseruandũ monemus.

A haberemur,& à Regibus honore & veneratione afficeremur,publicisq; honorib* digni iudicaremur:postremò vt infinita vi pecuniæ locupletaremur. Hæc atq; ea quæ habentur his maiora nobis pollicebatur, tãtùm vt cum eo societatem coëuntes,conatus malos taceremus,quò faciliùs fraudes ac doli proficerent.Nec tamen assensi sumus,sed auctores simul fuimus,vt ab ista amentia desisteret.Cohortabamur enim eum,vt finem audaciæ faceret, propterea quòd Deus esse non posset:hoc etiam,vt Deum verum vereretur,séq; hominem esse cognosceret,suæq; vitæ tempus perexiguum sciret. Quòd si admodũ locuples fieret,aut etiam regalem potestatem adipisceretur, tamen in exigua vitæ eius vsura non multa fore ad voluptatem:hoc quoq; affirmabamus,eũ qui impiè scelerateq; vixisset,æterna supplicia manere. Itaq; si nos audiret,Deum potiùs timeret,à quo iudicãdus esset vniuscuiusq;animus,ex B ijs ac pro ijs quæ hîc gesserit.Ille his auditis,risit.Cúmq; ab eo quæreremus, cur eos irrideret,qui ipsi ea quæ ex vsu essent,consulerent,ridere se dixit nostram stultam sentẽtiam:quòd immortalẽ esse hominis animũ crederemus. Ego hoc loco nos non mirari dixi,quòd non decipere ac fallere conaretur, sed qua ratione etiam se ipse captaret.Cedo,inquam,ô Simon,si nemo aliorum certò scit animum esse immortalem,at certè tu atque nos tenemus. Tu quidem,qui cùm eum à corpore disiunxisti,& cum eo colloqueris,& ei aliquid imperas:nos autẽ, qui præsentes fuimus,&imperium ac præscriptionẽ exaudiuimus,&quod præscriptũ est,perspicuè planeq;vidimus.Simon autẽ ad hæc nobis respõdit, se quid diceremus scire, nos verò nescire,qua de re loqueremur.Ego Niceta eũ tum monui,vt quoniã sciret,ipse diceret:sin nesciret,ne nos putaret,quod se planè scire prędicaret: nos aũt negaret, posse C decipi.Neq; enim adeò nos infantes esse,vt nobis improbã callidãq; opinionem insereret,ex eoq;addictos nos sibi haberet,quòd se aliquid quod nefas sit enunciatu tenere existimaret.Ad hæc ille respõdit,animũ à corpore ab ipso seuocatũ esse,se intelligere nos hoc scire,eundem autẽ se scire, ignorare nos,non mortui animũ ministrare,sed dæmona quendam qui animum se esse fingat.Ego tũ cõfirmaui nos,cũ multa in vita absurda nec credibilia audierimus,eo tamen sermone ineptiorem atq;amentiorẽ nũquam audituros sperâsse.Si enim Dæmon animi speciem & habitum induit,quid necesse fuit animum à corpore discedere? An nõ ipsi pręsentes audiuimus,cùm animum è corporis domicilio,iureiurando adactum expelleres? Quî autem fieri potest vt cùm alius iurisiurandi religione obstringitur, alter non adactus iureiurando,metu obtemperet?Nónne tu ipse cùm aliquando quæreremus, quid D ita interdum etiam finem & terminum continuationes habeant, respondisti,id causæ esse,quòd animus completo in terra tempore, quod incorpore consumpturus fuerat,in Inferos abiret,hoc etiam addito præterea, eorum qui sua & propria morte occubuissent,animis,quoniam hinc secedentes in Inferis custodiuntur,facilem reditum patere?Cùm finem dicendi Niceta fecisset,Aquila ipse rursus ita cum Simone egit.Hoc vnum à te Simon, dicere velim,siue animus est,siue Dæmon id quod iurisiurandi religione obstringitur,quo etiam metu coactum iusiurandum non negligit? Cumq; ille animum diceret intelligere se,si dicto audiens non esset,pœnas daturum,ex eo Aquila statim conclusit hæc duo,& animum iureiurando adactum venire, & iudicium esse:quòd si animi immortales sint, planè etiam esse judicium. Quibus eundem vrgebat hoc modo, Si ij qui iureiurando adacti essent ob

Universidad de Deusto
Biblioteca

improbum factum, deinde etiam minùs dicto audientes, condemnarentur, E
vt ille concederet, cur non ipse metu prohibitus es eos cogere, cùm ij qui
coguntur, ob contemptum afficiantur supplicijs? Te enim nondum pœnas
dedisse eorum quæ gessisti, non est mirum: quippe cùm nondum iudicium
sit, in quo tu quidem pœnas des eorum quorum necessitatem imposuisti: ei
autem cui à te necessitas imposita est, venia detur, propterea quòd improbè
facto iusiurandũ antè posuerit. His auditis Simon iracundia incitatus, mor
tem nisi taceremus, nobis minatus est. Cùm Aquila finem dicendi fecisset,
& ego Clemens rogâssem, quænam essent mira opera, quæ ille faceret: illi re-
sponderunt, facere eum, vt statuæ incedant, eundem in igne volutari, nec
incendi, interdum volare, & lapides in panem mutare, se in anguem, in capre
figuram mutare: eum duplicem vultum sibi induere, & in aurum conuerti:
fores occlusas aperire, ferrum soluere, in cõuiuio simulachra formarum o- F
mnium producere, facere, vt in ædibus vasa per se ac sponte sua ferri ad mi-
nisterium videantur. cùm interea ij minimè videantur, qui ea portant. Quæ
cùm ex eis narrantibus audirem, mirabar, eoque magis, quòd ipsi hæc se vi-
disse testificarentur. Hæc cùm ita commemorata fuissent, Zacchæus ad Pe
trum adijt, qui hæc illi exponeret. Iam reliquum est, inquit, tempus, Petre, vt
descendas, disseraque cum ijs qui conuenerunt. Magna enim hominũ mul-
titudo in atrio te præstolatur, cuius in medio quasi dux belli ab eis stipatus
stat Simon. Quod cùm Petrus audisset, mihique qui nondum salutare laua-
crum sumpsissem, vt abirem precandi causa imperâsset, ijs qui iam initiati es
sent, Consurgentes, inquit, comprecemur, vt Deus pro sua perpetua benigni
tate mihi ad salutem hominum quos condidit, properanti auxiliũ ferat. His
dictis cùm precatus esset, in amplum locum atrij qui sub dio erat, & quô G
multi conuenerant ad audiendum, exijt. Stans ergo, conspectoque tam fre-
quenti hominum cœtu, qui in ipsum taciti oculos conijcerent, Simoneque
Mago qui in medio stabat, hoc exordio vsus est. Pax sit vobis omnibus, qui
parati estis dextras dare diuinæ veritati, quam vt magnum munus, & incõ-
parabile, quod nunc in mundo est, Dominus Iesus Christus veri Dei filius,
qui nos misit, nobis præcepit ante doctrinam verborum pro salutatione vo
bis precaremur, vt si quis inter vos sit pacis filius, eum nostræ doctrinæ inter
uentu pax occupet: si verò eam aliquis vestrũm recipere nolit, tum nos ipsi
discusso pedum nostrorum puluere testimonij causa, in aliorum ædes ciuita
tesque proficiscamur. Atque hoc vobis præterea confirmo, fore vt melior
tolerabiliorque sit terræ Sodomorum Gomorrhanorumque conditio in
die iudicij, quàm loci à fide ac religione alieni. primùm quòd à vobis & per H
vos non potuistis verum agnoscere: deinde quòd cùm ea quæ à nobis fierẽt
audieritis, ad nos minimè veneritis: postremò quòd nobis qui ad vos etiam
profecti sumus, minimè fidem habueritis. Itaque misericordia ducti, vltro
petimus, vt pax nostra ad vos perueniat. Quòd si ea præditi esse vultis, studi-
osè verba quæ de pietate ac religione fient, accipere debetis, idque viuendi
genus approbare, quod Deo gratum est, vt cùm piè iusteque vixeritis, æter-
norum bonorum hæredes sitis. Hæc cùm Petrus dixisset, docuisset que quæ
essent Dei opera, & quantis à Deo homo bonis affectus sit, multaque de vni
us principatu monuisset, Simon extra cœtum magna voce ita cum Petro a-
gere cœpit: Quid imperitam multitudinem quæ hîc adest, mentiendo vis
fallere, dum doces Deos nec nominare fas esse, nec dicere, cùm libri qui a-

Prodit Petrus desputatum cũ Simone.

pud

A pud Iudæos publicè asseruantur, multos Deos esse dicant? Nunc verò cum
omnibus ex ipsis libris de eo, Deos esse ponendos, tecum disputare libet,
ac primũ de eo Deo de quo modò dixisti, cùm docuero non eũ esse summã
omniumque rerum præpotentem prouidentiam, quòd nõ sit rerum futura-
rum præscius, quòd sit imperfectus, indigens, & omninò minimè bonus,
profectò hoc etiam demonstrato & concluso ex scripturis, vt ego confir-
mo, alius sublatis scripturis, Deus esse relinquitur, rerum futurarum præsci-
us, perfectus, non indigens, bonus, ab omnibus vitijs & malis liber. Quem
verò tu ais effectorem, aduersarijs & contrarijs oppositus est. Nam ne lon-
gè abeam, Adamus is qui ad eius similitudinem factus est, & cæcus nasci-
tur, quo etiam nomine violator inuenitur, & à Deo eijcitur, & morte suppli
cij causa multatur. Eodemque modo is qui illum finxit, quoniam non videt
B omnia, in Sodomorum euersione, Venite, inquit, & descendentes videamus "
an pro clamore ipsorum qui ad me peruenit, perficiant. Sin minus, vt cogno- "
scam: ignarum etiam se declarat. Cùm autem ait de Adamo, Eijciamus eum, "
ne porrecta manu lignum vitæ attingat, & edat, vitamque agat sempiter- "
nam, inuidet. Quodque scriptum est, Deum cogitauisse, quòd hominem "
fecisset: & mutat sententiam, & ignorat. Illud enim cogitauisse consyde- "
ratio est, quæ propter ignorationem eorum, quæ vult, diligenter vult finem
exquirere, aut est mutantis animũ, quòd contra sententiam aliquid euenit.
Quod etiam scriptum est, Dominum suauem odorem percepisse, indigen- "
tis est: & illud, Ex nidore carnium voluptatem cepisse, non boni. Tentare "
verò, vt scriptum est, Tentauit Abraamum Dominus, mali est, & fines pati- "
entiæ ignorantis. Simon multa scripturæ loca malè explanans, docere cona- "
C batur Deum æquè ac hominem omni perturbationi & affectioni esse ob-
noxium. Hoc loco Petrus. Velim, inquit, mihi respondeas, an nulla in re is,
qui malus & admodũ improbus est, ob ea in quibus delinquit, se ipse argue
re velit ac refellere? Cùm Simon nolle respondisset, tum Petrus, Quî igitur
malus & vitiosus esse potest Deus, si eius voluntate, scelera in eum scripta
publicè proposita sunt? Simon ad hæc respondit, fieri posse, vt non volun-
tate sua, ab alia vi accusatio in eum scripta sit. Hoc ergo primùm, Petrus in-
quit, quæramus. Si se ipse suo consilio ac per se conuicit, vt tu antè confes-
sus es, non est malus: si verò alia vi, hoc quærendum est, & omni ope consy-
derandũ, num quis eum qui vnus bonus sit, in numero improborũ omniũ
duxerit. Cùm Simon Petrũ nolle audire ex scripturis diceret in Deũ ipsius
reprehensionẽ, Hoc mihi tu ipse, Petrus inquit, videris facere. Nam cũ quæ
D stionis ac disputationis ordinẽ fugias, non vis rectam ac veram fieri inuesti
gationem. Itaq; ego qui ordinẽ seruo, & præscriptum, primumq; volo scri-
ptorem consyderari, planè videor recta via velle incedere. Concede tu pri-
mùm, Simon inquit, an ea quæ in effectorem scripta sunt, vera sint, atque in
eum qui mundo excelsior est, ex scripturis, nullum vitium cadat: tum poste
riùs de scriptore quæremus. Ne non respondere videar posse, Petrus inquit,
hoc tibi respondeo & concedo, ea quæ tibi in Deum scripta videantur, ve-
ra esse, ita tamen vt Deum malum esse non declarent. cũ Simon rogaret, quî
illud confirmare posset, Petrus, Adamum, inquit, à primo ortu cæcum fuis-
se dicis, quod non ita est. Neque enim cæco ostendisset, cùm ei præciperet
hoc modo, Ex ligno scientiæ boni & mali nolite gustare. Simon hoc loco
mutata sententia. Cæcam, inquit,, mentem eius vocabat. Quî, inquit Petrus,

Universidad de Deusto Biblioteca

cæca mente ille esse poterat, qui antè quàm fructu gustaret, codẽ modo quo E
eius conditor, propria animantibus omnibus nomina imposuerit? Cumq; Simon rogaret, si prænotionem Adamus habuit, cur serpentem qui mulierẽ decepit, non prænouisset. Petrus contrà, Simonẽ hac quæstione vrgere cœpit. Si in Adamo nulla fuit prænotio, quî ille potuit liberis suis ad futuras actiones & officia, simul atque editi sunt, etiã nomina imponere? cũ priorem Caïnum, id est iram: qui etiam obtrectatione iracundiaque incitatus, interfecit Abelum fratrem suũ, qui luctus interpretatur, quòd eum primum interfectum parentes luxerint. Quòd si in Adamo qui Dei opus erat, fuit prænotio, quantò magis in Deo, à quo effectus est, fuit? Tu verò Simon, qui vitiosè diuina scripta intelligis, obmutesce. Nam quod scriptũ est, Cogitauit Deus,

Solutio argumentorũ Simonis.

» est quasi ratione vtentis propter ignorationem: præterea, Abraamũ tenta- F
» bat Dominus, vt nosset an toleraret atque perferret: illud verò, Descenden-
» tes videamus, an pro clamore eorum, qui ad me peruenit, perfecerint: sin mi-
» nus, vt cognoscam: ac ne longiùs sermonem protraham, planam sententiam
» & cognitionem hæc dicta continent, non ignorationis Deum condemnãt, etiam si hoc tuam intelligentiam fugiat. Eum autem prænotionem habere
» rerum futurarum, hinc sciri potest, quòd Abraamo ita prædixit, Scito semen
» tuũ, siue posteros tuos in terra non sua aduenas futuros, foreque vt quadrin-
» gentis annis seruitute & malis opprimantur, & abijciantur. Sed gentẽ cui ser
» uient ego iudicabo. Pòst verò huc exibunt cum multa substantia. Tu autem ad patres tuos abibis cũ pace, sepultus in senectute bona: quarta porrò generatione huc reuertentur. Hæc quidem quæ post multas generationes futura fuerunt significare, omninò prænoscentis est, & planissimè scientis. Atque hæc quidem quæstio & disputatio in tertium diem reiecta est. Cùm autem G
tertius dies veniret, Tyrũ Simon ex fuga se recepit: vnde nec ita multò pòst quidam venerunt, qui renunciarent Petro, Simonem magna Tyri admirationis plena opera facere, quibus plerisq; eorũ qui ibi essent terrorẽ iniecisset, atque illum criminando in odium & inuidiam adduxisset. Quod cũ Petrus audisset, in sequenti nocte, cõuocato vniuerso populo, Quoniam, inquit, cũ veni ad gentes, quæ multos Deos esse dicunt, prædicandi, docendique causa, Deum vnum esse in tribus personis, qui & cœlum condidit, & terram, & ea omnia quæ illa cõtinent, vt homines qui Deum diligerent, salutem adipisci possint: Diabolus rem occupauit, Simonemque premisit, qui persuadeat omnibus hominibus, vt ijs Dijs qui nõ sunt, seruiant, & negẽt se credere & approbare vnũ Deũ, qui omnia effecit, tam ea quæ sub aspectũ cadunt, quàm ea quæ non cadunt: eum celeriter assequar necesse est, vt ne Simonis doctrina v- H
su temporis corroborata omnes penitus inficiat. Aliquis ergo esse debet, qui locum meum obtineat, atque omnes Deum contento animo comprecemur vt eum qui dignus & idoneus sit, Deus declaret. Hæc cùm dixisset, Zacchæo manus imposuit, cum his verbis, Domine Domini & Dei & conseruatoris nostri Iesu Christi pater, Spiritus tui sancti & veneratione dignissimi opera, fac vt hic quẽ deligo, populum tuũ gubernet & regat. Tum ita populum allocutus est. Omnes qui ablui & expiari vultis, ex crastino die ieiunandi initium facite. Triduo pòst cùm baptizare cœpisset, me Clementem, Nicetam, & Aquilam accersiuit, hisque nobiscum egit: Quoniam septimo pòst die Tyrum profecturus sum, maximè velim vt vos properè eô veniatis, & ad Bernicem Chananæam, Iustæ filiam clàm diuertentes, omnia quæ Simon

egerit,

A egerit, indagetis, ac de ijs me studiosè atq; diligenter certiorem faciatis. Itaque eô confestim cum pace proficiscimini. Nos cùm eum baptizantem reliquissemus, Tyrum Phœnices vrbem venimus, & apud Chananęam quam antè dixi, diuersati sumus. Ibi cùm ab illa liberali atque honorifico hospitij iure tractati fuissemus, statim de Simone ita loqui cœpimus: Simon iste Magus disputatione ea quæ illi cum Domino nostro Petro Cęsareæ fuit, victus, fugiens statim huc se recepit, eumq; conuicijs vexans, simplicium atq; minus cautorum hominum animos rapit, & cùm Magus sit, Apostolum Magũ vocat, & impostor, impostorem prædicat: & qui omnibus rebus superatus est, turpémque in fugam se dedit, se vicisse iactat. Est ita, Bernice inquit, vt dicitis, aliaque per se quæ restant, addidit. Visiones enim & spectra, inquit, postquam huc accessit, & simulachra quotidie in medio foro facit vt videantur, quibus ciuitatem perterrefacit: sic vt statuæ ipsæ cùm præterit, moueantur loco, & vmbræ sæpe ei se viæ duces præbeant, quas ipse mortuorum B animos nominat. Multos verò qui eum veneficum dicunt, pòst ad conuiuium simulato animo vocat, bouem mactat, eisque cibum præbens, grauissimis morbis affligit, dæmonesque eis immittit, multisque malo dato fecit, vt in Deorum numero reponeretur. Itaque non puto quenquam tantum ignem accensum posse restinguere. Quocirca ne in discrimen vosmet offeratis, hortor, ne ante Petri aduentum cum eo congrediamini, qui cùm sit Domini & Dei nostri Iesu Christi clarissimus discipulus, vnus cum tanta potentia dimicare poterit. Cùm Bernice finem dicendi fecisset, nos manè ea quę de Simone acceperamus, conscripsimus, & ad ambulationẽ contulimus. Ibi Appion cum alijs triginta nobis fit obuiam, Appion is cuius antè mentiõem fe- C cimus: Is simul atque me vidit, me appellato atque salutato, Hic est, ait comitibus suis, Clemens de cuius nobilitate, liberalique ingenio multa vobiscũ egi: cùm eum qui à Tiberio Cæsare genus duceret, omnesque Græcorum disciplinas excoluisset, à barbaro quodam, cui Petro nomen esset, fraude impulsum esse narrarem, vt ea quæ Christianorum instituta ferunt, & faciat & dicat. Itaq; peto à vobis maiorem in modum, vt mihi ad eum corrigendum, & in viam reducendum auxilium feratis. Nam in conspectu vestro eum interrogo, atque ad illud primum mihi respondeat, quoniam se religioni ac pietati dedidisse existimat, quid est quamobrem non maximè impiè scelerateque faciat, præsertim cùm & patriam reliquerit, & in barbara alienaq; instituta degenerauerit ac deflexerit? Tum ego, Tuam, inquam, in me egregiam voluntatem probo: ignorationem aũt improbo. Voluntas enim e- D gregia est, propterea quòd me ijs bonis & virtutibus, quas in te esse putas, præditum esse vis: sed non est recta nec vera scientia, quippe cùm amicitiæ specie ac nomine me clàm & obscurè in fraudem voces. Appion ad hæc, Nũ tibi inquit, ignoratio videtur, cùm patria instituta serues, illa Græcorũ sequi? Ego ad hæc respondi, eum, qui religionem ac pietatẽ sibi proposuerit, non omninò patria instituta seruare oportere, sed seruare quidem, si pia & honesta sint: si non sint eius generis, improbare. Fieri enim potest, vt quispiam qui patre impio & à religione alieno natus sit, & velit bonus esse, nolit patrios mores imitari, nec in eorum quasi vestigijs insistere. Quid? ain' tu patrem tuum, inquit, vita non præclara fuisse? Nunquam eum, inquam, vita inhonesta atque improba esse dicam, nisi quòd falsis & turpibus Græcorũ fabulis fidem habuit. Quænam sunt, inquit, fabulæ istæ? Non recta nec

 vera,

Universidad de Deusto Biblioteca

vera,inquam,de Deo opinio:de qua,ſi æquo animo es, cum alijs cupiditate E
diſcendi ductus,audies. Itaq; antè quàm ſermonem inſtituamus,in aliquem
locum qui plus ocij & quietis ſuppeditet,ſecedamus.Ac eô loci progreſsi,in
quo purus gelidæ aquæ curſus erat, viridiumq; arborum omnis generis ob-
lectatio,conſedimus.Cùm autem omnes me intuerentur,ita cum eis ſermo-
nem conferre cœpi, Multùm quidem intereſt inter veritatem atque conſue
tudinem. Græcorum enim partim multos Deos malos atque multis pertur-
bationibus addictos poſuerunt,vt ij qui ſimilia agere velint, illos mali adiu-
tores atque patronos habeant: partim fatum induxerunt, quod ortus dici-
tur, & ſine eo nec pati, nec facere quenquam poſſe cenſent, vt cùm nemi-
nem præter ortum facere aut pati poſſe putauerunt,facilè in peccatum dela-
bantur,& peccantes minimè eos pœniteat eorum ſcelerum quæ admiſerint.
Alij ea quæ hîc ſunt nulla prouidentia gubernari docent, atque ſua ſponte F
hanc rerum vniuerſitatem ferri ſine Domino qui præſit, quod quidem mo-
leſtiſſimum grauiſſimumq; eſt omnium:ita Deum conuicijs contumelijsq;
afficere,& ex vniuerſitate prouidentiam ita exterminare,vt ne dominũ qui-
dem qui præſit,& prouidentia omnia adminiſtret, & qui omnibus pro ſua
cuiq; dignitate tribuat,eſſe dicant. Itaq; non facile ij qui in ea ſunt ſenten-
tia ad ſe & mentem ſuam redeunt,præſertim cum impendens periculum nõ
puideant.At verò eorũ quos vos barbaros dicitis, optima & ſanctiſſima eſt
oratio,quæ Deum vnum,eumq; huius vniuerſitatis effectorem inducit, qui
natura & bonus ſit & iuſtus: bonus,vt qui ijs quos anteactæ vitæ pœnitet,
peccata condonet:iuſtus porrò,vt qui ei qui non reſipiſcit pro dignitate eo-
rum quæ geſſerit,tribuat. Vnuſquiſq; enim dum ſe à Deo qui omnia intue-
tur,iudicatum iri ſperat,maiore ad moderationem impetu ferri ſolet: & qui G
temperatè vixerit,ab æterno ſupplicio liberatur. Vniuſcuiuſq; autem eorũ
Deorũ qui apud vos celebrantur & nominãtur,impia ſceleratacq; facta repre
hendo,vt Iouis,vt Neptuni,Plutonis,Apollinis,Liberi patris,Herculis,& ad
vnum omnium:quos ipſi non ignoratis,eorumq; vitam Græcorum diſcipli-
nis impulſi hauſiſtis,vt quaſi Deorum imitatores ſimilia faciatis. Ac primũ,
ſi placet ab ipſo Ioue qui regali poteſtate cæteris præfuit,exordiar. Eius pa-
ter Saturnus liberos ſuos,vt ferunt,cùm deuorâſſet,falce adamantina patris
partibus exectis,liberorum in parentes pietatis,& parentum in filios charita
tis,ijs qui Deorum myſteria ſcire cupiunt, exempla & ſimulachra prodidit.
Ipſe autem Iupiter,patrem vinctum in tartarum deiecit, alioſq; Deos ſuppli-
ciis afficit.Ijs autem qui nefaria flagitia committere volunt, conſilium cùm
genuiſſet,ebibit.erat autem conſilium ſemen.fieri enim non poteſt,vt infans H
ebibatur. Vt autem puerorum amores defenderet, Ganymedem rapit,& ad-
ulteris,ac conſtupratoribus in ſtupro auxilium ferens,ſæpe ipſe in ſtupro de-
prehenditur.Hortatur etiam ad ſorores ducendas in matrimonium, quippe
qui cum ſororibus,Iunone,Cerere,& Venere cœleſti, quã nõnulli Dodonã
nuncupant,cõcubuerit.Ijs verò qui cum filiabus cõmiſceri cupiunt,ipſe qui
cum Proſerpina cõcubuerit exemplũ improbum ex fabulis prodidit,alijsq;
innumerabilibus flagitijs ſe contaminauit, vt ab impijs & ſceleſtis hoĩbus
propter præſtantẽ intemperantiam & incontinentiam in Deorũ numero eſ-
ſe imperitis fabula perſuadeatur.Hæc ego cùm non temerè improbâſſem ad
Deũ qui vnus bonus eſt, confugi, cùm certo iudicio fidem habuiſſem, ꝓ ex
iuſto Dei ęquoq; iudicio,& lex fixa ac certa ſit,& animꝰ omnino ꝓ dignitate
eorum

A eorum quæ geſſit,tandem aliquando accipiet.Cùm hæc à me dicta eſſent,o-
rationi occurrit Appion. Quid?an non Græci Græcorumque leges hæc ve-
tant,conſtupratoresque & eos qui aliàs contrà faciant, ſupplicijs coercent?
Tum ego ad hæc reſpondi, Græcorum ergo Dij qui contra leges fecerunt,
ſupplicio acerrimo digni ſunt.Quî aũt mihi ipſe temperare,meq; continere
potero,cùm ſciã Deos ipſos primos cum ſtupro grauiſſimum quodq; flagi-
tium admiſiſſe,cùm intereà pœnas nõ dederint,qui hoc ipſo digniores ſunt
ſupplicijs,quòd cupiditati & voluptati non obtemperarent. Qui ſi obnoxij
fuerũt,quî Dij erant? Appion,Nobis,inquit, non Deos ponamus ob oculos,
ſed iudices,quos intuentes à peccando deterrebimur.Non eſt ſimile, inquã,
Appion.Qui enim hoĩem intuetur,ſpe latendi,omninò peccare audebit:qui
aũt Deum omnia intuentem animo ſuo ſtatuet, cùm eum latêre ſe minimè
B poſſe intelligat,clàm etiam peccare deſiſtet.Hoc loco Appion,Ex quo tem-
pore,inquit,te cum Chriſtianis collocutum eſſe audiui, ſententiam mutâſſe
intellexi. præclarè enim à quodam dictum eſt, Corrumpunt bonos mores
colloquia mala.Ergo,corrigunt,inquam,mores nõ bonos colloquia bona.
Quæ cùm dixiſſem, ij qui aderant, planè ſignificabant, ſe ex oratione mea
nonnullam percipere voluptatem.Quocirca cùm rogabant,vt poſtridie rur-
ſus conuenirent omnes,diſceſſerunt. Poſtero aũt die Petro aduentanti mul- *Prior æditio, Prodiderunt, legit.*
ti & loci accolæ & Tyrij,obuiam prodiêrunt, clamoreq; ſublato, ita cũ eo
egerũt,Deus te adiutore nos reſpiciat,te patrono curet. Stans ergo Petrus in
excelſo quodam lapide,vt ab omnibus videri poſſet, ſalutatisq; omnibus ex
diuina piaq; lege,ita exorſus eſt:Deo qui cœlũ,terram & mare condidit,nõ
deeſt cauſa ſalutis eorum qui conſeruari velint.nam & animos veſtros &
C corpora conſeruare poteſt. Audio quidem Simonem Magum,mactatis bu-
bus,vobis medio foro conuiuium dediſſe,multoq; vino onuſtos pernicioſis
perturbatiõibus ac dæmonibus tradidiſſe. Quemadmodum aũt ijs cibis qui
dęmonibus immolati erant,ſumptis,vitiorũ ac malitię Duci ſeruiſtis,ſic his
relictis ad Deũ,Ieſu Chriſti Domini noſtri opa & benignitate,accedite.Hoc
probè noſtis,vos cũ corporis ſanitate etiã animos ſanos habituros eſſe, ſi ea
quæ Deo grata acceptaq; ſunt,excolatis.Hæc aũt grata acceptaq; Deo ſunt,
eum precari,à dæmoniorũ menſa abſtinere, non guſtare ſanguinẽ,ſe ab omni
inquinatione liberũ integrumq; ſeruare: in multis corporibus vno animo
& ſententia coniunctos,quo quiſq; in ſe animo ſit,eo etiam in proximos eſ-
ſe.Ait enim:Occîdi non vis,alterum non occides: non vis vxorem tuam ab "
alio conſtuprari,noli alterius vxorem conſtuprare: non vis quicquam omni- "
D nò rerum tuarũ furto tibi eripi,nihil alterius furare. Quòd ſi ita ipſi per vos "
vinum & idem de eo quod conſentaneum eſt,& quod decet,ſentiatis,eiusq;
participes ſitis,vos & Deo chari eritis,& ſanitatem adipiſcemini. Hæc cùm
à Petro paucis diebus tradita accepiſſent, deinde vt etiam curatio ſibi adhi-
beretur,rogaſſent,ad ſacroſanctũ lauacrũ expiationemq; venerũt. Quę cùm
Sidonij etiam intellexiſſent,miſerunt oratores ad Petrum, qui eum ad ſe ac-
ceſſerent,quòd morbis prohibiti ad illum venire non poſſent.Ipſe cùm pau
cos dies Tyri præterea commoratus eſſet, Tyriosq; varijs perturbationibus
ac morbis liberâſſet,conſtituiſſetq; Eccleſiã,& ex presbyteris qui eum ſecta-
bantur Pontificẽ eius præpoſuiſſet, Sidonẽ profectus eſt. Simon aũt Magus
rurſum cùm eô venire Petrum cognouiſſet,fugit,& Berytum cum Appione
eiusq; ſodalibus ſe recepit:Petrus verò cùm Sidonem ingreſſus eſſet, multos
in lectis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in lectis ij qui ferebant,ante eum posuerunt.Ipse ad eos ita verba fecit.Nolite me putare aliquid præstare posse, quod ad curationem vestri pertineat, cùm sim homo etiam ipse mortalis, multisq; morbis perturbationibusque obnoxius.Exponere autem vobis minimè grauabor,quemadmodum curari possitis,vt qui etiam à Christo doctus, & illius boni viri discipulus fuerim. His cùm Petrus eos qui conuenissent Sidone, moneret, multique etiam illic paucis diebus resipuissent,& credidissent primùm,deindè curationem expetiuissent,Ecclesiam constituit, presbyterorumq; qui eum sectabantur,quodam prefecto Pontifice,Sidone discessit. Vt autem primùm Berytum peruenit,terræ motus factus est,magnaq; statim multitudo ad eum adijt, petentium,vt sibi auxilium opemq; ferret:dicebant enim,se ne prorsus perirent,vehementer extimuisse.Tum quoq; Simon Magus vnà cum Appione, Annubione,Athenodoro,ceterisq; omnibus sodalibus,audacia prouectus,publicè multitudini Petrum ostendens,clamabat,Istum fugite cum omni festinatione:fugite,mihi credite,Magus est,& terræmotum istum ipse apud vos fecit,morbosque profligauit,vt vos terreat,Deusq; apud vos palàm ac publicè habeatur.Cùm multitudo sedato tumultu quieuisset,Petrus subrisit,& magna cùm libertate ita locutus est: Quæ isti dicunt,ea,si Deo ita visum sit, me efficere posse profiteor,paratusque sum præterea, si meæ orationi fidem habeatis,totam vestram vrbem ab ipsis fundamentis euertere.Cumque omnes vererentur primùm,deindè vltro quæ ab illo iuberentur,se facturos promitterent,Petrus,Nemo vestrûm,inquit, posthac cum Magis rem habeat, aut omninò in colloquium veniat. Quæ cùm audissent, in Simonem statim impetum fecerunt,omnesq; cùm aliqua ex parte vulnerâssent,ferire non antè destiterunt,quàm penitus ex vrbe expulissent.Tum accedentes ij omnes qui ei morbis & dæmonibus aduersabantur,ante eius pedes positi sunt. Ipse sublatis in cœlum manibus cùm Deum precatus esset,solis precibus omnes curauit.Cùm autem multos dies apud Berytios commoratus esset, multosq; Patris,Filij,& Spiritus sancti fide planè imbuisset & baptizâsset,vnumque ex ijs presbyteris qui eum sectabantur, Episcopum præposuisset, Byblum profectus est.Ibi,cùm Simonem Tripolin petisse cognouisset, commoratusq; esset apud eos perpaucos dies,multis eius loci curatis,eisq; traditis quæ ad Dei religionem pertinent,vestigijs Simonis inhærens, Tripolin se contulit, cùm eum insequi,nò fugere statuisset.Ad eum autem Tripolin introeuntem,cùm multi Tyrij,Sidonii,Berytij, & Byblij conuenerunt, ex ijs qui discendi cupiditate paulò magis flagrabant, tum vel maximè ex vrbe ipsa multò plures de plebe confluxerunt:cùm eius videndi cupiditate ducerentur.Quidam verò ex fratribus qui ab eo præmissi fuerant, narrabant nobis, & quæ in vrbe agerentur,& quæ à Simone fierent.Nos illi cùm excepissent,domum Maroonis duxerunt.Petrus autem cùm ad fores diuersorij peruenisset,multitudini postero die se de religione verba facturum esse promisit.Cùm verò intrâsset,negauit se antè quicquam cibi capturum esse, quàm eos qui conuenissent refecisset.Sed cùm respondissemus,nos eis omnibus studiosè cœnam daturos,ipse qui audisset, collaudatis nobis exijt: cumque se in mari abluisset, ingressus est primùm, deinde cibum sumpsit, postremò cùm nox appeteret cubitum iuit.Posteà in secundo gallorum cantu surgens cùm iam vigilantes nos inuenisset,qui vnà cum eo eramus omnes sedecim,Petrus dico,ipse Clemens, Niceta, Aquila, & duodecim ij qui præmissi fuerant, salutatis nobis,

ingressus

A ingressus est quidam ex familiaribus,qui ei nũciaret,Simonem Magum cùm illum Tripolin aduentare audiuisset, profectum in Syriam : multitudinem verò quæ eam noctem annum esse existimâsset, diem quem constituisset, cùm expectare non posset,pro foribus stare, de Simonis scelere & improbitate multa,quæ ad seditionem tumultumq; spectarent loquentẽ, quòd cùm ipse eos suspensos tenuisset,promisissetq; se Simonem ipsum multis malis & criminibus conuicturum,ille cognito eius aduentu noctu fugisset:sed tamẽ omnes summa eum audiendi cupiditate duci : ipse cùm multitudinis studium admiratus esset, Videte,inquit,fratres quàm planè & apertè Domini nostri verba compleantur.Memini enim eum dicere,multos venturos esse ab oriente, occidente, aquilone & mari, ac cum Abraamo, Isaco, & Iacobo discubituros.Sed multi,vt ait,vocati sunt,pauci verò electi. Ac venire quidem
B non eorum est,sed Dei qui vocauit. Si verò postquam vocati sunt, virtutes excolant,hoc eorum est proprium,æquaq; ferent præmia. Quæ cùm dixisset,magna hominum multitudine animaduersa,placidè vt cùm riuus aliquis ex flumine fluit,Maroonem rogauit,vbi ei locus ibi esset, qui tantam multitudinem capere posset.Cùm Maroanus eum in locum excultum sub dio duxisset,& multitudo consecuta esset,ipse in basi statuæ non admodum excelsa stans,simul atq; multitudinem pro more religionis salutâsset,cùm multos qui aderãt,à dæmonibus multo iam ex tempore vexari animaduertisset, qui & striderent cum vlulatu,& caderent supplices,eis obiurgatis,cùm imperâsset vt quiescerent,seq; eos curaturum cùm perorâsset,pollicitus esset,ita exorsus est:Deus qui vnus bonus est,& bona omnia fecit, generis hominum salutis causa vnigenitum filium suum Dominum nostrum Iesum Christũ mi-
C sit,qui & ea quæ ipsi placerent,enunciaret,& legem æternam daret,vt si ei in omnibus pareamus,& baptizemur in peccatorũ remissionẽ, vita æterna potiamur.Date autem operam primùm,vt vestem vestram inquinatam ac pollutam infidelitatis ac perfidiæ sordibus, exuatis : quam non aliter detrahere potestis,nisi antè in præclaris actionibus baptizemini,atq; ita demùm puro &integro corpore atque animo effecti,vitã consequemini sempiternã.Itaq; nolite idolis ac simulacris credere,nec mensæ eorum fieri participes: nolite cædem facere,nolite stuprum offerre:nolite odia inter vos & inimicitias exercere:nolite furtum facere,nec in vllis minus honestis & bonis actionibus versari.Hæc cùm ipse dixisset,multaq; ex scripturis monuisset,omnes remãserunt,alij curationis gratia,alij vt viderent qui curarẽtur, ipse impositis por rectisq; in illos tantùm manibus,precibusq; fusis,vnũquenq; à morbo libe-
D rauit,vt ij qui repente curati fuerant, & mirarẽtur plurimùm, & gloriã Deo ob valetudinẽ tribuerent.Illi cùm firmo stabiliq;animo credidissent,vnà cũ ijs qui curati fuerant, ad sua redierunt, hoc accepto mandato, vt maturiùs manè conuenirent. Postridie Petrus cũ sodalibus qui vnà cũ eo erant,exijt, cũmq; ad eum locũ rursus venisset,Deus, inquit,potest omnia. Is enim bonitatem cum iustitia coniũctam in se habet,& his tẽporibus in omnes patientiæ suæ illustria documenta declarat,vt eos qui velint eorum malorum quæ egerunt,pœniteat,ijdemq; posteà ea in vita agant, quæ illi grata & accepta sint,quæ cùm perfecerint,in die quo iudicantur omnia,pro dignitate vnusquisq; accipiat. Itaq; nunc demum veræ præclaræq; scientiæ Deo confisi ac freti,incipite vestris minus rectis cupiditatibus obsistere, vt pristinum gratiæ munus, quod humano generi concessum est, reuocare possitis.Sic enim

Semper q̃ asscribentur in numerũ Christianorũ, ut baptizẽtur monet Petr⁹.

EEe & vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vobis ex eo bona orientur, & ei qui dedit, pro acceptis bonis quæ exprimi non possunt, in omne tempus gratias agetis, si primũ abluti fueritis beata Trinitatis appellatione, si sordes, si macula in animis vestris extet & hereat. Sic enim non solùm spiritus, qui intra vos latent, eijcere poteritis, sed etiã dæmonia, quæ alios conturbant, cum alijs perturbationibus & morbis expelletis. Cùm finem dicendi fecisset, eos iussit qui aliquibus morbis afflicti erant, ad se accedere, impositisq; manibus cùm illos statim curâsset, præcepit, vt manè maturiùs conuenirent. Tertio verò die prima luce ipse cùm surrexisset, salutatis omnibus, sedit: nos verò qui circum eum consederamus, atque in eum ora & oculos conuerteramus, cùm aliquid audire velle intelligeret, Omnes, inquit, ô amici, qui Deum colere instituunt, in primis intelligere debent, eum in tribus personis cognosci. Est autem eius propriũ & præcipuum, quòd omnium rerum quæ conditæ sunt, effector est, omnia continet, omniaq; determinat, vt qui super omnia sit, omnibusq; rebus emineat, omniaq; effecerit. Quæ cùm dixisset, multaq; ad Dei religionem pertinentia docuisset, offerri sibi iussit eos, qui & à dæmonibus vexarẽtur, & morbis aliquibus laborarẽt. Cùm oblati productiq; essent, impositis manibus, precatus est, atq; valentes dimisit. Postero rursus die cùm surrexisset, precatusque esset, dimisit incolumes primùm: deinde, cùm nobiscum consedisset, ita exorsus est, Eum qui ad Deum velit accedere, sobrium esse oportet, temperantem esse, iram cohibere ac continere, aliena non sibi vendicare, iustè viuere, æquabiliter, constanter, clementer se cum opes desunt, continere, vel non habentem quod ab alio ablatum fuerit, satiatum & contentum esse: puro corde esse & casto corpore, non similem esse pharisæis, quibus Dominus & Deus noster Iesus Christus dixit, Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, quòd poculi & catini exteriores partes purgatis & detergitis, interiores autem plenæ sunt squaloris & sordium. Pharisæe cæce purga primùm interiores pocuili & catini partes, vt id etiam quod extra est, permũdum sit. Verè enim is qui id quod intus est purgat, id quoque quod extra est, purgare potest. Qui autẽ exteriores partes purgat, id facit auræ hominum aucupandæ gratia, sed apud Deum mercedem non habet. Cùm hæc dixisset, & multò plura de castimonia, completis iam tribus mensibus, quibus mihi ieiunium præscripserat, duxit me ad fontes maris, qui in propinquo erant, atque in perenni iugiq; aqua abluit, Patris, Filij & Spiritus sancti nomine: acceptumq; panem cùm ipse cõfecrasset, ac fregisset, nobis sacrosancta & vitalia sacramenta capienda & edenda dedit. Ita conuiuio excepti fratres nostri cùm fuissent, quòd Dei concessu ac munere renatus essem, Deo & gloriam tribuimus, & gratias egimus. Cumq; magna hominum multitudo conuenisset, Petrus morbis, & malis, dęmonibusque profligatis & expulsis, ablutisq; aqua salutari permultis, Maroonem qui eum recepisset, cùm initiatus esset præposuit Episcopum, duodecimq; presbyteros designauit, diaconosq; declarauit è repub. Christiana, egitq; cum Episcopo de Ecclesiæ & ordine & concordia. Quibus gestis omnibus, cum Tripolitanos Phœnices valere iussisset. Antiochiam Syriæ vrbem recta contendit. Cùm Tripoli Phœnices egressi essemus, vt Antiochiã veniremus, eo die Orthosiæ morati sumus, & quia haud longè aberamus ab ea vrbe ex qua discesseramus, cùm omnes ferè anteà eum prædicantem & docentem audissent, illic vnum tantùm diem commorati, Antaradum petiuimus. Cùm autem multi nobis comites itineris essent, Petrus Nicetam & Aquilam

Hactenus ieiunãtem Clemẽtem ad trimestre usq; baptizat Petrus, eiq; sacrã exhibet synaxim.

Aquilam ita allocutus est. Quoniam magna comitum multitudo non paruam inuidiam nobis in oppida intrantibus conflat, necessariò curandum esse vidi, vt neque hi offendantur, si vnà nobiscum esse prohibeantur, neq; nos si videamur in publico, alijs causam inuidiæ afferamus. Itaq; volo te, Niceta, vnà cum Aquila, ante me duplici grege sparsim proficisci. Ad hæc illi respondẽrunt, non admodum sibi molestum graueq; esse hoc facere, quod ab illo imperatum esset: primùm quòd prouidentia diuina delectus esset, qui omnia præclarè & animo cernere posset, & consulere: deinde quòd ad summum biduí itinere se ab eo disiunctos, hoc facere necesse esset. Quod tempus etsi longum esset, præsertim cum illius aspectum adimeret, tamen se illi qui vtilia præciperet, nolle repugnare. Quæ cùm dixissent, nos antecesserunt. Tum verò magna ex eo lætitia affectus sum, ego Clemens, quòd me secum esse voluisset. Itaq; his verbis cum eo egi, me Deo gratias agere, quòd me à se vt sodales non dimisisset, quippe qui dolere enectus fuissem. Quid illud est? inquit, an si res postulabit, vt tu aliquò mittare, quòd vtiliter à me aliquandiu seiunctus eris, propterea emorière? Nónne si tecum loquare, tibi ferenda esse, quæ tibi quòd vrgerent præscripta sunt, æquo animo feres? aut non intelligis amicos recordatione & animo vnà esse, etiãsi corporibus inter se disiuncti sint, quemadmodum nonnulli qui corporum societate coniuncti sunt, cùm animis procul sint remoti? Tum ab eo maiorem in modum contendi, ne me putaret ea quæ molesta essent stultè perpessurum fuisse, sed rectè etiam nec sine ratione: Nam quemadmodum vnum eum omnibus, vt patri, matri, fratribus & cognatis, anteposuissem, qui mihi veri quod salutem affert, diuino amore adductus, auctor & causa extitisset: sic fructum consolationis, quam ab omnibus cõsecuturus fuissem, ex eo vno me capere. Vereri enim me prorsus, ne ab eo dimitterer, ne fortè feruore ætatis, cupiditatibus perturbationibusq; succumberem. Ob eamq; causam sic in hac causa hærere me, vt ab illo non possim discedere, nisi ira quadam diuina hoc accidat. Etenim meminisse me hoc ab eo Cæsareæ dici, Si quis mecum ire velit, piè etiam vnà iter faciat, piè autem eum exposuisse, neminem offendere ex Dei lege, qui parẽtes, vxorem, aliosq; nonnullos qui piè instituissent viuere, desereret. Hinc me omni ex parte ei studiosum esse viæ comitem, cui gratissimum faceret, si mihi seruorum partes agendas permitteret. Cùm finem dicendi fecissem, Petrus nonnihil subridens, quid? Clemens, speras fore vt minimè cogaris in aliquẽ seruorum locum detrudi? aliò qui quistandem mihi præclaras & multas tunicas, cum anulis & calceis custodiet? Quis verò suaues & magnificos cibos præparabit? qui cùm varij sint, multos & artificiosos coquos desiderant: cæteraq; omnia quæ quasi vasto animali cupiditati antè instruuntur: nisi fortè hoc tibi studium incessit, quòd minimè cognosceres, atque adeo ignorares institutę vitę meę rationem, in qua solo pane, & oliuis, raroq; oleribus vtor: vnaq; veste, & pallio attrito, hoc ipso quo me amictum vides, contentus, alterum neq; alia vllo modo desidero. hæc enim mihi satis multa sunt. Nam quoniam mea mens omnia bona, quæ in cœlo sunt æterna, intuetur, nullum eorum quæ hîc sunt, ei curæ est. Veruntamen egregiam tuam voluntatem & præclarum institutũ probo & accipio, laudoq; non sine admiratione, q̃ tu qui lautè ac magnificè viuere assueuisti, facilè ad hanc inopiam te vitamque tuam adegeris & mutaueris. Ego enim & Andreas frater à puero non solùm in pupillorum vita educati, sed etiam inopia & paupertate coacti, ita in opere ac labore

D.P. Apo. diet. uict. stitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac labore versati sumus & assuefacti, vt facilè nunc hunc tam longi itineris E
laborem feramus. Quocirca si mihi obtẽperabis, ea me tibi officia quæ seruorũ sunt, præstare sines. Hac illius oratione mihi & tremor obrepsit, & lachrymæ obortæ sunt, consyderanti qua oratione qualis vir vteretur, cui omnes huius ætatis homines scientiæ & pietatis nomine concederent. Ille autem cùm illachrymantem me animaduertisset, causa quæ esset, rogauit. Ego cum quærerem, quôdnam scelus admisissem, vt verbum eiusmodi audirem: idem statim respondit, si in eo peccâsset, quòd se mihi ministraturum decreuisset, priorem me peccâsse, qui priore loco hoc facere statuissem. Ego tum respondi, nõ esse parem causam, propterea ꝙ mihi hoc faciendũ esset, ei nihil minus, cùm præsertim præco Dei esset, eiusq; fidei animi hoĩm regendi gubernandique causa essent traditi atque cõmissi. At ille, Dominus noster, inquit, qui salutis totius mundi causa venit, cùm vnus supra omnes veram & F
solam nobilitatẽ obtineret, ministrare sustinuit: vt nos doceret, non indecorũ & turpe ducere, proximis seruorũ munia obire, etiã si nobiles simus, plurimũ inter nos & illos intersit. Si te, inquam, ratione & oratione à me vinci posse existimem, amens sim planè, & stultus. Sed tamen gratias diuinæ prouidentiæ, ago, ꝙ dignũ me existimauerit, cui te parentũ loco daret. Cumq; ille, rogatet, num quis esset mihi verè propinquus, respõdi, multos mihi atq; magnos viros esse, qui genere & propinquitate ad Cæsarem attinerent. Itaq; eum patri meo, vt qui vnà educatus fuisset, vxorẽ propinquã & cognatã dedisse, ex qua liberi tres nati essemus, quorũ duo maiores natu qui etiã gemini essent admodũ similes inter se fuissent, quẽadmodũ pater mihi cõmemorauisset. Me eũ neq; eos, neq; matrẽ planè nosse, sed quasi per somniũ, leuẽ etiã & obscurã eorũ formã tenere. Matri quidem Matthidiæ nomen fuisse, G
patri aũt Fausto, fratribus Faustino & Faustiniano: cùm tertius prętereà editus essem, matrẽ per quietẽ visam esse audire, quemadmodũ pater exponebat qui moneret, nisi geminis liberis repentè acceptis, Roma decennium & eo ampliùs abesset, fore vt vnà cum eis ad internecionẽ interiret. Patrẽ cui liberi chari essent, cũ seruis & ancillis, comparatis & suppeditatis satis largè ijs omnibus quæ ad viam necessaria erant, impositos in nauẽ, Athenas excolendi ingenij causa misisse: vnũ me apud se ac secum consolationis causa retinuisse: ob eamque causam me Deo magnas agere gratias, quòd per quietẽ non iussus essem vnà cum matre exire Roma: & exacto anno suis Athenas misisse pecuniam, & simul quòd cuperet certior fieri quî valerent: eos non reuersos esse, qui missi fuissent. Tertiò rursus anno eundẽ cùm diffideret, alios item misisse cum ijs quę ad victũ pertinerent, qui quarto demũ anno redijssent re H
nunciatũ se, nec matrem vidisse, nec fratres, nec cuiusquã eorũ qui vnà cùm eis profecti essent, vel vestigium inuenisse. Patrem eo nuncio præ dolore exanimatum, cùm nesciret, quônam potissimùm eorum quærendorũ causa se verteret, adiunxisse me, & ad portum descendisse, in quo sæpius quæsiuisset, vbi quispiam vidisset vel audisset intra quadriennium incidisse naufragium: eundem cùm alius alibi accidisse diceret, rursus rogasse, num mulieris cadauer cùm pueris in terram expulsum vidissent: cumq; multi multos eiusmodi casus varijs temporibus se vidisse dicerent, ingemuisse: & quanquã charitate suorum victus stultissimè interrogâsset, qui tam immensum maris profundũ scrutari conaretur, tamen veniam ei dandam fuisse, qui sua in eos quos quæreret charitate impulsus, inani spe pasceretur. Tandem verò aliquando cum

curato-

A curatorũ & tutorum fidei me duodecimum iam agentẽ annũ tradidisset, ipsum in portum deuenisse, conscensaque naui, ad eos quærendos nauigasse, quo ex tẽpore adhuc nec literas ab eo accepissem, nec scirẽ viuerẽtne, an esset mortuus: me tamen eô adduci potiùs vt credere, alicubi eũ vel dolore victũ, vel naufragio perijsse. hoc mihi argumento & documento esse, quòd iã ille vigesimus annus esset, ex quo vestigium nullũ veritatis de eo accepissem. Hæc cùm audisset Petrus, animi dolore & quasi cõsensioni quadam naturæ ductus, illachrymatus est, statimque eis qui vnà erant, dixit, si cui religionis ac disciplinæ nostræ homini ea quæ meo patri acciderunt, vsu venissent, eũ cõtinuò pro religionis more causam malo genio assciptuum fuisse. Sic miseris gentibus calamitates euenire, quas pij ipsi ignorarent. Se autem eos miseros appellâsse, nec iniuria. Nam & hîc errare eos & ex ea spe decidere, quæ in cœlo ostenderetur. Quæ enim mala Christiani perferrent, ea illis supplicij B
causa pro delictis euenire. Cùm finem dicendi fecisset, quidã ex nostris cæteris audacior, eum pro omnibus hortatus est, vt postridie prima luce in Aradum insulã, quæ è regiõe erat, nec triginta omninò, vt puto, stadijs aberat, nauigarent, visendarum columnarum duarum ex vite gratia, quæ maximum pondus sustinerent, Petrus eis morem gerens, annuit, cùm monuisset, ne vnà omnes cùm ex naui egressi fuissent, ad ea inspicienda quæ cuperẽt, proficiscerentur, quòd nollet eos ciuium oculos in se conuertere. Cũ ita nauigâssemus, hora vna in insulam appulimus, & eô venimus vbi columnæ ex vite erant: sed tamen cum columnis alius aliud Phidiæ opus vidit, Petrus vnus nõ sibi necesse putauit ire eorum visendorum causa quæ illic ferebantur: mulierem autem quandam quæ extra pro foribus sedebat, atque victus causa mẽ C
dicabat, rogare cœpit, quódnã ei membrum deesset, quòd tantam contumeliam, id est, mendicandi, suscepisset, ac non potiùs manuum quæ ei à Deo datæ essent, opere & labore quotidianum victum pararet. Mulier cùm ex imo pectore gemitus ac dolorem duxisset, respõdit, si sibi manus essent, quæ possent aliqua ex parte ipsi subuenire, fuisse facturam, sed eas manuum tantùm figuram retinere, quæ sint præmortuæ. Cumque Petrus rogaret, vnde ei illud tã graue malũ accidisset, ex sola animi imbecillitate, respondit. Si enim virili animo esset, se nacturam fuisse locum vel excelsum, vel profundum & altũ, ex quo cum se deiecisset, tum denique malorum quæ eã excruciarent, finem afferre potuisset. Hoc loco Petrus eam rogat, num eos omnes qui sibi mortẽ consciscerent, liberatum iri supplicio putaret: aut non grauiore supplicio affici in inferis eorum animos qui ita morerentur, quòd se ipsi interfecissent. D
Illa autem ad hæc respondit, si persuasum sibi esset, animos verè in Inferis reperiri qui viuerent, se etiam optaturam esse mortem, atque parui supplicium facere, vt eos quorum maximo desyderio teneretur, etiam breui exiguoque tempore cerneret. Cumque Petrus rogaret, quídnam eam cruciaret: se enim scire cupere, quæ si docuisset, fore, vt ei persuaderet, animos apud inferos viuere, & pro præcipitio vel pfundo remediũ ei suppeditaret, quo à vita tristi & acerba liberaretur: mulier quæ id quod dixisset, nõ intelligẽret, sed tantũ libenter arripuisset, ita exorsa est: si genus & patriã illi exponeret, nõ sperare se illi posse persuadere. Sed quid, inquit, hoc tua refert scire: aut solã causam, cur dolore impulsa, morsibus meas manus mortuas reddiderim, attamẽ mea si audire potes, exponã. Ego qui claris parentibus nata essem, principis cuiusdam imperio viro nupsi, qui ad eius genus attinebat. Cùm geminos liberos

EEe 3 sustulis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Forsan Saenæ ligẽdum.

sustulissem,tertium prætereà peperi.Viri autem mei frater, cùm insano mei B
amore,formaque captus esset,ego,quæ,vt mentis esset * suæ, vehementer o-
ptarem,nec commisceri cum amatore vellem,nec rursus viro fœdumfratris
sui in me amorem exponendum ducerem,ne &viri thoro contumeliam aut
iniuriam facerem,& causas belli atque inimicitiarum inter fratres sererem,
& illius generi quod magnum esset,maculam aut notam inurerem : ciuitatẽ
mihi ad quoddam tempus cum geminis meis relinquendam censui, quoad
scelestus amor eius qui me ad dedecus & infamiam assentando pelliciebat,
deferbuisset. Alium autem puerum,vt apud patrem ad solatium maneret,re-
linquere constitui.Quæ vt fierent omnia,somnium mihi fingendum censeo,
quasi me aliquis noctu per quietem monuisset, vtconfestim cùm geminis
meis Roma exirem ad quoddam tempus,dum ipse rursus reuertendum mi-
hi esse significaret,quòd futurum esset, vt cum viro liberisque omnibus su- F
bitò infelici morte occumberem.Simul atque fictũ atque falsum somnium
viro exposui,ipse qui timore perculsus esset,me,liberos duos seruos & ancil
las cum magna vi pecuniæ in nauem impositos,Athenas misit, iussitque me
in ea vrbe dare operam,vt liberi erudirẽtur,quoad oraculo admonita essem,
vt reuerterer.Atque ego misera vnà cum liberis nauigans,vi ventorũ in hæc
loca delata sum, naueque noctu dissoluta, naufragio in mare eiecti sumus.
Mortuis autẽ omnibus,vna ego misera magnis fluctibus iactata in saxum e-
iecta sum,in quo cùm sedissem,quòd liberos viuos inuenturam me sperarẽ,
in profundum me non deieci tum, cùm animum fluctibus molestiam pari-
entibus iam obrutum onustumque haberẽ, atque hoc facile possem facere.
Vt autem primùm illuxit,magna voce clamans,tristisque lamentans,oculos
in omnes partes conuertebam,miserorumque liberorum meorum cadaue- G
ra quærebam.Loci incolæ primùm misericordia moti, cùm nudam me vi-
dissent,induerunt:deinde profundum,liberos meos quærẽtes, scrutati sunt.
Quos cùm minimè reperissent,consolandi mei causa mulieres quædam ho-
spitalitatis studiosæ cùm accessissent,sua quæq; mala exponebãt, vt simili-
tudine calamitatis aliquam consolationis partem in meis dubijs rebus inue
nirem.id quod dolorem etiam meum augebat,animumque meum excruci
abat,cùm mulerũ & aliorũ miserias calamitatesq; audirẽ.Cumq; me multæ
in diuersoriũ ducere vellent,pauper quædam huius loci multis verbis & pe-
nè vi illata mihi persuasit tandem,vt ad se irem,cùm me bono animo esse iu-
beret,quòd virũ suũ (nauta autem is erat) admodũ iuuenem in mari perijsse
diceret,seque viduam cælibem vitam,iam tum instituisse agere viri sui desy-
derio,cùm multi eam rogarent,vt nuberet:fore autem communia inter nos H
ea omnia,quæ manuũ opere parare possemus. Quæ cũ illa dixisset,ego,ne lõ
giore in his exponendis oratione vtar,cum ea habitaui propter amorẽ quo
virũ diligeret.Non multùm temporis præterierat,cùm & meæ manus mor-
fibus labefactatæ sunt,& ea mulier quæ me receparat,morbo quodam tota
occupata,ferè sine motu domi decubuit.Quoniam igitur misericordia mu
lierum illarum refrixit,& ego atque illa domi calamitate ex æquo oppressæ
sumus:hîc,vt vides,victum quæritans sedeo, quodque mihi suppetat,id cõ-
mune inter me atque illam calamitatis sociam facio. Atque hic quidem re-
rum mearum status est.nunc restat,vt tu promissum exoluas,id est, remedi-
um his meis malis afferas,vt eius quod dabis,eam cum qua habito, quæque
mortem optat,participem faciam,& ego particeps facta faciliùs ab hac vita
migrem.

A migrem.Cùm finẽ dicendi mulier fecisset,Petrus cogitatione stare suspen-
sus videbatur.Ego verò cùm restitissem,doctoremque cum muliere collo-
quentem offendissem,Iam dudum,inquam,circuncursans te quærebã: nũc
quid faciendum est?Petrus autem mihi imperauit,vt in naue manerem. Et
quoniam ei qui ita iusserat,non licebat repugnare,imperata feci. Ipse qui,
vt mihi omnia pòst exposuit, leui quadam suspicione animo moueretur,
mulierem rogauit,vt genus suum,ciuitatem, liberorumque nomina expri-
meret,sic enim fore,vt præsens remedium ei daret. Illa cùm cogeretur, nec
vellet dicere,& tamen remediũ accipere cuperet,callidè & astutè pro alijs a-
lia dixit,seque Ephesiã esse professa est,virum Siculum, eodemq; modo triũ
liberorũ nomina expressit.Petrus qui eam verũ proferre existimaret, Heus
inquit,mulier,me magnũ tibi gaudiũ afferre& nunciare posse speraui,quòd
B te esse quandã putarẽ,cuius res auditas planè scio.Illa iureiurando eum ade-
git,rogauitque vt ea narreret,quo faciliùs intelligeret, essétne alia mulier i-
psa infelicior.Petrus tum,qui mentiri nesciret,& alióqui misericordia erga
illam moueretur,id quod res erat cœpit dicere,sibi esse adolescentẽ,qui ser-
mones de Dei cultu & religione audire cuperet, & Romanus esset,qui sibi
narrásset,Patrem se habere & geminos fratres,quorũ neminẽ videret.Matrẽ
enim suam, quemadmodum ei pater narrare solitus esset, visam esse audire
per quietem,aliquẽ qui eã moneret,vt ex vrbe Roma cũ geminis ad quod-
dam tempus exiret,ne infelici morte occumberet:eamque cùm exierit cum
eis nunc minimè reperiri.Eius etiã virum,huius aút patrem,cùm eorũ quæ-
rendorum causa egressus esset,non inueniri.Cùm hęc Petrus dixisset,mulier
quæ his animũ intendisset,stupore exanimata est. Petrus cùm eam ad animi
C attentionem hortatus esset,quídnã esset quod ei accidisset,rogabat:cùm il-
la,quasi ex ebrietate sobriæ animũ sumens, trito ore, vbi est,inquit,vbi in-
uenis quem narras?Ipse qui rem cognitã haberet eam,vt primùm secum lo-
queretur monebat, quòd aliter eum videre non posset. Tum illa celeriter,
Ego,inquit,adolescentis sum mater,atque ei Clementi nomen est.Is ipse est,
Petrus inquit,ipse est,atque is erat,qui paulò antè huc accessit, meque con-
uênit,quemque in naui remanere iussi.Illa ad pedes Petri se proijcit, cumq;
rogat,vt ad nauem properarent.Petrus se hoc facturum esse respondet,si pa-
cta seruaret. Mulier se paratam facere omnia dicit, dum modo sibi filium
vnigenitum ostenderet.Hoc enim viso,mihi, inquit, etiam duos meos qui
hîc sunt mortui, videre videbor. Sed cũ eũ,Petrus inquit,videbis, quiesce,
dũ ex insula excesserimus.Eius tũ accepta manu,eam ad nauẽ duxit.Ego ve-
D rò cùm mulierem manu ducentem animaduertissem, risi primùm, de-
inde cùm honoris causa ei obuiam prodijssem, eam manu cœpi ducere:ip-
sa verò simul atque eius manum contigissem,magna voce,vt mater clama-
uit, meque complexa vehementer, vt filium suum osculata est.Ego qui to-
tius rei ignarus essem, vt amentem repellebam: Petrumque verens, irasci
cœperam, cùm ille, Sine, inquit, Clemens. quid enim facis, qui eam quæ
te peperit, & edidit, repellas ? Quòd cum audiuissem, os lachrymis op-
pletum fuit, parentique deprimenti se, ego quoque ad terram corruens os-
culum tuli.Etenim simul atque verbum illud prolatum est, formam recor-
dando leuiter agnoui. Ac magnus quidem hominum concursus fiebat vi-
dendæ rei inuisitatæ atque nouæ gratia, omnibusque hoc in ore versaba-
tur,Quomodo ita demum vir tantus mulierem quæ victum quæritaret, ma
trem

Universidad de Deusto Biblioteca

trẽ ſuam agnouit.Cùm ex inſula cum matre exire vellemus, ipſa me monu- E
it,vt ei mulieri quæ ipſam recepiſſet,conſuleremus:quæ cùm pauper eſſet,&
omnibus opibus deſtituta,domi ſuæ decumberet.Petrus qui hæc audiuiſſet
vnà cum multis qui aderant mulieris prudentiam admiratus eſt,ſtatimque
nonnullos ire iuſsit,qui eam in grabbato portarent.Ea cùm illata eſſet,grab
batum poni iuſsit,ipſe in conſpectu omnium,Si veritatis,inquit,pręco ſum,
confeſtim ſurgat ſalua & incolumis ad fidem eorum qui circunſtant,vt co-
gnoſcant Deum vnum eſſe,qui mundum effecit. Vt primum finem dicendi
feciſſet,mulier ex grabbato ſurrexit,& ad Petri pedes ſe proiecit.Deinde cũ
ſociæ & amicæ oſculum tuliſſet,quid hoc rei eſſet,quærebat.Illa omnem ei
rem agnitionis ordine narrauit,ex quo ij qui audierunt,obſtupueruut. Ma-
ter mea, quæ hoſpitam nec opinato ſaluã & incolumem redditam vidiſſet,
tum rogare,vt ipſa quoque curaretur, cœperat: cùm Petrus manu indita & F
impoſita,ei priſtinam valetudinem reſtituit.Tum verò de Dei cultu & reli-
gione diſſeruit,quam orationem ita concluſit,vt moneret,ſi quis ea planiùs
vellet cognoſcere,Antiochiã proficiſceretur, vbi cõplures dies manere ſta-
tuiſſet.Si enim negociationis,inquit,vel militiæ cauſa,& domos relinquere
& magnos labores ſuſcipere ac perferre minimè dubitatis,æternæ vitæ cau-
ſa ne tridui quidem viam ſuſcipere ac conficere in animum inducetis? Hæc
cùm dixiſſet,finem dicendi fecit.Iam verò cùm ei mulieri quæ curata fue-
rat in conſpectu multitudinis hominum,mille drachmas ad victum dediſ-
ſem,eamque viro bono cuidam primario ciuitatis ſuę collocâſſem,qui hoc
pro ingenio ſuo lætus facere voluiſſet:& præterea pleriſque alijs quæ aliquã
do matri ſolatio fuiſſent,argentũ erogâſſem, Deoque gratias egiſſem,cùm
Petro,matre,aliſque ſodalibus Antaradum nauigaui:atque ita in diuerſoriũ G
nos recepimus. Cùm autẽ eodem in loco eſſemus,ſumptoque cibo tempus
etiam protraheretur,Petro dixeram,matrẽ humanitatis opus ac munus præ
ſtitiſſe,quæ hoſpitę mulieris memor fuiſſet:cùm ille à me quærere cœpit,nũ
matrem verè humanitatis opus feciſſe exiſtimarem,quòd gratiã ei quæ ip-
ſam ex naufragio recepiſſet,retuliſſet,an vt à matre gratiam inirem,hoc di-
xiſſem.Si non vt à matre gratiã inirem,ſed quòd verũ faterer,dixiſlem,dice
bat me ſibi videri ignorare, quænam eſſet humanitatis magnitudo,quæ ſit
amor in quẽlibet,qua ex parte homo eſt, eo remoto quod natura moueat:
quin ne eam quidẽ quæ parentem meam ex naufragio domum ſuã recepiſ-
ſet,humanitate vſam ſe velle aut poſſe dicere. Miſericordia enim mota &
impulſa fuit,vt bene mereretur de muliere,quæ naufragium perpeſſa eſſet, H
quæ liberos lugeret,quæ peregrina,nuda,deſerta eſſet, incommodiſque ve-
hementer angeretur.In tot ac tantis calamitatibus,quis non etiam barbarus
& à religione cultuque Dei alienus,cũ vidiſſet,miſericordia in eã affectus fu
iſſet?Ex quo apparet non humanitatis officium etiã hoſpitam mulierem ei
præſtitiſſe,ſed miſericordia ob calamitates ad bene de ea merẽdũ permotã
fuiſſe.Nã matrẽ meã cui vita ſuppetiuiſſet,hoſpitæque gratiã retuliſſet,non
humanitatis,ſed amicitiæ functã eſſe munere. Multũ autẽ inter amicitiã &
humanitatẽ intereſſe,quòd amicitia ex beneficio,aut gratia quę refertur o-
riri ſoleat,humanitas autẽ ſublata omi re quæ naturæ inſtinctu ſuadeat, de
omi homine,quia homo ſit,amore ducta bene meretur. Quòd ſi ea hoſpi-
ta quã miſericordia incitauiſſet, etiam hoſtibus qui iniuriã ei intuliſſent,
miſericordia permota ſubueniret,humanã eã futurã.Sin ex eo quòd amica,

Quid ſit humãitas, definitio Petri.

Inter Amicitiam & humanitatem diſcrimen.

vel

A vel inimica eſſet,aut amica eiuſmodi,non hominis amicam eſſe aut hoſtem
ſed alicuius qui cauſa & auctor eſſe.Tũ ego,Nõ ergo tibi,inquã,videtur hu-
mana eſſe etiã hoſpita,quæ peregrinæ quã non noſſet,ſubuenerit?Miſericor-
dẽ,inquit ille,eã appellare didici, humanã nõ auſim dicere:cũ ne matrẽ qui-
dem tuam amantẽ liberorũ. Dolores enim & educatio eam impulerunt,vt
amaret.Vt enim is qui fœdũ amorẽ ſequitur,conſuetudine ductus aſſenta-
tur,& amicus gratia:ſic miſericordia præditus vir,rebus aduerſis moueri ſo-
let.Quanquã vicinus eſt humano is qui miſericordia eſt præditus, quòd de-
tracta omni ſpe quæſtus aut gratiæ, ducitur ad bene merendum,ſed tamen
non eſt idem humanus. Cùm ab eo quærerem, Quibus ergo in factis atque
officijs humanus verſari poſſet,ille,Quoniam,inquit,cupere te video audire *Quis humanus.*
quódnam ſit humanitatis munus,non dubitabo dicere. Humanus is demũ
B eſt,qui & inimicis placatus eſt,& eis qui bene meriti ſunt, beneficia defert.
Hoc ita eſſe planè intellige:humanitas mihi ex duabus partibus cõſtare vide *Quot partibus conſtet humanitas.*
tur,quarum vna miſericordia eſt,altera in proximum charitas.Proximus eſt
autem homini homo quilibet,nõ ſolùm vnus eſt homo.Nã & malus homo
eſt,& bonus,& inimicus & amicus.Ergo qui humanitatẽ excolat,is imitari
Deum debet,bene merendo de iuſtis & iniuſtis,quemadmodũ Deus ipſe fa-
cit,qui in hoc mundo Solẽ ſuum,& pluuiã omnibus impertit. Quòd ſi pro-
bos afficere bonis velis,improbos autem ſupplicijs, iudicis officium & mu-
nus conaris exequi.Hîc,ego,Quid,inquam,an nõ Deus qui tum iudicaturus
eſt,quemadmodũ nos doces,humanus eſt?Repugnantia,inquit,dicis.Quo-
niã enim iudicat,eſt humanus.Cùm enim eos qui iniuria affecti ſunt, amet,
eorumque miſereatur,in eos qui alijs iniuriã fecerunt,animaduertit.Cùm ex
C verbis illius concluderem,me quoque humanũ eſſe, ſi & probos bonis affi-
cerem,& de eis qui iniuriam inferrent,qua ex parte iniuriam intuliſſent,ſup
plicium ſumerem,tum ille.Si,inquit,poſtea quã prænotionem haberes, tibi
mandaretur ac permitteretur iudicandi poteſtas, tum rectè id faceres: quòd
ex eo quòd poteſtatem accepiſti,condemnares eos quos Deus effecerit:præ-
notione aũt fretus,minimè peccares iudicando,iuſtos quidẽ abſoluẽdo,cõ-
demnando improbos.Id quod res eſt,inquam, & præclarè dicis.Fieri em nõ
poteſt,vt is in quo nulla ſit cognitio,rectè iudicet.Interdũ em nonulli boni
videntur,qui nefarij ſceleribus clam ſe cõtaminant:nonnulli verò qui boni
ſunt,criminatione hoſtiũ,improbi habentur. Nec ſi quis cui detur poteſtas
habẽdæ quæſtionis & exercẽdæ,iudicet,propterea rectè iudicare poſsit:Ali
qui enim qui cædẽ fecerunt, cùm poſteà tormentis ab eis veritas exquiſita
D eſſet,vt inſontes dimiſsi abſolutique ſunt.Alij rurſus cùm innocẽtes eſſent,
& in quæſtionem poſtulati tormenta perferre non poſſent,ob eamque cau-
ſam mẽtiti eſſent ſuo dãnõ,vt culpæ affines affecti ſunt ſupplicio.Tũ Petrus,
Hæc etiã honeſta ſunt,inquit:ſed maiora audi.Nonnulli homines cùm pec
cant vel rectè faciunt:tum eorũ quæ faciunt,alia ipſorũ propria ſunt, alia e-
tiã aliena.Aequũ eſt aũt pro ſuis quenque ac proprijs peccatis ſupplicijs af-
fici,vel pro rectè factis præmia conſequi.Nec fieri poteſt vt aliquis,niſi Pro-
pheta,qui res futuras prænoſcit,eorũ quæ à quopiã geſta ſunt, planè cogni-
tũ habeat,quæ eius propria ſint, quæ non ſint. Velim,inquàm,à te diſcere,
quæ ſcelera propria ſint,quæque aliena. Ad hæc Petrus ita reſpondit, Do- "
minus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius dixit,Bona euenire oportere,beatum- "
que eum per quem euenirent: itemque mala neceſſe eſſe euenire, ſed miſe- "

Universidad de Deusto Biblioteca

rum eum esse, cuius opera euenirent. Quòd si improborum opera & diligē- E
tia mala, & per bonos bona eueniunt: vnicuique adesse oportet siue bona si-
ue mala gesserit, vt id etiam quod à Spiritu dictum est, Qui pro suis cuiq; fa-
ctis tribuet, omni ex parte ac sine controuersia verum sit. Sed is qui virtutē
penitus sibi vendicauit ac peperit, inimicos etiam & hostes, quēadmodum
Christus præcepit, diligere debet: & prætereà pro eis precari, & de conuicia
toribus bene dicere, & calumniatoribus concedere ac ignoscere. Sic enim di
ligens præceptorū custos erit, & cùm omnium peccatorū venia ob proximi
charitatem abibit. Hæc cùm audissem, Multa, inquam, fieri possunt: at vt de
inimicis & hostibus quispiá bene mereatur, eorum calumnias omnes æquo
animo ferendo, in hominū natura situm esse posse non existimo. Scitè, inqt,
ac præclarè à te responsum est. Nā cùm immortalitatis causa sit humanitas,
magno datur. Si quis eṁ hoc persuasum habeat, hostes qui male de ijs quos F
oderunt, merentur, æterni sibi supplicij liberationem quærere, eos æquè ac
munificos charos habebunt. Aliter enim nemo huic præcepto parēre potest
nisi vehementer Deum diligens, eius timore ducatur. Ait enim, Initium sapi-
entiæ Domini timor. Qui autē illius timori institutus fuerit, & in eo qua-
si educatus, is omninò ad charitatem perueniet, eodemq; loco proximum,
quo se ipse habebit. Cùm finem dicendi fecisset, aduesperascebat, tumq; cu-
bitū iuimus. Cùm illuxisset, Petrus ingressus, Clemens, inquit, cum Matthi-
dia matre, & mea vxore in curru consideat.* Viā eam quæ Balaneas ferebat,
tenebamus, cùm mater quærit a me, quî pater valeret, eiq́ue respondi, eū ad
eam quærendā & liberos geminos Faustinum ac Faustinianū exisse, ex quo
tempore non sit inuentus, meq́ue eum mortuum existimare, vel naufragio,
vel in via, vel vi doloris. Hæc cùm illa audisset, obortis lacrymis ingemiscere G
cœpit, & mœrore confici: quanquam ego quem inuenisset, magnā ei con-
solationem afferebā. Balaneas cùm appulissemus, postridie Paltam venimus,
atque inde Gabalā, insequēti die Laodiceam, vbi pro portis Niceta & Aqui
la nobis fiunt obuiam, osculoq́ue dato, nos in diuersorium ducunt. Petrus
qui illud oppidū magnū & clarum videret, operæ precium esse dixit, nos in
eo aliquot dies commorari. Hîc Niceta & Aquila à me quærebant, quænam
ea esset peregrina mulier. Cùm matrem meam respondissem, quam Dei con-
cessu ac munere Petri Domini mei opera agnouissem, Petrus eis summatim
ac breuiter omnia & quæ ex matre audiuisset, & quæ ex me cognouisset, ex-
posuit, de confecto somnio, de naufragio in naui vnà cum liberis, quemad-
modū pater quærendæ vxoris atque geminorum eius liberorum causa, pro-
fectus domo, adhuc ignotus fuisset, naufragioq́ue perijsset. Cùm hæc sum- H
matim à Petro cōmemorata essent, Niceta & Aquila rogare cœperunt, itáne
res esset, an somniū narraret. Cumq́ue id verum esse, nisi ipsi dormirent, con
firmâsset, aliquandiu constiterunt primū, deinde quasi cogitabundi, se Fau-
stinum & Faustinianum esse dixerunt, seq́ue cū illa Petrus narraret, mutuo
aspectu magnā de eis coniecturā fecisse, num ea quæ dicerentur, ad ipsos per
tinerent, quòd multa similia in vita vsuuenire reputarēt. itaq; animis titubā-
tes tacuisse. Tādem verò conclusa oratione, Quoniā, inquiunt, vidimus &
planè cognouimus ea quæ cōmemorantur, ad nos pertinere, nunc demū nos
declarauimus. Quæ cùm dixissent, cū lacrymis ad matrē se conferre cœpe-
runt: quam cùm dormientem offendissent, eamq́ue complecti vellent, Petrus
eos prohibuit, monuitq́ue vt se ab ipso ad matrē adduci paterētur, ne forte
magno

En Petrus circū ducit uxorē: fortsan illud est, quod Paulus dixit: 1. Corin. 9 An nō habemus potestatē sororem mulierem circumducendi, quemadmodum & cæteri Apostoli, & fratres Domini, et Cephas? aut solus ego & Barnabas non habemus potestatē hoc faciendi? In quē tamen locū Teophilactus ait, diuites mulieres comitatas fuisse Petrū, aliosq; Christi Apostolos, quæ è suis bonis eos alerent.

Agnoscūt se fratres Faustinus Faustinianus & Clemens, reduntur matri, antea Nicetas & Aquila dicti.

magnò ac repentino gaudio in animi stuporem incideret: præsertim cùm
A dormiret, & spiritus in ea vi somni cessaret. Cùm verò somni satietas matrē
cepisset, experrectaq́ue esset, primùm de Dei cultu ac religione apud eam dis
seruit his verbis: Volo te, mulier, nostræ fidei certitudinem cognoscere. De-
um enim vnum colimus, qui cœlum, & terram, & eum mundum quem cer-
nis, effecit: eiusq́ue legi paremus, quæ in primis hoc continet, vt eum vnum
colamus, eiusq́ue nomen sanctum reddamus, vt parentes amemus, & tempe-
rantes simus, vitamq́ue agamus ab omni reprehensione & crimine liberam
& solutam, nec ad mēsam gentium adhibeamur, propterea quòd impuram
& inquinatam vitam traducant. Cùm autem eis persuademus, vt ea quæ vera
sunt, & sentiant & faciant, sacroq́ue lauacro dignos eos censuimus, quod in
beatissima quadam appellatione & inuocatione consistit: tum denique vnà
cum eis etiam vescimur. Alióqui ne si pater quidem sit, aut mater, aut con-
B iunx, aut filius, aut frater, aut quiuis alius, quem nobiscum naturalis amor
coniunxerit, cum eo cibum capere nobis licet. Hoc enim fidei delectu faci-
mus, Noli igitur contumeliæ loco ducere, quòd núc filius tuus tecum cibū
minimè capiat, dum tu idem quod nos & sentias & facias. Illa his auditis,
Quid impedit, inquit, quo minus hodie vitali aqua expier? quæ etiam antè
quàm te vidissem, eos Deos qui feruntur auersata sim, hac tali ratione ducta
quòd cùm multa ferè quotidie eis immolarem, in dubijs & afflictis rebus
mihi non affuerint. De stupro autem quid attinet dicere? cùm nec locuple-
tē me delicijs atq; luxu delinitam eô fraude pellexerint, nec paupertas, quæ
posteà me oppressit, eódem me descendere coēgerit? quippe cū continentiā
ac temperantiā vt magnā pulchritudinē vendicarē, pro qua conseruanda in
C tantū casum deueni. Sed te ignorare non arbitror, Domine mi Petre, magnā
cupiditatē ac libidinē ex voluptate & secundis rebus nasci. Hinc ego quæ in
secundis rebus & ocio moderatè me gessissem, in aduersis, me voluptatibus
constringendam non tradidi. Quin ne hoc quidem tempore animum meum
à mœrore vacuum existimare debes, etsi aliquam ei consolationem Clemē-
tis mei agnitio attulit. Exanimatio enim, quæ quasi ex contraria parte pro-
pter duorum filiorum amissionem obrepit, hoc etiam paruum gaudium ob
scurat. Neque enim tam me angit eorum in mari interitus, quàm quòd sine
Dei religione vnà cum animis eorum etiam corpora perierunt. Eorum verò
pater, idemq́ue vir meus, queadmodum à Clemente certior facta sum. cùm
quærendi mei ac liberorum causa exisset, his tot annis visus non est: idemq;
planè excessit è vita. Nam miser cùm me continentia ductus amaret, amans
D etiam erat liberorum. Hinc senex qui nobis omnibus quos vnicè diligebat,
careret, maximo angore interijt. Hæc cùm mater diceret, liberi qui eadem
audirent, non iā ex Petri monitis dissimulare rem potuerunt, sed consurgen
tes tum, & eā cōplexi sunt, & cū lacrymis ei oscula tulerunt. Ob eamq́ue rē
illa consternata præ stupore & ignoratione quid hoc sibi vellet, rogabat, cū
Petrus, Fortē, inquit, animū mulier, præsta, vt liberis tuis libenter fruare. Hi
enim sunt Faustus & Faustinianus, quos tu in profundo perijsse cōmemora-
bas: & pro quibus luctus à te susceptus, vitā tuā non vitalē reddebat. Cur autē
vnus eorum Niceta, alter Aquila vocetur, ipsi dicant ac doceant. Cùm pero-
rasset Petrus, mater nimio gaudio cōpleta, aliquandiu animū amisit. Cū ve-
rò eū recepisset, & quasi sui compos facta esset, Liberi mei, inquit, optatissi-
mi, liberi suauissimi, liberi cordis mei ardores, narrate mihi quæ vobis acer
ba illa

Natura scientiam habet Petrus.

Universidad de Deusto Biblioteca

ba illa nocte acciderunt. Niceta ſtatim oratione repetita, ita locutus eſt: Di- E
rupta ac diſſoluta naui, vt ſcis mater, nos quidam in profundo qui prædas a-
gere non deterrentur, cùm cepiſſent, impoſitos in ſcapham, remis incitatis
Cæſaream Stratonis duxerunt. Ibi vehementer fame confectos, & præte-
reà admodum egentes, ne quid temerè & quod eis minimè videretur,
loqueremur, illi mutatis nominibus ſeruorum numero miſerè nos vendide-
runt. Mulier autem quædam quæ apud Iudæos aduena erat, valde clara, Iuſta
numine, emptos nos pro liberis ſuis habuit, omnibusque Græcorum diſci-
plinis ſtudioſè erudiuit. Nos cùm per ætatem ſaperemus, & religionem ama
Aquila & Niceta philoſophi & ſacrarũ rerũ periti: Cur eorũ mutata nomina.
uimus, & doctrinam tanto ſtudio excoluimus, vt cum cæteris nationibus
diſputantes, eorum erroré refellere poſſemus. Ea etiam quæ Philoſophi tra
dunt, accuratè euoluimus, præcipuè ea quæ à Dei religione maximè aliena
ſunt, cuiuſmodi ea ſunt, quæ Epicuri & Pyrrhonis feruntur, quo magis F
etiam poſſemus reprehendere. Cùm autem cum Simone quodam Mago edu
cati eſſemus, periculum fuit, ne amicitiæ nomine captaremur. Sedhæc ti-
bi mater, aliàs commodiùs atque diligentiùs commemorabuntur. Verùm
cùm futurum eſſet, vt à Simone in errorem impelleremur, collega quidam
Domini noſtri Petri, Zachæus nomine nos monuit, ne Simoni aſſentire-
mur. Cùm Petrus interueniſſet, ad eum nos adduxit, vt nobis maio-
rem fidem faceret, eorum quæ de Dei religione in controuerſiam venie-
bant. Itaque precamur, mater, vt quorum nos bonorum poſſeſsionem
adepti ſumus, tu quoque eorum fias particeps, vt communi ſale & men-
ſa vti poſsimus. Atque hæc quidem cauſa eſt, cur tu nos in mari perijſſe
exiſtimares. Cùm Fauſtinus finem dicendi feciſſet, mater noſtra ſe ad pe-
des Petri proiecit, petens maiorem in modum, vt ſe atque hoſpitam ſuam G
accerſitam baptizaret: Ne, inquit, vlla dies prætereat, ex qua meos libe-
ros recepi, in quo non cum eis cibum capiam. Cumque nos eadem quæ
mater, rogaremus, Petrus, Quid putatis? inquit, egóne vnus à miſeri-
cordia alienus ſum, quòd vos cum matre cibum capere, ea hodie aqua vita-
Baptizandæ Clemẽtis matri Petrus ieiunium indicit.
li expiata, nolim? non ita eſt, ſed antè quàm baptizetur, vel vnius diei ieiuni-
um ſeruet neceſſe eſt, præſertim cum quædam etiam pro ſe locuta fuerit ma-
ter. Nã ſi hoc non fuiſſet, certæ multorum dierum ieiunio ei opus fuiſſet ad
expiationem. Roganti mihi, Quidnam mater locuta, fidei ſuæ ſpecimen edi-
diſſet, ipſe reſpondit, ſatis eſſe eius illam poſtulationem, qua vt hoſpita ſecũ
baptizaretur, oráſſet. Hoc enim vt daretur ei quam charam haberet, ſe nuquã
poſtulaturam fuiſſe, niſi ipſa antè, vt ad magnum baptiſmi munus percipien
dũ, parata veniſſet. Itaque multos ſe dãnare & improbare poſſe dicebat, qui H
cùm ipſi vitali aqua expiarentur, & ſe credere profiterentur, nihil tamen fide
dignum facerent: neque eos quos habent chariſsimos, vxores dico, liberos,
& amicos ad hoc cohortentur. Si enim Deũ, inquit, in baptiſmo vitam ęter-
nam cum præclaris actionibus dare crederent, profectò eos etiam quos ama
rent, ad baptiſmũ adhortarentur: Et enim vt cùm eos quouis morbo afflicta
ri cernunt, aut deduci in mortis diſcrimen, aut eis alia grauia & acerbitatis
plena euenire, grauiter acerbeque ferunt, & miſericordia permouentur: ita ſi
credidiſſent æternum igné manere eos qui Deum non colant, monendi finẽ
non facerent, aut etiam cum à fide abhorrentes vident, lacrymari eorum
cauſa grauiterque dolere eorum vicem non deſiſterent. Iam hoſpitam ac-
cerſitam rogabo, num legem noſtram amare inſtituerit, & ita deinceps quæ
agenda

agenda ſunt, agemus. Mater autem veſtra, quoniam vitæ prædita eſt &
A parata ad baptiſmum, antè quàm aqua vitali expietur, vnius diei ieiunium
ſeruet. Illa autem iurabat, ſe, cùm ei mulier, id quod ad agnitionem perti-
nebat, exponeret, duobus ſuperioribus diebus ob ingentem lætitiam cibum
non cepiſſe, niſi pridie paulum modò aquæ, cuius iuriſiurandi cum Petri
etiam vxor teſtis eſſet, confirmaretque nihil eam guſtâſſe: Aquila nihil iam
iam impedimento eſſe dixerat, quo minùs ipſo die illa baptizaretur, cùm
Petrus illud ieiunium baptiſmi eſſe negauit, quoniam non eius cauſa ſuſce-
ptum fuiſſet. Tum Fauſtinianus, Fortaſſe, inquit, Deus cùm vellet matrem
noſtram nullo die à menſa noſtra ſecerni. poſteà quàm nos agnouit, ieiuni-
um antè inſtituit & procurauit. Vt enim in ignoratione continentem ſe
præbuit, fecitque quod veritas poſtulabat: ſi nunc etiam Deus fortaſſe hoc
prouidit, vt ea vnius diei occupatione, in ignoratione ea quæ ad verum ba-
B ptiſmum pertinent, crederet, vt à primo die quo nos agnouiſſet, nobiſcum
vnà cibum capere poſſet. Ad hæc Petrus, Ne vos, inquit, malitia vincat, quæ
cauſam inuenerit prouidentiam, & matris amorem: ſed vos potiùs, & ego vo
biſcum hodie in ieiunio perſtemus, & cras baptizabitur. Huic Petri ora-
tioni omnes aſſenſi ſumus. Maturiùs autem multò poſtridie manè ſolito
Petrus experrectus ad nos ingreſſus eſt, iuſſitque Fauſtinum, Fauſtinianum,
meque vnà cum familiaribus ſe ſequi, vt cùm ad locum maris qui oper-
tus eſſet, peruenìſſemus, ea quæ ad baptiſmum neceſſaria ſunt præpararemus.
Cùm ad litus ventum eſſet, inter ſaxa quædam, quæ tranquillum & mundum
locum ſuppeditabant, eam Patris, Filij, Spiritusque ſancti nomine baptiza-
uit. Nos verò & omnes qui nobiſcum aderant, mulierum cauſa ſeceſſi-
C mus: deinde mulieres Petrus propter multitudinem alia via in diuerſorium
præmiſit, cùm nobis vnis ex viris imperâſſet, vt cùm matre atque his eſſe-
mus. Cùm ad diuerſorium ventum eſſet, eum operientes, inter nos ſermo-
nem conferebamus. Petrus cùm ſatis diu pòſt veniſſet, panem acceptum a-
ctis gratijs conſecrauit, fregit, primoque matri porrexit, deinde nobis filijs:
& ita cum ea cibum cepimus, Deumque qui cibum atque alimentum dat,
laudauimus. Tum Petrus qui multitudinem ingreſſam cerneret, cùm ſedis-
ſet ipſe, nosque aſſidere iuſſiſſet, exponebat, qua ratione ductus, nobis poſt
baptiſmum præmiſſis, ipſe ſeriùs veniſſet. Cauſam autem hãc eſſe dicebat: Si-
mul atque vos, inquit, à me diſceſſiſtis, ſenex quidam operarius interuenit,
qui ſe ipſe occulens vellet cernere, nec ipſe videri. Is cum obſeruaret nos,
quemadmodum ipſe nobis poſtea commemorauit, vt intelligeret, quídnam
D tum cùm in abdito illo loco eſſemus, ageremus, clàm exijt & ſecutus eſt.
Deinde in opportuno loco, ad me acceſſit, quem cùm ſalutâſſet, Equidem *Fauſtus Dei prouidentia hic Petrũ ſeiunctus cõſulit, ac cũ eo de Fato diſputat.*
cum iam pridem te ſequi, inquit, & conuenire vellem, verebar, ne mihi vt
curioſo ſuccenſeres. Nunc verò ea quæ vera mihi videntur, ſi vis comme-
moro. Cùm reſpondiſſem, per me ei licere dicere, quod ei præclarum & ho-
neſtum videretur, nosque eum approbaturos, etiam ſi verè non honeſta &
præclara eſſet illius oratio, præſertim qui egregia voluntate id quod ipſi ho-
neſtum videretur, dicere voluiſſet, ipſe ita exorſus eſt: Cum vos ad mare
ablutos in locum abſtruſum & abditum ſeceſſiſſe viderem, acceſſi pro-
piùs, clamque ſpectabam quídnam in obſcuro ageretis. Cumque vos
comprecantes vidiſſem, ſeceſſi, ac pro ea miſericordia, qua in vos
permoueor, reſtiti, vt vobis ſuaderem, ne in errore verſemini. Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque Deus est, neque prouidentia, sed ortui, natalique diei cuiusque omnia
obediunt atque subijciuntur, quemadmodum ego ex ijs quæ mihi aduersa B
acciderunt, planè mihi persuasi, explorata iam pridem disciplina. Noli ergo
in errore versari. siue enim precere, siue non precere, ea quæ ab ortu insita
sunt, tibi certè euenient. Preces enim si quid possent, aut bonis afficere, ipse
in præstantissimis haberer. Ac nunc nisi te fallit hæc vilis & abiecta tunica
mea, non derogabis fidem meæ orationi. Cum ego florentem aliquando vitã
agerem, secundaq; fortuna vterer, multa & dijs immolabam, & egentibus lar
giebar, & tamen nec precibus, nec cultu religioneq; Deorum fatum effuge-
re potui. Cùm quærerem quæ ei accidissent, ita respondit, Nihil, inquit, nũc
attinet dicere: fortassis autem tandem audies quis sim ego, & ex quibus na-
tus, & in quæ vitæ discrimina deductus sim. Nunc hoc docere volo, ortui
nascẽtium subijci ac parêre omnia. Tum ego, Si ortui nascentium subijciun-
tur omnia, idque ita esse tibi persuasisti: aliud sentis, & aliud quod illi con- B
trarium est, consulis. Si enim contra ortum & fatum ne sentire quidem ac
sapere licet, quid frustrà in eo operam ponis, vt nobis faciendum censeas,
quod euenire ac fieri omninò non potest? Atqui si ortus cuiusque domina-
tur, noli dare operam, vt mihi persuadeas, ne astrorum Dominum colam, qui
si velit non euenire nec fieri, euenire non potest. Semper enim id quod subest
ei quod dominatur, necesse habet parêre. Colere autem eos Deos qui haben-
tur, fato & ortu dominante, superuacaneum est. Neque enim præter id
quod fato videtur, quicquam fit, aut euenit: neque ipsi quicquam facere pos
sunt, cum suo quisque ortui generali subijciantur. Hæc cùm inter nos dispu
taremus, magna hominum multitudo accessit, tumque Petrus eum intuens,
ita locutus est: Ego & populus meus accepta à maioribus Dei religione, G
præceptoque ne ortui crederemus, disciplinæ dico mathematicorum, ob
eam causam non in ea versatus sum. Itaque astrologiam non didici: quæ au-
tem didici exponam. Hoc enim statuo & profiteor, Dei prouidentia admi-
nistrari omnia, & vnumquenque pro ijs quæ gerat, honorem vel supplici-
um esse reportaturum. Vtrum autem hoc tempore, ánne postea, nihil ad me,
nisi quòd omninò vnusquisque fructum capiet eorum quæ gesserit. Doce-
re autem non esse ortum aut fatum his licet, Si quis eorum qui adsunt ocu-
lis captus sit, aut mutilam manũ habeat, vel claudicantẽ pedem, vel aliquod
aliud in corpore, quod à medicis curari non possit, nec ab astrologis, quoniã
à longo seculo & ab omni æternitate nihil tale accidit, & ego cum à Deo
precatus fuero, medicinã afferam: hoc si, vt dixi, factum sit, an non errant &
peccãt ij qui oĩm rerũ effectorẽ Deum iniuria & contumelijs afficiunt? Cùm H
senex quæsiuisset, contumeliísne esset vexare, asserere ortui & fato parére o-
mnia: ego apertam contumeliam esse dixi. Si eñ, inquã, omnia hoĩm peccata
si impia scelera, si flagitia ab astris, vt ais, proficiscuntur, & à Deo præscri-
ptum est, vt hæc sydera faciant, vt grauia & tristia omnia efficiant: profectò
omnium hominum scelera in eum omninò conferuntur, qui ortum ac fa-
tum astris attribuit & affinxit. Senex tum, Verum, inquit, loqueris, sed o-
mni tuæ necessariæ conclusioni, cui similem esse posse non video mea repu-
gnat conscientia. Ego enim qui astrologus sum & Romę primùm habitaui,
deinde cõiunctus fui amicitia cum quodam qui genere ad Cęsarẽ attinebat,
eius atq; coniugis ortu ac fato probè notis cognitisq; & inspectis eorum a-
ctis, quæ eorum ortui & fato responderent, vna tua tantùm oratione adduci
non

non possum, tibi vt assentiar. Erat enim ipsius ortus affectio temperatioque
A eiusmodi, vt adulteras amore insano ad seruorũ constuprationem impelle-
ret, & in peregrinatione, in qua interirent. quod etiam ita accidit. Cùm enim
capta esset serui sui amore nec vituperationem ac dedecus ferre posset, aliò
nescio quò fugit eiq; nupsit, atque in mari submersa est. Cùm quererem, quî
sciret eam cùm fugisset, in alia regione seruo nupsisse primùm, deinde cùm
nupsisset, interisse: senex se certò scire confirmat, non quòd nupsisset, cùm
nec eam amâsse quidem sciret, sed post eius discessum, inquit, viri eius frater
omnia mihi de illius amore narrauit, seq; qui clarus esset, & prætereà frater,
nuptias contaminare noluisse, quãquam illa infelix simul & vellet, & ipsum
vereretur, atque ignominiam. Neq; enim est quamobrem querar eam ortu
& fato coactam hæc & facere & perpeti. Somniũ verúmne an falsum finxe-
rit, non queo dicere. Commemorabat enim idem meus frater, eam dixisse,
B per quietẽ sibi visum esse, qui iuberet ipsam quàm primùm cum liberis Ro-
ma excedere. Vir autem qui eam cum filijs saluam esse cuperet, primò quo-
que die eos Athenas erudiendos misit vnà cũ matre atq; seruis, retento apud
se tertio filio, quòd eum oraculum diuinum esse cum eo siuisset. Cùm lõngũ
tẽpus præterijsset, ex quo nullas accepisset ab ea literas, cùm intereà sæpe A-
thenas misisset, me sibi adiuncto comite, vt qui ei omnium essem fidelissi-
mus, eius quærendæ causa profectus est. Ac multarum quidem calamitatum
& periculorum in profectione me illi socium participemq; præbui, quòd
mihi in mentem veniret, ab eo veteris felicitatis suæ me vnũ ex omnibus so-
cium habitum, cùm ei charissimus ex omnibus amicis essem. Romaq; ipsa
cùm nauigauissemus, tandem in hæc Syriæ loca peruenimus: atque ille qui-
C dem nõ ita multò pòst rerum meliorum desperatione excessit è vita. Ego au-
tem qui huc veni, victum opere manuum adhuc paro. Hæc cùm senex dixis-
set, Petrus, Cùm, inquit, eum senem quem iste diceret, ex eius oratione, patrẽ
vestrum esse intelligerem, cum eo sermonem prætereà habere nolui, dum vo
biscum communicarem, nisi quòd cùm ex eo quæ ad illius profectionem
pertinebant, cognouissem, meamq; exposuissem maioris fidei causa, hoc tan
tùm quæsiui, quod esset seni nomen, quod geminis filijs, quod tertio & ma-
tri. Cùm respondisset singillatim & ordine, Fausto Faustino, Faustiniano, Cle
menti, & Matthidiæ, & miseratione eductus, oppleui lachrymis os meum,
dimissaque multitudine ad vos me contuli, vt postquam de alijs rebus vo-
biscum egissem, de ijs etiam communicarem. Ante prandium autem hæc
exponenda vobis non censui, ne dolore victi in baptismi die ex quo eti-
D am Angeli lætitia afficiuntur, lugeretis. Cùm hæc Petrus diceret, nobis
omnibus atque matri obortæ sunt lachrymæ. Ipse qui lachrymantes nos
cerneret, Nunc, inquit, vnusquisque vestrũm metu Dei adductus, ea quæ
à me commemorata sunt, forti generosoque animo ferat. Non enim ho-
die pater vester excessit è vita, sed iampridem, quemadmodum vos conie-
ctura ducti exposuistis. Hanc Petri orationem excepit mater, quæ non fe-
rens dolorem, cum magno clamore, Heus tu, inquit, vir, quàm tibi chari e-
ramus. Is iudicio ille quidem à vita migrauit: nos autem qui viuimus, lucem
aspicimus, & cibum interim capimus. Nondum illa hunc vnum clamorem
absoluerat, cum senex ingreditur, eodemq; temporis puncto, quo clamoris
causam quærere vellet, conspecta vxore, quid inquit, hoc est? quam video?
cùm propiùs accessisset, acriusque vidisset, ac visus esset, eam complexus est.
Vterq;

Universidad de Deusto Biblioteca

Vterq; repentino gaudio obmutuit, cumque loqui niterentur, in ea tacitur- E
nitate coniuncti nimio gaudio seipsi cohibere non poterant. Mater multò
pòst, Habeo te, Fauste, inquit, in omnibus suauissimum. quónam mo-
do viuis, quem paulò antè mortuum esse audiuimus. Atqui hi sunt liberi no-
stri Faustinus & Faustinianus, & suauissimus Clemẽs. Quæ cùm dixisset, nos
tres in eum incurrimus, eiq; osculum tulimus, eiusq; formam obscurè quo-
dam modo agnouimus. Petrus qui ea omnia cerneret, Túne es Faustus, in-
quit, huius vir, & illius liberorum pater? Cùm se ille esse dixisset, Cur ergo,
inquit, tuos mihi labores, vt alienos exposuisti, commemorata molestia &
sepultura? Pater ad hæc respondit, Cùm Cæsarem, inquit, propinquitate at-
tingerem, nec id resciri vellem, in alio quodam narrationem expressi, vt ipse
quis essem non agnoscerer. Intellexeram enim, si agnitus essem, fore vt ij qui
in loco illo principes essent, cùm id cognouissent, me reuocarent, quòd Cæ- F
sari gratum facerent, pristinæq; vitæ felicitatem mihi rursus redderent: cui
omni ratione anteà nuncium remisissem, cùm sine charissimis liberis meis
in repub. esse, aut viuere omninò non sustinerem. Cùm Petrus hoc loco eum
ista fecisse, vt statuisset, diceret, quæreretq;, vtrum de ortu & fato, quæ dixis-
set mentiens cõfirmaret, an vt verus? Pater, Non, inquit, apud te mentiar. Cõ-
firmabam enim tanquam verè fatum esset. Sum enim non ignarus illius per-
cepti Mathematicorum: sed mecum fuit quidam astrologus clarissimus Ae-
gyptius Annubion nomine, qui ab initio peregrinationis, cùm mecum ami-
citia coniunctus fuisset, vxoris atq; liberorum meorum mihi mortem pate-
fecit. Re ergo, Petrus inquit, doce nunc, non constare sibi ea quæ de ortu fa-
toque tradantur. Tum pater, Cogor, inquit, ego tibi omnia quæ mentem
meam superant singillatim exponere, vt abs te rursus vera & certa discam. G
Multis in rebus errare astrologos scio, magna etiam ex parte eosdem ad ve-
rum accedere, sed in ijs quæ explorata habent, verè dicunt, in quibus au-
tem errant, inscitia labuntur, vt equidem disciplinam constare suspicer: e-
os autem sola ignoratione mentiri propterea quòd non omnes de omni-
bus certum pronunciare possint. Expone, Petrus, inquit, ne ea de qui-
bus verè dicunt, ita dicant, vt quodammodo assequentes, non exploratè
& certò scientes. ex multis enim quæ dicuntur, aliqua eueniant necesse est.
Quî tandem, pater inquit, confirmari possum, vtrum constet nécne ortus
& fatum? Cùm vterque taceret, ego Clemens, Quoniam, inquam, disciplinã
probè teneo, Petrus autem & pater non item, vellem si ipse Annubion ades-
set, coram patre disputare. Ita enim res ipsa illustrari posset, si is qui arte va-
let, cum eiusdem artis homine disputationem institueret. Cùm pater quere- H
ret, vbi cum Annubione colloqui liceret, Petrus, in Antiochia, inquit. in ea
enim vrbe Simonẽ Magum esse intelligo, cuius affectator indiuiduus est An-
nubion. Cùm illic erimus, si modò eos nanciscamur, eo pręsente res disputa-
bitur. Multa interim inter nos disputauimus, completiq; gaudio ob agnitio-
nem, actisq; Deo gratijs, nocte appetente dormitum iuimus. Prima luce pa-
ter cum matre, tribusq; liberis ingressus vbi Petrus erat, eo salutato sedit, de-
inde nos etiam illius iussu consedimus. Petrus autem cùm patrem aspexisset,
Peruelim, inquit, idem sentire te quod vxor ac liberi tui sentiunt, vt & hîc
vnà cum eis viuas, & illic, post animi à corpore discessum, cum eisdem beatã
vitam traducas. An non maximus & te & eos cruciatus angat, si vnà non es-
setis? Cùm pater respondisset, certè. Si ergo, Petrus inquit, hic disiunctos esse
inter

A inter vos molestum est & acerbum, hoc cùm post mortem omninò accidet,
quantò magis acerbum erit, te quidem qui es sapiens mentis tuæ ratione à
tuis secerni, eos verò multò magis dolere, quòd sciant te qui alia sentias, eter
num supplicium propter recti dogmatis negationem manere? Cùm pater ne-
garet animos apud inferos torqueri, quòd vt primùm à corporibus discedũt
in aëra occidant: Petrus, Dum hoc tibi, inquit, persuadeamus, mihi fac respõ
deas. Non existimas te quidem, qui supplicia esse non credas, dolere posse,
eos autem qui hoc sibi de te persuaserunt, tibi non paruam imponit necessi-
tatem doloris? Cùm pater eum consentanea loqui diceret, Cur ergo, inquit, *Socraticis*
eos maximo angore, quem tua causa suscipiunt, fidei assentiens non liberas? *interroga-*
quod ita deniq; fiet, si non duro difficiliq; animo, sed æquo & benigno ea *tionibus*
quæ tibi à me dicuntur audias, & iudices vtrum ita, nécne habeant. Ac si ita *conuincit*
B est, vt dicimus, & hîc cum charissimis oblectationem voluptatemq; capies, *Faustum*
& illic quietẽ. Sin verborum tuorum conclusione ea quæ à nobis cõmemo- *Petrus,*
rata sunt, falsam aliquã fabulam esse docebis: tum & eos eadem qua tu præ- *pœnas es-*
ditos sententia accipies, & ita præclarè facies. Nam & eos inani spe qua freti *se malis a-*
sunt, erigere desines, & falsa religione metuq; liberabis. Cùm pater, multa si- *pud Infe-*
bi eum consentanea loqui videri diceret, Quid ergo, inquit est, quod te fidei *ros.*
nostræ assentiri prohibeat? Nam neq; negocijs forensibus, neque actis, neq;
agricultura, neq; curis vllis distinêre, aut abduceris: Potes autem ratione in-
telligere, nihil eorum quæ sunt, fato aut casu euenire aut fieri, quasi nulla sit
prouidentia. Idq; vel apertissimè declarant & docent ea omnia quæ tibi, vxo-
ri liberisq; tuis acciderunt. Si enim domi tuæ ad hoc tempus permansissent, *Causa mi-*
nunquam veræ religionis sermonem approbâssent, nunquam veritatem co- *serrimæ*
C gnoscere potuissent: ob eamq; causam cum profectione & naufragium pro- *eorum pe-*
uisum est, & acerbę mortis suspicio, & præterea eorum in Græcis disciplinis *regrina-*
exercitatio, vt eis primò eruditi, deinde ad veram Dei religionem traducti, *tionis.*
ad eas refellẽdas cum magna facilitate paratiores venire possent, & quæ tum *Veræ reli-*
malè atq; improbè veræ religioni opposuerũt, eis illam honestè & cùm res *gionis a-*
feret, defendant. Intelliges etiam ipse planè & ex agnitione, quæ tanto tem- *gnitio.*
porum interuallo euenit, & ex ijs quæ interim apertè tibi euentura prouidẽ-
tia statuit, nihil eorum quæ fiunt, fortè, temerè & casu fieri: illamque ipsam
præesse huic vniuersitati, illudq; continenter coërcere & continere, etiam si
multa mentem nostram superent. Posteà quàm hæc pater audiuisset, sermo-
ne continuato, Noli existimare, inquit, Domine mi Petre, vim à te habiti ser
monis mihi ex mente omninò excidisse: præsertim cùm multis mecum ege-
D rit tota nocte Clemẽs filius, vt tuę orationi assentirer: omnemq; eô adhibue-
rit diligentiam. Quid? eum conueniens, inquam ego, potéstne quispiam ali-
quid magis nouum præcipere, quàm quod antehac Philosophi monuerunt?
Illeq; cùm subrisisset, Multùm, inquit, inter eos sermones, ô pater, qui de ve-
ra Dei religione & cultu habentur, & eos qui de Philosophia, interest. Nam
quæ de veritate habetur oratio, à prophetia firmam habet demonstrationẽ:
Philosophorum autem oratio, ab assensione verborum, & coniecturis de-
monstrationem sumere videtur. Et tñ cùm hęc dixisset, exempli fideiq; cau-
sa sermonem de humanitate exposuit eum, quem ei paulò antè narrâssem,
qui mihi multò iniquior videbatur. Quo autem modo, dicam. Aequum cen
sebat esse eum cui colaphum aliquis in malam infregisset, illi offerre etiam
alteram: & ei qui tunicam ipsi detraheret, pallium etiam præterea donare:

Universidad de Deusto Biblioteca

& si quis coëgerit aliquem iter facere secum mille passus, eum cum eo duo E
millia proficisci, aliaque eiusdem generis. Ad hæc Petrus respondens, Quid, inquit, an tu iniquum existimas? At æquissimus est. ac si tibi libet, audi. Cùm si bi volupe esse diceret, tum Petrus, Num tibi videtur, inqt, si duo Reges inter se inimicitias exerceant, & distinctas diuisasq; regiones & imperia habeant, & aliquis eorũ qui alteri parent, in alterius regione ac ditione furtum faciat, ob eamq; rem capitis supplicio dignus sit, & tamen non pœna capitis sed colapho puniatur: num, inquit, videtur humanus esse is, qui absoluit? Cùm pater, certè, respondisset, Quid, inquit, si ille ipse à quopiam rem aliquã ipsius aut alienam abstulerit, isq; deprehensus, simpli aut dupli pœna damnetur, cùm quadrupli aut capitis pœna dignus esset, vt qui in hostis finibus captus esset: num tibi humanus videtur esse is qui duplum accepit, eumq; pœna capitis absoluit? Tum pater, Nunc inquit, mihi fidem fecisti, eos qui in- F
iuriam inferant, accipere iniuriam, eos autem qui iniuria afficiantur, potiùs meliore conditione esse, ob eamque causam mihi videtur id quod fiat, esse iniquissimum, quòd ij qui iniuriam facere videntur, sibi ipsi potiùs nocuerũt, aut eis quos iniuria affecerũt, vtilitatẽ attulerũt: ij verò qui iniuriã accipere videntur, ipsi potiùs iniuriã faciunt: quòd etsi ab illis plurimũ vtilitatis acceperunt, tñ eis parem gratiã nõ referant. Sed hęc, inquit Petrus, non cõtra eorũ qui calmniãtur sed cõtra eorũ qui iniuriam accipiunt, voluntatẽ fiunt. Pater aũt hoc loco, laudata oratione, Peto à te maiorem in modum, inquit, vt hunc mihi sermonem planiùs exponas. Memini enim Clementem mihi dicere, nos iniurias, & mala patiamur, ad peccatorum remissionem perpeti. Rectè habet inquit Petrus, & ita est. Quæ enim homines possidemus, & plura cupimus, siue vestes, siue esculenta, siue poculenta, siue aliqua alia, non G
omninò rectè facientes possidemus, quòd nihil quẽadmodum paulo antè vobis dixi, habere debeamus. Si enim possessiones largiter erogare solet omnibus in quibus peccata insunt, earum quomodocunq; priuatio, peccatorum amotio est. Cùm pater dixisset, hoc esse consentaneum & æquum, Petrus, & æquissimum, inquit. quoniam enim, iam vt dixi, eorum qui salutem adipiscuntur, est nihil habere: multæ autem possessiones & facultates multis suppetunt: idcircò pro summa & eximia Dei humanitate multæ res aduersæ accidunt ijs qui non ita se gerunt, vt Deus decreuit, vt propter lenem illam Dei charitatem dum ad tempus supplicia perferunt, æternis pœnis liberentur. Tum pater, Quid, inquit, an non multos inopes impios cernimus? Itáne verò propterea eos, in eorum qui salutem consequũtur, parte numerabimus? Non planè, Petrus inquit. neq; enim probanda paupertas ea est, quæ ea quæ H
non decet, concupiscit: quandoquidem Dominus noster Iesus Christus Dei
» filius, cum beatos diceret pauperes, Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam
» ipsorum est regnum cœlorum. Verè, inquit pater, admodum pro re quæ agitur, rectè res habere videtur. ita volo ordine oẽm audire orationẽ. Et Petrus, Ergo studenti tibi, inquit, deinceps ea quæ ad fidẽ nostram pertinent, discere, reliquam orationem exponam. initio primùm facto ab ipso Deo. qui Deus solus dici debet, alij nec dicendi sunt, nec habendi. quòd si quis cõtrà faciat, æterno supplicio afficietur, vt qui in vniuersi Deum impiè fecerit. Cùm finem dicendi fecisset, omnesq; eos qui morbis afflicti erant, vel à Dæmonibus malis vexabantur, impositis manibus curâsset, concionem dimisit. Deinde ita ingressus, cùm cibum cum familiaribus cepisset, cubitum iuit. Manè rur-

A nè rursus cùm exisset, stetissetque in eo loco in quo differere solitus esset, quò etiam magnus populi concursus factus erat: tum demum cùm verba facturus esset, quidam ex illius diaconis ingressus est, qui ei nunciaret, Simonẽ qui Antiochia vesperi in vrbem introisset, cùm intelexisset eum pollicitum esse de vnius principatu verba esse facturum, paratum esse cum Athenodoro Epicureo interuenire tum cùm disputaret, vt omnibus quæ ab eo pro vnius principatu dicerẽtur publicè, præsens ipse repugnaret ac resisteret. Cùm hæc diaconus narraret, Simõ cum Athenodoro aliisq; quibusdam familiaribus ingreditur, & antè quàm verbũ vllum Petrus faceret omninò, ipse occupãs, Intellexi, inquit, heri te Fausto pollicitum esse hodierno die seruato orationis ordine, docturum ducto primùm à mundi Domino exordio, vnum Deũ dici oportere, alios nec dicendos esse, nec habendos: eúmque qui contrà fa-
B ciat, æterno supplicio affectum iri. In primis ergo verè insaniam & stultitiam tuam repressi, quòd sperâsti te deiecturum de sententia virum adeò sapiẽtem præsertimque senem: sed quod sperasti & voluisti, nõ assequêre, cùm adsim, tuámque falsam refellam orationem. Fortassis enim absente me captatus esset, qui sit eorum librorum ignarus, qui publicè Iudæorum fidei commissi sunt. Nunc autem multa præteribo, quò maturiùs promissum tuum, qinfirmum sit, refellam. Doce ergo quod promisisti. Quòd si verẽs reprehensionẽ nobis præsentibus promissum nolis exoluere, satis hoc magno documento est, falsa esse ea quæ promiseris, quòd apud eos qui scripturas habent cognitas, non ausus sis dicere. Sed quid nunc expecto dum dicas? qui senem hunc promissiõis tuæ testem habeam. Cùm hæc dixisset, patrem nostrum aspexit, eumque ita allocutus est, Dic tu mihi clarissime vir, num iste tibi pollicitus
C est, docturum se Deum vnum esse, nec alium dici aut haberi Deum oportere, & qui contrà faciat, eum immortales pœnas daturum? Pater ad hæc respondens, Rectè, inquit, à me tu quidem certè testimonium postulares, Simon, si antè Petrus negauisset. Nunc non dubitabo dicere, quæ dicẽda sunt. Te iracundia incitatum, irarúmque plenum disputare velle existimo: quod quidẽ neque tu facere debes, neq; nos ita animo affectum audire æquum est: propterea quòd pugnas verborum hîc videre liceat, non ad veritatem inueniendam adiuuare. Sed vterque vestrûm decretum suum & sententiam exponat, aliíque iudici rationes concedẽdæ sunt, & ita demum omni ex parte verum sine ambiguitate reperietur. Placuit Simoni conditio, seque ex ea facturum esse promisit. Sed timeo Fausto, inquit, ne Petri oratione occupatus, & in sententiã illius adductus, non verus sit iudex. Tum pater, Noli inquit, me coge-
D re indicta causa tibi assentiri, vt veri studiosus iudex esse videar. Si enim verũ scire vis, tua sententia occupatus sum potiùs. Cùm Simõ quæreret, quî occupatus fuisset, qui non teneret quod sentiret: Pater, hoc facilè, inquit, cognosci potest, quî possit, audi. Petrum, ostensurum te pollicitus es, falsum dicere atque mentiri, qui Deum vnum esse confirmet. Qui autem vnum Deum defendentem reprehensurum se esse pollicetur, eum planè perspicuum est falsum dicere, cùm ille verum dicat, non idem profiteatur. Si enim idem quod is qui falsum pronunciat, & mentitur, dicat, profectò ipse etiam falsum pronunciat: si verò contrarium defendens, docet, atque fidem facit, planè verum pronunciat, & verus est. Non aliter igitur Deum vnum esse defendentem mendacem esse dicis, nisi quòd tu Deos multos esse opinaris. Deos

Universidad de Deusto Biblioteca

autem multos esse, ego quoque defendo. Eadem igitur, qua tu oratione E
ante disputationem, ego etiam occupatus sum, ob eamque causam mihi omninò timere non debes, sed Petrus potiùs. Contrà enim quàm ipse etiam sentio. Cùm autem de ea re disputatum inter vos fuerit, spero me qui veri studiosus iudex sim, omni sententia quæ in me fuit deposita, ei quæ valeat assensurum esse orationi. Cùm pater perorâsset, leuiter clamor quidam laudationis à populo sublatus est, quòd ita pater disputâsset. Tum tamen suam Petrus de Deo sententiam explicauit, longaque de monarchia, id est vnius principatu, habita oratione, cum lachrymis, manu multitudinem accersiuit: quæ cùm accessisset, ipse & manus imposuit, & pro eis precatus est, omnesque vnà Deum laudauimus. Ingressus autem ad nos cursu quidam, qui Simoni nunciaret, Appionem qui sæpissimè superior discederet, vnà cum Annubione venisse Antiochia. Quod cùm Simon audi- F
uisset, statim exijt, vt illos exciperet. Pater autem ad Petrum accedens, Si mihi, inquit, per te liceat, cum eo vnà ibo Appionis & Annubionis salutandorum causa, qui mecum ab initio ætatis iure amicitiæ coniuncti sunt. Cùm enim Annubionem etiam nactus fuero, Clementi vt de ortu cuiusque & fato disputet, persuadebo. Tum Petrus, Per me, inquit, eas licet, laudoque te qui amici officio fungare, sed assentire mihi, Dei prouidentia ea quæ ad persuasionem tuam pertinent, omni ex parte concurrere, quæ propriam conuenientiam efficiat. Quod quidem dixi propter Annubionis aduentum, qui tibi vsui fuit. Cùm pater ei hoc ita esse, se etiam concedere dixisset, ad Simonem profectus est: cumque Appionem & Annubionem inuenisset, atque salutasset, consedit. Simon porrò cùm quosdam missu Regis aduentaturos au-
disset, qui ipsum quærerent, ac nunciarent Cæsarem multos Magos sustu- G
lisse de medio, seque missos ab eo, qui illum requirerent, cùm resciuisset quæ ageret, vt de eo etiam supplicium sumeret: Annubionem & Appionem ita conuenit, Facite, vt Faustus cùm ad nos venerit, nobiscum cibum capiat. Ego verò vnguentum quoddam comparabo, vt à cœna delibutus formam meam omnibus induisse videatur. Cùm hæc Simon dixisset, & illi quærerent, quem fructum sibi ex illa re polliceretur, ipse, Primò, inquit, ij qui me volunt, comprehenso eo desinent me quærere: qui si manu regia interfectus fuerit, magno in luctu erunt eius liberi, qui me deserto ad Petrum transfugerunt. Appion autem & Annubion priuatim omnia Fausto enunciant, insidiasque exponunt. Faustus qui orationem falsam existimaret, cœnatus cum Simone & sodalibus Appione & Annubione à Simone sumit vnguentum, delibutoque ore statim Simonis personam & effigiem expressit. Simon H
autem media nocte surgens, in Iudæam fugit. Nos verò qui cum Petro eramus, tota Nocte colloquentes, præ voluptate & lætitia qua ex sermone habito affecti sumus, peruigilem & insomnem noctem duximus. Cùm iam luceret, Petrus me atque fratres intuens, Vereor, inquit, ne quid patri vestro euenerit. Dum hæc commemorat, pater adfuit, Petrumque nobiscum de ipso colloquentem offendit. Exanimatum cùm vidisset, atque salutâsset, exposuit cur sub dio pernoctâsset. Nos verò eum intuentes obstupuimus, quòd & Simonis specie cerneremus, & Fausti patris vocem exaudiremus. Cumq; eum fugeremus, pater miratus est. Petrus aût qui vnus naturalē eius formā intueretur, à nobis cœpit quærere, quamobrem parentem repelleremus, atq; eius

conspectum

A conspectum fugeremus. Nos atque mater cùm respondissemus, quòd is nobis Simon videretur, qui patris nostri vocem haberet: Petrus, Non est ita, inquit, vobis ea illius vox, in quam præstigia Magorum nihil possunt, vna nota est: meis autem non fascinatis oculis species etiam qualis sit cernitur: quoniam non est hic Simon, sed Faustus verus pater vester. Tum in patrem oculis coniectis, Vera, inquit, tua species ac forma eis non apparet, sed Simonis scelestissimi & nobis maximè inimici. Dum hæc Petrus narrat, ingressus est quidam ex præcursoribus, qui Antiochia venerat Petro núciatum, Simonē Antiochiæ cùm esset, palàm ac publicè multa mira, inusitata, monstrique similia opera edere solitum, nec aliud ei studio fuisse, nisi vt ipsum in omnium odium adduceret, cùm & Magum illum, & præstigiatorem, & sicarium vocaret, quo nomine adeò omnem populum in eundem concitâsset, vt omnes
B qui ibi essent, bestiarum ritu ipsis illius carnibus vesci cuperent. Se verò cū ciuitatem ei valde infestam animaduertisset, ei venisse nunciatum. Quinetiā à Cæsare missum esse quendam regium ad prætorē prouinciæ, Simonis quærendi gratia, ipsumque cùm illum in Iudæam fugisse intellexisset, ad eum quærendum profectum, vt iussu Cæsaris de eo supplicium sumeret. Hæc cū Petrus audisset, hac ad patrem oratione vsus est: Audisti ipse tuis auribus ex præcursoribus, qui Antiochia venerunt, cùm dicerent Simonem cùm illic esset, grauiter multitudinem in me concitauisse, impostoremque parricidā. & præterea Magum & præstigiatorem aliaque eius generis nominâsse. Itaque nunc quàm primum imperata mea facito, relictoque apud me Clemente, ipse cum Matthidia vxore, Faustino & Faustiniano liberis, Antiochiam proficiscere. Erunt etiam tecum quidam alij, qui meæ voluntati morem gerere
C poterunt. Antiochiæ cùm eris, cum his, quandiu Simonis etiā speciem præfers, palàm ac publicè fac pœnitentiam animique mutationē prædices. Cū perorâsset Petrus, Faustus, qui ingenij acumine ad intelligendum valeret, Scio, inquit, quorsum tua omnis spectet oratio. itaque ne labora. Cùm enim illuc peruenero, mandatum tuū curabo diligenter. Sic pater, cum ijs quos iusserat Petrus, ex vrbe decedens, Antiochiam quæ in propinquo erat, venit, in medioque foro stans, ita ad populum verba fecit, Ego ille Simon, ego hæc vobis nuncio, meque falsum crimen in Petrum iniuria confinxisse profiteor. Non est impostor, non parricida, homicida, non præstigiator, nec ea scelera in eum cadunt omnia, quæ de eo commemoraui. Peto ego à vobis omnibus, qui auctor vobis fui, vt eū odissetis & detestaremini, vestrum in illū odiū deponite. Dei enim filij, q salutis hoīm causa visus est, verus est hic
D Apostolus. Itaq; ego ipse, qui vobis consilij auctor sum, ea quæ ad salutē vestrā conducunt, constituo, moneoque vt ei fidem habeatis, credatisq; ei Deo, quē prædicat. Quandoquidē vrbs vestra tota corruit & vos vnà cū ea peritis. Cur autem hac vsus sim oratione, vos etiā scire volo. Priore enim nocte impium me Dei Angeli, vt qui veritatis præconi hostis essem, grauiter flagris ceciderunt. Hortor igitur vos, vt si ipse alio in loco in Petrum coner dicere, ne mihi assentiamini: apud vos enim Magum me esse profiteor, impostorem, præstigiatorem: sed horum omnium me pœnitet. possunt enim mihi pœnitentia quæ à me improbè & sceleratè acta sunt, condonari. Hæc cùm pater publicè, quasi ex Simonis persona dixisset, laudibusq; Petrū ornâsset, omnē Antiochiensium ciuitatem in illius desiderium traduxit: omnesque eius videndi cupiditate se flagrare dicebant. Nonnulli verò infesto etiam in eū ani-

Universidad de Deusto Biblioteca

mo erant,ſcilicet,quaſi ipſe ille Simon eſſet,propter ſingulare ſuum in Petrũ E
amorem,manuſque inijcere conabantur:atque ille qui ne ab ipſis extingue
retur, pertimeſceret,quàm primum ad Petrum miſit,petens, vt & ad ſe viuũ
prodiret,& peroportunè in vrbem quæ magno illius deſiderio flagraret,im-
prouiſus veniret.Petrus cùm eos audiſſet, conuocata concione,Pontificem
præfecit,multos curauit,& ſalutari aqua abluit,triduoque Laodiceæ præte-
reà commoratus, Antiochiam propinquam vrbem magna cum feſtinatiõe
contendit.Cùm ad vrbem peruenisſet,eum multitudo omnis confluens læ-
tis animis excepit,vt veritatis præconem & Apoſtolum.Cùm autem orâſſet,
poſitis ſuprà manibus, omnes ægros curauit,vnum Deum in perſonis tribus
nunciauit,multaque eis de vnius principatu tradidit:tum ad diuerſoriũ nos
recepimus.Senex qui Petrum adeſſe cognouiſſet,cucurrit,ſeque in terram de
ijciens, illius veſtigia ſequebatur, petens vt diuino lauacro initiaretur, vt & F
priſtinam animi pulchritudinem,& formam corporis baptiſmo reciperet,
& ſanctorum Chriſti myſteriorum particeps fieret.Petrus aũt cùm eum reli
gionis noſtræ inſtitutis imbuiſſet,atque de ſalute multa locutus eſſet,tãdem-
que dixiſſet,Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum Dei filium hoc diſcipulis tra
didiſſe ac præcepiſſe,Qui credidiſſet atque baptizatus fuiſſet,eum ſalutẽ ad-
epturum,& pro fide,qua quiſque eſſet præditus, ei euenturum vt vellet.quã-
do aduesperaſcere cœpit,nobis qui cibum ceperamus, poſt ſolitam precati-
onem,ſomnus obrepſit.Poſtridie manè maturiùs rurſum Petrus ſurgit, pre-
catuſque Deum,nos & patrem accerſiuit, nobiſque exponit eo die magno
gaudio compleri ſuperos ob ſenis Fauſti baptiſmum, qui ei diuino munere
daretur,noſque ſecum ducit ad eam vrbis partem,quæ ad orientem pertine-
bat,in qua magna aquæ nitidæ ac puræ erat copia. Ibi cùm patrem tantùm G
ſeorſum adiunxiſſet,multaq; ei tradidiſſet,quæ & ad rudimẽta noſtræ religi
onis,& ad Deum,eiuſque per carnẽ ad nos aduentum pertinent, eum bapti-
zauit Patris,Filij,& Spiritus ſancti nomine.Poſteà panẽ cùm accepiſſet,actis
gratijs conſecrauit,ſacroſanctorumq; myſteriorũ eum participem fecit.Ma
xima omnes qui vnà eramus, lætitia die noctuq; Dei nomine affecti ſumus,
& ex patris renouatione,quã ſpiritus ſanctus procurauerat,& Petri ſermoni
bus,quos audiueramus.Cũ vnà aliquãdiu ageremus,noſtrarũ rerũ fama apud
omnes percrebruit:omneſque admirabantur ea omnia quæ nobis acciderãt,
Deique in nos benignitatem,qua effectum erat,vt inter nos agnoſceremus,
laudibus efferebant.Cùm ea fama in omnes regiones & imperia peruade-
ret,Prætor Antiochenſis cognitis ijs omnibus quæ parentibus euenerant,&
quòd ad Cæſaris genus pertinebãt,de his omnibus Cæſarem certiorẽ facit. H
Cæſar cùm ea accepiſſet,eos quàm primum Romam mitti iubet,id quod per
fectum eſt. Eos enim cum magno honore magnoque comitatu ſtipatorum
Prætor Antiochia ad Tiberium Cæſarem mittit.Cæſar cùm parentes contẽ
platus eſſet & conſideràſſet,eis agnitis,obſtupuit,patriſq; ceruicem comple-
xus,largiter obortis lacrymis fleuit. Cohibito ſedatoque luctu,concionem
ita allocutus eſt:Gaudete mecum omnes, diemq; feſtũ in cõmune agamus,
Fauſti & Matthidiæ inuentionis, quòd cùm mortui haberentur, reuixerũt,
& cùm amiſsi eſſent,inuenti ſunt. Eos deinde conuiuio adhibuit, magnaq;
vi pecuniæ data,adiunctis etiam ſeruis & ancillis ad famulatum, magna cli-
entela, magnoque honore cumulauit. Hi diu pòſt Romæ vixerunt, ita,
vt & Deum colerent, & egentibus ſua largirentur, & cæteras virtutes
excolerent,

A colerent,quoad in ſe præclara ſenectute eis quæ hîc ſunt,relictis,Chriſti reg
num adepti ſunt.In quo vitæ exemplar,certiſsimúmque ad virtutẽ exemplũ
vitam ſuam Romanæ Reipulicæ prodiderunt.Ego autem Clemens cum fra-
tribus etiam apud Petrum doctorem manſi, qui docendi munere fungeba-
tur,& multos varijs morbis curabat.Poſteà verò quàm ille vicis oppidiſque
peragratis,Romam quoque peruenisſet, & apud eos qui confluebant, ver-
ba de vero Dei cultu feciſſet,multoſque ad Chriſti fidem deduxiſſet,bapti-
ſmi vi ac nomine,viros & mulieres,vt & mulierum nobilium clariſsimas,&
quas Latinus ſermo matronas appellat, breui tempore penè vniuerſas orati-
one ſua ad baptiſmum & Dei fidem traduceret:tandem aliquando ei etiam
hac vita relicta ad magiſtrum Chriſtum perfecto Euangelicæ doctrinæ cur-
ſu migrandum fuit.Quod cùm cognitũ haberet,foreq; , vt crucis ſupplicio
B damnaretur,vt magiſtri & mortis & gloriæ ſocius eſſet, conuocatis fratri-
bus omnibus,capta mea manu,cùm in media concione ſtetiſſet, ita locutus
eſt:Audite me filij & fratres.mei quidem curſus finis propè adeſt:Is enim eti
am iam mihi enunciatus eſt:Clementem autem hunc vobis pontificem ho-
die creo,cui etiã ſermonum meorum locum atque ſedem credo,quòd ab i-
nitio adhuc comes itineris mihi fuerit,& ita ſermones meos omnes audierit
qui cùm periculorum calamitatumque mearum particeps extiterit,in fide
permanere inuentus eſt.Eum ego vnus ex omnibus planiſsimè ſcio pium,hu
manum,caſtũ,continentem,bonum,iuſtum,patientem, & fortẽ ad ferendã
igratam voluntatem nonnullorum,quibus prima noſtræ religionis rudimẽ
ta ſunt tradita.Itaque ei ligandi atque ſoluendi permitto poteſtatem. Liga-
bit enim quod ligandum eſt,ſoluetque omninò quod eſt ſoluẽdum:quippe
C qui Eccleſiæ canonem probè cognitum habeat.Eum igitur audite,ei parẽte
cùm eum qui veritatis pontificem offendat,Chriſto peccare intelligatis, &
parentem huius vniuerſitatis Deum concitare, ob eamq; cauſam non viuet.
Is ergo qui præeſt,medici locum obtinere debet, non beſtiæ quæ rationis
eſt expers,furorem.Is cùm hæc diceret,ego in terram me abijcio,multiſque
verbis magiſtrum rogo,quaſi ſedem maximè deprecans.Sed Dei Apoſtolus,
cùm prohibuiſſet,ne hoc à ſe contenderem,quòd ea quæ Deus vellet, nemo
homo diſsipare aut impedire poſſet,rurſus multitudinẽ intuens,Et vos,inqt,
fratres chariſsimi,debitũ,vt patri,honorem & obedientiã omni ex parte ac
ſemper patri veſtro præſtare ne deſinite. Sic enim & vos rectè gubernari ac
regi poteritis,& paſtor hic erit,non mercenarius,eique grex curæ erit. Eum
enim qui paſtoris & magiſtri ijs in rebus quæ ad Deũ pertinent, voluntatẽ
D offendit,Dei Spiritũ offendere intelligetis,cuius hic ſedẽ & locũ tenet: qui-
que eius verba improbat & auerſatur,Chriſtum auerſatur,legiſque fines trã
ſilire inuenitur.In primis ea quæ fidei ſunt,ſalua vobis ſunto & ſtabilia, ſic
vt nullo periculo commoueantur. Deinde vita veſtra pura ſanctaq; eſto,aut
expiator.præfectis,corporis puritas & ſanctimonia curæ eſto. Neque enim
hac ſublata quiſquam Deum videbit,Quod ad pacem & clementiam perti-
net ac valet,inter vos omni ratione vendicator. Quòd ſi fortè inter vos ali-
quid offenſionis incidat,Sol vobis ita animo conſtitutis ne occidito. Date
operam,ne proximum iudicetis.Eſt enim hoc Phariſæorum,condemnatiõe
digniſsimum.Ne vos hoſpitalitatis, & beneficentiæ capiat obliuio.Hoc e-
nim præceptum eſt primi magiſtri & conſeruatoris Dei. Ijs qui peccant &
offendunt,gratiam peccatorũ faciunto.Sic enim ſine fine dicetis, Dimitte
nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis debita nostra. Trutina, mensura, pondus vnum quodque eorum æquũ E
esto. Sic enim ciuitas quæ bonis legibus administretur, futura est vniuersa
Dei Ecclesia. Qui negotia aliqua inter se habent, apud Ecclesiæ presbyteros
iudicantor: & cùm id quod bonum est, sentiunt, ad fœdus concordiamque
pertrahuntor. Nolite in iudicium fratres adducere: iudicari enim apud eos
qui extrà sunt, eorum est qui à fide & religione Dei abhorrent, quando qui-
dem, vt scriptum est, angelos etiã iudicabimus. Non aliter atque me, pastorẽ
intuemini, qui à Deo vobis pro magistro delectus est. Cùm finem dicendi fe-
cisset, mihique in conspectu omnium manus porrexisset atque imposuisset,
me in sede sua collocauit: cùm collocãsset, hoc mihi statim dixit, Peto abs te
corã omnibus fratribus, qui hîc vnà mecum sunt, vt cùm ex hac vita migra-
uero, quemadmodũ Dei prouidentiæ visum est, omnia Domino Iacobo Do
mini mei fratri paucis descripta mittas vsque ab eo tempore, quo in te puero F
ratio valuit, & quemadmodum ab initio ad hoc tempus comitem te itineris
mihi præbuisti, cùm intereà sermones omnes qui à me singulis in vrbibus
habiti sint, atque res quas docuerim, audiueris. Deinde tandẽ meæ etiã mor-
tis causam, vt prædixi, ei fac significes. Neq; enim hoc ei molestiam afferet,
quòd sciet planè, me quòd omninò perpeti oportuit, piè reddidisse. Maximo
etiam ei solatio erit, cùm cognoscet, non indocto viro, nec verborum quæ
vitam pariant ignaro, sed ei qui Ecclesiæ instituta optimè cognita habeat,
me mortuo magistri sedem esse creditam. Quapropter quoniam Petrus ma-
gister hoc mihi præcepit, mandatum eius curare minimè dubitaui, & quasi
in compendio te de omnibus facere certiorem, inscripto ita libri argumen-
to, Clementis Petri peregrinationum & prædicationum, Epitome.

Quomodo obierint Prudentius docet περὶ στεφάνων in Passione Petri & Pauli Apostolorum.

G

ATQVE hæc quidem est plena cælestis muneris Petri Apostolorum
principis peregrinationum narratio, quæ simul & breuiter eius doctrinã cõ
plectitur, & magni admirationeque digni Clementis vitam, quasi in tabula
oratione depingit atque exprimit, quemadmodum ipse ad Iacobum Domi-
ni fratrem scribens significauit. Eius autem in Deum amorem quo exarsit,
magnumque illud pro Dei cultu ac religione studium, satis declarant, cùm
multa alia quæ commemorata sunt, tum vel maximè & planissimè finis is vi
tæ ac terminus, quem per martyrium habuit. Tertius enim secundum Petrũ
magnum in excelso Romanæ Ecclesiæ solio sedit, virtutisque premium ad-
eptus, magistri vestigia secutus est, apostolicamque doctrinam ipse præse tu-
lit ac similitudine morum claruit: nec Christianis modò gratus acceptusq;
erat, verùm etiam Iudæis atque ipsis Græcis, siue gentibus, eratque omnibus H
omnia, vt etiam hoc pacto omnes lucrifaceret, & Christo offerret, Ecclesiæ-
que coniungeret. Sed ne hæc tenuis ac nuda tantũ opinio esse videatur, cau-
sas etiam afferemus. Nam apud Græcos in honore erat, eumque illi attentè
audiebant, quòd non conuitiatorio animo, nec detestandi causa, sed quasi
defendendi studio testimonia vndique ex libris scriptisque eorum proferẽs
apertè docebat: primũ & vnde ij qui ab eis Dij haberentur, profecti essent,
& vbi nati, quæque gessissent, & quem vitæ habuissent terminum, & quàm
miseram infelicemque vitam egissent: deinde non eis à Deo pœnitentiæ via-
m interclusam esse, nec eosdem omni de spe salutis deiectos: sed si tantùm
illos in viam redire & à vita quam præditam anteà egissent, & ab errore ab-
ductos vidisset, fore vt & perhumanè eis ignosceret, & eosdem clementer ad
mitteret,

A mitteret, & regnũ cælorũ pararet, & bonis quæ explicare nõ possent, affice-
ret. A Iudæis aũt gratiã inire ex eo videbatur, quòd eorũ maiores Dei amicos
fuisse pronũciabat, eorũque legem sacrã diuinámque proferebat, eámque
nec defituram esse, nec euersum iri Remp. sed Palæstinã perpetuã eorũ fore
hæreditatem, si modò eam talem legẽ ipsi seruarẽt. Itaq; Abraamũ fuisse pa-
rentem tot posteriorum, vt eorum multitudo stellarũ multitudinẽ æquaret,
& in eius semine gentes omnes hæreditatẽ assequerẽtur. Et quod Deus Daui
di dixit, Et fructu vẽtris tui ponam in sede & solio tuo, & quod apud Esaiã
scriptũ est, Ecce virgo cõcipiet, filiúmq; pariet, Emmanuelémq; eũ vocabũt.
Quòd si hæc nõ improbarẽt ac damnarẽt, sed fide approbarẽt, eos nõ supe-
riorẽ Dei prouidentiã amissuros esse, sed Palæstinã eis ita firmã stabilẽq; má-
surã, vt eripi nõ posset. Ac gentilibus, quidẽ atq; Iudæis hoc modo feliciter
B atq; familiariter vtebatur, cũ & eis subueniret, & sensim eosdẽ ad verũ Dei
cultũ traduceret. Christiani aũt cũ multa alia & studij & curæ ab eo, documẽ
ta & signa habebãt, tũ vel maximè beneficentiæ: quippe qui egentibus opes
recõderet ac pararet semper tutis locis, munitioribusq; quã quò insidijs qui
squã posset irrumpere. Nã cũ descripta nomina haberet egentiũ qui in qua-
que vrbis parte essent, quotidie eis ea quæ necessaria erant, suppeditabat: rur-
susq; eos omnes quos sacrosancta lauacro expiasset, à publicis tributis libe-
rabat, omnemq; immunitatẽ vacationemq; præbebat: Monebat etiã eos qui
semper ad ipsum prædicationis doctrinæq; causa confluebant, maximeque
eos quos opibus abundare, & largiri posse intelligeret, ne eos qui sancto ba-
ptismo expiati essent, publicè à Iudæis propter inopiam sustentari sinerent,
splendidamq; gratiæ vestem detestabili illa cõmunione inquinari. Quibus
C adhortationibus ita paratos eos reddebat ad ea eroganda quibus egerent ij
qui torquebantur, vt quicquid eis impendissent, id vnũ lucro se dependere
iudicarent. Cũ beatus vir Clemens ita animo cõstitutus esset, & ita in animis
omniũ versaretur, nec Christianos modò, verũ etiã Græcos ipsos atq; Iudæos
animo & lingua sua suspensos haberet, Sisinnio illi (amicus hic Neruæ
Imperatoris erat & necessarius) inuisus fuit & suspectus, posteà quã ipse The
odorã vxorẽ illius doctrinæ amore captã esse, eamq; re familiari, liberis, & vi
ro neglectis, ei addictam esse, & assiduè ad eum venire, & illum in animo ei-
us diuinitùs versari audiuit. Sed Theodora quidẽ Clementis orationis suaui
tate lenitateq; illecta, cũ illius opera Christo credidisset, maiore indies veræ
religionis cupiditate flagrabat, canebatq; semper, nec à conuentu nostrorũ
hominũ se remouebat. Sisinnius aũt iniquo amore incensus, insidias in vxo-
D rẽ excogitauit, eoq; malo agitatus, quotidie in eam armabatur. Cumq; eam
aliquando ad cœtũ nostrorum hominum abeuntẽ obseruasset, clàm cum fa-
mulis etiam ipse in templum ingressus est, vt curiosiùs obseruaret, atque co-
gnosceret ea omnia quæ in eo agerentur, & quamobrẽ eo assiduè Theodo-
ra commearet. Sed cùm clarissimus vir solitas sacrarum laudum preces præ-
fatus esset, statim oculis & auribus captus est Sisinnius, sic vt nec audire pos-
set, nec cernere, & famulos cõuerso ore moneret, vt se cõprehensum domum
manu ducerẽt, quòd malum quoddã in se incurisse diceret, quod ipsum, nec
audire, nec videre sineret. Ac manũ quidẽ famuli confestim ei porrigunt, eũ-
que domũ deducunt. exire aũt non poterãt, cũ tamẽ tẽpli fores omnò pate-
rent: sed eũ per totũ fanũ ducebant per canentiũ multitudinẽ. Eis em exitũ
vis diuina præcluserat, quæ stultũ illũ sapientiorem redderet. Cũ aũt fanum
omni ex parte obambulassent, eius vxori fiunt obuiam: quæ animaduerso cũ

Universidad de Deusto Biblioteca

illis viro, primũ oculos aliò conuertit, quòd vereretur ne ab illo videretur. E
(erat enim illa ignara eorum omnium quæ acta fuerant (deinde accersito v-
no ex seruis, rogabat cur vir cum eis ita per templum obambularet: Ille omnia
planè confessus est, quemadmodum cùm domo exijssent, clàm in templum
intrassent, peractoque à Pontifice precum sacro, Dominus subitò cæcus ac-
mutus factus esset, isque ipsis imperâsset, vt domum manu deducerent, nec
ipsis multum laborantibus atque in omnem tẽpli partem circuncursantibus
vllus abeundi locus patuisset. Quæ cùm audiuisset omnia, statim intellexit,
vnde viro & surditas & cæcitas accidisset: eique verè opẽ auxiliumque fert.
Cùm em se statim orationi dedisset, cũ lacrymis Deum rogare cœpit, vt inde
exitum Sisinnio, reditumq; domum cõcederet seque ad seruos conuertens
(intellexit em Deũ suum non planè viro quæ peteret, denegaturũ) Dominũ,
inquit, vestrũ manibus domum perducite. Ego paulò pòst cõsequor. Hæc F
cùm dixisset, facilis confestim exitus seruis patuit, Sisinniusque, qui etiam
tum oculis & auribus captus erat, domum manu deducitur. Serui autem rede
untes ad Theodoram, Dominum suũ mutum etiã esse ac cæcum nunciant: il
laque maiore quàm anteà animi contentione, pluribusque obortis lacrymis
Deum orabat & obsecrabat, vt virum à morbo liberaret. Quinetiam perfe-
cto sacro precum ad Pontificis pedes se proijcit: viri sui cæcitatem ac surdi-
tatẽ nunciat, rogat eũ, & obtestatur profusis ad pedes lacrymis, vt eius mor-
bum curet, nec eum ita malè affectum negligat. Beatus Clemens his auditis,
grauiter animo ferens mulieris calamitatem, prorumpit etiam ipse in lacry-
mas, eosq; qui aderãt hortatur, vt in commune Deum cõprecentur, vt Sisin-
niũ morbo liberet: quo facto domũ cũ mulere abit. Põtifex, & apertos quidẽ
viri oculos offendit, sed nõ ad cernẽdum quã cæcorũ aptiores: auribus etiã G
captus erat, grauissimoque morbo toto corpore laborabat. Itaque ij qui ade
rãt, dolore atque luctu cõficiebantur, domũque eiulatus atque fletus cõple-
uerat. Sisinni' porrò nõ intelligebat cur nec cernere, nec audire posset. Diuus
aũt Clemẽs, qui mulieris domusq; vicẽ doleret, supplex cũ lacrymis Deum
precari cœpit, his verbis, Domine Iesu Christe q cœlorũ claues Apostolo tuo
Petro tradidisti, foreq; prædixisti, vt quæ aperiret, aperta essent, & clausa es-
sent quæ clauderet, ipse etiã oculos viri huius qui clausi sunt, & aures aperi,
præsertim cũ hæc tua sit oratio, Quæcunq; petetis credẽtes, impetrabitis: &
hæc tua promissio in perpetuũ manet. Quæ cũ precatus esset, respondissẽtq-
que Amẽ, ij qui aderãt, statim & oculorum cæcitas & auriũ surditas sublata
est. Sisinnius verò quasi ex somno experrectus esset, cùm beatũ Clementẽ cũ
vxore sua stantẽ vidisset, nõ parẽ gratiã ei retulit, sed famulis, vt eũ cõprehen H
derent, imperauit, vt cæcitatis pœnas penderet. Eum em præstigiatorem exi-
stimabat, quòd fecisset vt ipse & anteà captus esset oculis atque mutus, & rur
sus dispiceret atq; audiret. Ac serui qdem imperata Dñi facere, studiosè cona
bãtur, sed ignorabãt se lapides & ligna, quæ in ꝓximo sita erant, attingere, tra
here, atque vincire, huc atque illuc furijs agitatos ducere: quod etiã Sisinnio
videbatur: Pontificẽque à seruis vinctum esse existimebat: sed ille omnis do-
loris expers ab iniquis illis manib' custodiebatur, cùm nec leuem contactũ
perferret, nec in medijs afflictis rebus agitaretur. Tũ verò insanũ illũ his ver
bis allocutus est, Animus tuus, inquit, cæcus factus est, cũ sic lapides & ligna
cõmoueas omesque iratũ faces in eos immittas, quos paulò antè venerabare,
& vt Deos colebas, Ille aũt, Ego malè te perdã, inqt, vt multos veneficos de se
tẽtia deijcias, & ad meliorẽ mentẽ reducas, cũ magnũ fructũ ceperit ex ijs gra

uissi-

A uissimis supplicijs quæ perferes. Hac quidem ille oratione vsus est, cũ ei præ-
sens squalor animũ tolleret, quòd etiam vinculis Pontificem constrinxisset.
Ille verò ne illa quidem contumelia adductus, eum detestatus est, sed eius v-
xori benè precatus, sparsisque religionis ac pietatis largis seminibus in gratis
illis obsequentibusque auribus quasi in profundo quodam & pingui aruo,
discessit, cũ ei antè imperasset, vt finẽ precãdi ne faceret, dũ virũ suũ ad verita
tis cognitionẽ traduxisset. Cũ ergo Theodora maiore animi cõtentiõe pre-
caretur, virum quendam clarissimũ qui canitiẽ proferebat visa est videre, (vi
debatur aũt esse primus discipulorũ Petrus, qui magistrũ vehementer ama-
uit) vtentẽ his verbis, Tua, inquit, opera, mulier, saluus & incolumis erit Si-
sinnius, vt quẽadmodũ à Paulo fratre meo scriptũ est, vir per mulierẽ sanita-
tẽ mentis adipiscatur. Atque ille quidẽ cũ hæc dixisset, abijt. Sisinnius autẽ
B subito & quasi ex assentiõe Theodorã accersita (erat aũt tũ finis visiõis) de-
syderij, mensæ, conuiuij, ac reliquæ omnis communionis mentionẽ facit, e-
orũq; omniũ vnã gratiã reposcit, supplexq; ab ea petit, vt Deum roget, vt ipsi
delictorum gratiã faciat: salutisque viam demonstret. Tum se ipse accusat, o-
mniaq; se causa eius & facturũ & perpessurum pollicetur. Ego cùm suspectã
te in amore, inquit, haberẽ, quòd me qui vir tuus sum, neglecto, ad peregrinũ
illũ. Pontificis audito nomine, ires, nec naturæ perturbationes, tempestatũ-
que quasi fluctus ferrem, coactus sum te in templũ abeuntem obseruare, vi-
dereque ea quæ ibi agerentur. Ingressus cùm oculis curiosius ea quæ à Ponti
fice perficerentur, spectarem, attenteque audire studerem ea quæ dicerentur,
oculis simul & auribus captus sum. Et quanquam ille qui Dei imitator esset
videndi audiendique vsum mihi restituit, ego tamẽ tãti beneficij immemor,
C non solùm ei parem gratiam non retuli, sed cùm miraculũ monstrũ esse di-
xissem, eum supplicio quantũ in me fuit affeci, seruisq; præcepi, vt eundẽ &
comprehenderent, & vincirent. Illis aũt qui eũ se tenere arbitrarentur, & in
vincula ducere, ligna & lapides in manibus fuerunt, id quod mihi quoq; vi-
debatur: & tanquã ab eis Pontifex teneretur, ei grauiter minabar. Itaq; peto
à te maiorẽ in modũ vir tuus, & ab vxore mea hoc in beneficij loco precor,
primùm vt Deum mihi propitiũ efficias, deinde me in gratiã cum Põtifice
reducas. Theodora cùm hæc audisset, ad pontificem statim venit, eiq; omnia
quæ & vidisset & audisset à viro suo, nunciat. Ille nihil cunctatus, confestim
ad Sisinnium proficiscitur, eum non vt anteà conuenit, sed quo maiore ille
ferocia in pontificem tum iuuaserat, eò ipse nunc maiore cum honore exce
pit. Ergo cùm magnã illius mutationẽ Pontifex perspexisset, de vera religiõe
D ac pietate apud eum copiosè disserit, totumque hominẽ subigit: cumque ille
Christo credidisset, beatos illos Pontificis pedes contigit, atq; hæc cũ lacry-
mis locutus est, Gratias tibi ago vero & soli Deo, qui me ob eã causam oculis
corporis excæcasti, vt animi oculos aperires, méq; ad considerandum cernẽ
dũmq; verum comparares: mihique aurium munus ademisti, vt vigili mente
ac nihil eorum quæ extrinsecus sunt sentiente, pietatis religionisq; veræ præ-
dicationem haurirem & approbarem. Nunc verò veritatis mysterijs initiat'
sum, certóq; sciui ea quæ Græci ac gentiles tradant, fraudem tantùm esse, at-
que monstri similia. In ædibus ob hæc ipsa lætitiæ voluptatisque plena erãt
omnia, omnesque Christo crediderunt. Ineunte verò iam paschate, omnes a-
qua salutari expiati sunt vnà cum Sisinnio parẽtes atque liberi ad tres & vi-
ginti supra trecentos. Hoc multos qui paulo illustriores clarioresque erant,
attraxit, eorum qui maiore splendore & dignitate erant præditi, & quibus

Universidad de Deusto Biblioteca

Nerua imperator amicis plurimum, consultoribusq; vtebatur: ijque omnes B
verã religionẽ cõprobauerunt. Quæ cũ animaduerteret, Publiꝰ Turcutianus,
qui tum comes sacrorum erat, grauiter tulit, indignaq; gessit, consyderansq;
quẽadmodum religionẽ nostrã, quæ crescceret, cõprimeret, Clementẽ ipsum
quasi maximè auctor esset eorũ omnium, de medio tollere statuit. Conuocat
vniuscuiusq; partis ac regionis vrbis præfectos, eosdemque corruptos pecu-
nia, eò deduxit, vt seditionẽ quandã in Clementẽ excitarent, atq; illius existi
ationẽ in crimen vocarẽt, quòd ea ex parte vrbis in eũ amorẽ vellet dirime
re, eumq; insidijs oportunum reddere. Cùm ergo in eum coitionem fecissent
improbissimi ciues illi rumores sinistros, vt ipsi putabant, de eo sparserunt,
multaque in eum crimina contulerunt: præstigias enim ei & veneficia obiici
ebant, religionisque suæ euersionem: & cùm multis aliis contumelijs eum af
ficere iactabant, tum patrios Deos conuitijs vexare quippe qui Deorum om- F
nium maximum Iouem, ne Deum quidem nominaret, Herculem Alcme-
næ filium, quem salutis suæ auctorem dicerent, detestandum quendam dæ-
mona, & scelestum vocaret: amicam Venerem adulterã induceret: Dianã illã
sagittandi peritã, Mercuriumq; sapientẽ sermonis Deum, bellicosum Martẽ,
ipsumq; Saturnũ ex æquo omes cõtumelijs vexaret, & criminaretur, eorũq;
fana & aras euerteret. Summa hæc fuit orationis: Aut Dijs sacra faciat & im
molet, aut vita quàm primùm priuetur, Atque ij quidẽ qui hos motus exci-
tãrant, petebant, vt Põtifex morte multaretur: quæ acerbè ferebant ij omnes
qui conscientiã precio addictã non habuerant: libereque apud populũ ver-
ba faciebãt: Quid mali aut sceleris Põtifex admisit? aut potiùs quæ beneficia
Resp. ab eo nõ accepit? Deinde ea quæ ab illo contra opinionẽ omniũ gesta
essent, singillatim enumerabant, eorumque quæ cõmemorarent testes illos G
citabant. Mamertinus aũt præfectus vrbis, qui ciuitatẽ in ea seditione videre
nõ sustineret; præsertim cũ religioni nostræ crescenti inuideret, ad se beatũ
Clementẽ accersit, verbisque adeò generosum fortẽque animũ à proposito
cõsilio abducere conabatur. Eũ ex claro genere natũ esse dicebat, cuius rei
cunctũ pop. Ro. testẽ haberet. Sed tamẽ eundẽ humano in errore versari, ob
eãque causam vrbem ipsam tacere non posse: quòd eum nouam religionem
inducere dicerent & Christum quendam præter patrios Deos prædicare. Ita-
que eum oportere superuacaneã istã religionem omittere, & venerari colere
que eos tãtùm Deos quos ciuitas probaret. Ad hæc Põtifex respõdit his ver-
bis: Precor tuã constantiã, vt mihi dicendi facias potestatẽ, eaque attentè au
dias quæ dicturus sum, nõ ita rationi cõtrariæ seditioni, inanibusque tumul
tibus pareas. Neque em seditiõi & tumultui locus est cũ cuipiã propositũ est H
de salute sua videre & de Deo disserere. Præfectus qui viri fortitudinem &
cõstantiã statim ex ipso exordio intellexisset, & dicere ipse ac rursꝰ ab illo au
dire vereretur. respõsumque differret, de illo ad Traianũ Imperatorem refert.
Rex ei quæ scripta erãt, distinguit hoc modo, Aut patrijs Dijs Clemens im-
molaret, aut trãs põtum in desertũ aliquod oppidũ eorũ quæ prope Cherso-
nẽ*sita essent, Roma perpetuo exilio dãnetur. Hoc accepto decreto, Mamer
tinus videbat, quẽadmodum Clemens non exterminaretur, sed ei potiùs at-
que imperatori persuaderetur, vt immolaret. Neque em æquo aĩo tantã viri
virtutem damnare poterat. Atque hoc ei maiore curæ fuit illis persuadere,
quàm exilium acerbè ferre, quo Põtifex studiosius præfectum ipsum ad ve-
rum Dei cultum traducebat. Tanta enim in Clemente diuinitùs gratia eluce
bat, adeoque illius lingua omni fauo ac melle dulcior instillabat, vt etiam

Puto Chersonesum. legendum: Potest aũt uel oppidũ eius nominis, quod à Diana cõditum (si credatur) fertur, intelligi, de quo Põpo nius Mela ii de Situ urbis libro cap. 1 agit: uel ipsa Taurica peninsula eiꝰ nominis: Sed ciuitatem esse cõsequentia paulo pòst uerba satis docent.

Mamerti-

A Mamertinus ipse eius amore singulari captus, & multùm ex illiꝰ absentia in-
genuerit, & lachrymas põtifici ꝓfuderit, cum his verbis, Deus, cui tu incorru
ptè seruis, tibi in aduersis rebus auxiliũ ferat: & nauigium cõcesserit, impo-
sitis ijs omibus abundãter q̃ ad victũ ꝑtinent, & dextrã ei dederit, & vestierit et
ita cũ debito salutatiõis officio demiserit. Multi etiã religiosi viri eum secuti
sunt, q̃ cùm in exilij locũ ꝑuenissent, Christianos circiter mille atq; eo plures
offendunt q̃ in ergastulis ad marmora secanda iãpridẽ, religiõis nostræ causã
dãnati fuerant. Hi de Pontifice anteà audierant, eumq; exilij causã ad se ven-
turum esse, itaq; eius aduentus nõ vulgarẽ illis consolationẽ attulit. Cùm ad
illos venit, ab ope manuum liberi ac soluti, ad eum accedunt cum lachrymis
sanctosq; illos eius pedes cõtingunt, puras manus osculãtur, calamitates atq;
mala q̃bus opprimerentur, cum lachrymis cõmemorant, suum à patria dis-
B cessum, insuauem in peregrinatione viuendi rationẽ, rerum ad vitam necessa
riarum inopiam, & quod grauissimum erat oĩm, aquæ ipsius penuriã. Si quis
em, inquit, toto die opere manuum atq; labore defatigatus, exiguã quãdam
aquæ guttam sumere velit, vt miseriã quam ex labore suscepit, subleuet, is nõ
paucioribus stadijs quàm quinq; & quadraginta confectis, aquam portabit.
Ex his Pontifex primùm obortis lachrymis dolorem cepit, deinde cùm Deo
gratias egisset, illorumq; animos satis consolatus esset, Non inquit, sine cau-
sa huc me Deus expelli passus est, sed vt & eorum malorum quę toleratis sim
socius, & patientiæ maximè cõstantiæq; exemplo. Tum se ad orationẽ con-
uertit, precaturq; vnà cum eis Deum, vt confessoribus suis fontem aquæ ape
riat, & qui ꝑcusso saxo in solitudine aquarum ingentem vim elicuisset, ipsæ
aquæ copiã sibi pręberet. Iam omibus in orationẽ incumbentibus, Pontifex
C huc atq; illuc cõuersis oculis, agnum quendã cernit, qui dextrum pedem su-
blimem habebat, & subiectum solum quasi monstrabat (neq; em quisquam
alius agnum vidit) coniectisq; & cõmissis oculis põtifex, ad notatum desi-
gnatumq; locum cum ijs qui aderant veniens, Dñi, inquit, nostri Iesu Christi
noĩe, hîc mihi filij, fodite. Cumq; locum in quo agnus steterat, omneq; solũ
circũfodissent, ipse sumpto sarculo locum eum quẽ agnus mõstrauerat, pul-
sat leui quodã sublimiq; sono: tumq; repente terra aquam nitidã ac lympidã,
quæq; ori iucunda & suauis erat, ex se extulit, eaq; impetu quodam effusa,
flumen effecit. Cumq; oẽs aqua lætos redderet, pontifex, Fluminis, inqt, im-
petus lætificat ciuitatem Dei. Hinc cuncta ad eum ciuitas cõfluebat, illiusq;
spiritualis doctrinæ dulcedine, omnes ad veram fidem traducebat vt etiam
multi quotidie circiter quinq; millia baptizarentur, veraque religio indies
D crescceret. Nondum annuum exilium emensus erat, cùm ab ijs qui crediderant, templa quinque & septuaginta numero ædificantur, fanaq; idolorum, & templa euertuntur, & lucos qui eis consiti, longè lateq; pertinebant, ignis consumit, omnisq; dæmonum insania deletur. Fama tum inuisa & molesta ad imperatoris aures peruadit, quæ res Christianorum indies magis ac magis crescere, atq; progressum facere doceret: ob eamq; causam Aufidianum ducem statim mittit, qui nõ solùm non vltra res illorum proficere ac proce dere sineret, verùm etiã eos qui in eorũ ditionẽ redacti essent, reuocaret abstraheretq; à religione. Is cùm Chersonem venisset, multisq; Christianis mul tis varijsq; tormentis ac supplicijs affecisset, omnesq; proposito ac voluntate martyres effectos esse cerneret, & paratos sexcẽta mortis genera perferre, q̃d facit? Abstinet se q̃dem à multitudine, q̃ vereretur ne tãdem plures martyres façeret: auctorem aũt vnum coêrcet, omnemq; furorem in beatum illud Cle

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentis caput immittit. Cùm verò ei leuia essent oia, neq; vlla esse duceret, & E
ex ijs quæ pertulisset, maiorē alijs fiduciā præberet, breuē ei atq; celerē vitæ
priuationē excogitat. Nam in mdiū mare martyrē abducit anchoraq; eius
ceruici deligata in profundū demergit vt ne reliquiæ quidē, inqt, illi⁹, Chri-
stianis remaneant. Verùm ille quidem in profundū deiectus est, Christianō-
rum autem multitudo quæ stabat in litore, miserè lamētabatur, lugebat, mi-
serabiliq; voce pontificē oēs appellabāt. Cornelius verò & Phœbus illius
discipuli cum eas voces quas res ipsa postulabat, clamore sublato mitterent,
nec haberent, quod casum illum consolari posset, comprecemur, inquiunt,
oēs vno cōsensu Deū, vt nobis martyris sui corpus ostendat. Cumq; ipsi pre-
carētur, Deus tum qddam multo maiore admiratiōe dignū, q̄ Moyses p̄fecit.
Discedit em̄ ac deflectit mare longè lateq; stadia circiter viginti. Multitudo
terra incedens, id quod etiā tuæ Christe, potestatis est, saxū offendit, quod à F
tua immensa sapiētia factū tēpli specie præbebat, & in eo martyris corpus
cum dignitate collocatū, grauemq; illā anchorā ad saxum etiam posita. Sed
Cornelio atq; Phœbo patefactū est, ne corpus, quod in profundo præclarè
situ esset, transferrent: foreq; vt quotannis eo tēpore quo martyr è vita ex-
cessisset, mare ijs qui accederēt, septē cōtinuis diebus cursum suū cohiberet,
transitumq; pedibus vsq; ad corpus permitteret. Id quod & quotānis adhuc
accidit, & aduentū eius recordatiōis quasi terminū quēdam, certumq; diem
obtinet. Hinc cùm hæreses sectæq; oēs à religione nostra alienæ, tum bar-
barorū instituta euersa & sublata sunt, q̄ signa atq; miracula quæ ibi in mar
tyris memoria edebantur, oēs ad veri cognitionē traducerent. Nemini em̄
eorū qui insanabili aliquo malo atque morbo oppressi erāt, quicquā magis
necessariū fuit, q̄ aquę cōmunio & asperſio, ad morbi, quo afflictabātur, de- G
pulsionē. Sed hæc quidē & huiusmodi sunt, & ita habēt: illud verò lōgè ma-
ius est, satisq; in eo est viriū ad faciendā fidem eorū quæ cōmemorauimus.
Cùm em̄, vt superior oratio declarauit, in maris voragines martyr demersus
est, & in aquarum sinus deiectus, mare deorsum fluens longiùs, & quasi sub
pedē secedēs, index corporis mirabiliter fuit, patefecitq; iter ingrediendū ei
qui ire voluisset, magnusq; Christianorū numerus tum id corporis spectacu
lum excitabātur. Posteà verò etiā maximus dies festus miraculū induxit, aut
potius miraculū diei festo causam dedit, quod nō semel editū, deinde termi
num habuit, sed vniuscuiusq; anni cursu atq; ambitu eodē modo existebat,
impiosq; animos & à Dei veri cultu alienos, ad epulū conuocabat. Cùm em̄
hæc ita essent, & Christianorū oīm q Chersonē incolebāt, ad diē festū mira-
culi cōcursus fieret: ibi etiam Deus miraculū edidit superioribus mirabilius. H
Vir em̄ quidā religionis nostræ cum vxore & filio, quo tēpore iam miracu-
lū edebatur, vnà cum reliqua multitudine ad illud martyris corpus visendū
profectus est. Cumq; maris profundum pedibus ingressi illi, in templa quod
in alueo situm erat, intrassent, manibusq; eo puerū duxissent, sancto illo spe-
ctato sepulchro, cùm alia multa à sancto postulauerūt, tum filio ea precati
sunt omnia, quæ æquùm est parētes petere. Cùm precati essent, ac sepulchrū
religiosè quasi osculati essent, ipsi qdem die festo perfecto, domum redeun-
tibus oīmbus cum multitudine quæ eò cōuenerat, ad suos reuersi sunt: puer
autē inscijs ignarisq; parētibus nescio quo modo solus in tēplo remāsit, hoc
etiam diuina quæ cōprehendi nō potest agente p̄uidentia, vt maiore in ho-
nore eum haberet aīm, & corpus ipsius causa p̄fudisset. Atq; aqua qdem ad
sua loca remeās, p̄fundum statim occultauit, rursusq; mare effectū est: paren
tes autem

A tes autem paulum à corpore digressi cùm filium secum esse non viderent, ad
requirēdum eum reuertuntur, vt eum inuenirēt: mare rursus animaduertunt
viam eam quæ ad corpus ferret, statimq; tumultuantur, perturbantur, permo
uentur, maiore studio ad inuestigandum puerum se conferunt. is autem in
sepulchro abditus erat. Posteà verò q̄ multo labore quæsitum nō inueniunt,
eumq; in profundo abditum sicuti erat, existimant, magna tristiq; voce, fi-
lium appellantes & pectora pulsabāt, & casum q eos opprimebat, lugebant,
tum ea ad beatum Clementē oratiōe vsi sunt, qua animus mœrore cōfectus
vtatur. mortē em̄ pro his malis optare nō destiterunt, dum proximorum nō-
nulli q eos iā in lamētatione luctuq; cōfectos incidissent, multis præ dolo-
re p̄fusis lachrymis, eos cōsolati sunt, diuturnumq; mœrorē atq; dolorē de-
pulerunt. Verùm cùm illi domum reuertissent, dolor recruduit, puerique; tuni
B ca quā viderunt, siue alia quæ habere aut ferre solitus erat, cùm in mentē pa-
rentibus venissent, acerbiorē eis casum reddebant. Annui autē temporis spa-
cio cōfecto, cùm dies festus ille præclarus immineret, dolor eos rursum eo
grauiùs cōficiebat, quo maior crebriorq; pueri memoria in eorū animis ver
sabatur: tumq; his verbis inter se vtebantur, Eamus ad sepulchrum, videamus
num quid pueri relictum sit, fortè illud afferamus. Hæc atque alia ad casum
p̄tinentia cùm inter se disseruissent, domo proficiscuntur cum lugubri vesti-
tu, oculis vi lachrymarum tabescentibus, & ad litus perueniunt. Mare, cùm
status dies venisset, statim deflexit: sequuntur illi primi, & pedibus alij rursus,
mariq, pro duce itineris vtūtur: atq; in tēplum illud fortuitu ædificatū, imò
verò sapientia tua Dñe effectum, ingressi puerum cernunt, ô miraculum, vi-
uum saltantemque in templo. Ac primùm quidem de ijs quæ videbantur,
C ambigebant, reputantes num puer esset, id quod videretur. Postea verò q̄ no-
tis & figuris oris oīmi ex parte puer impulit ad assentiendū, eumq; illum pue-
rum esse crediderunt: statim ad eum accedunt, coniunctisq; & oculis & la-
bris, diù fleuerūt, dulcibus illis pręgaudio profusis lachrymis, vehementerq;
quasi nudo animo in eius oscula irruerunt. Deinde cùm paulum se collegis-
sent, ac puerū curatè de singulis rogārūt, quōnā pacto ita cōtra oīm opinio-
nem cōseruatus esset, quo custode, quo altore, quo fotore, quo vitæ parēte.
Ille cùm sinistra sepulchrum teneret, altera eum q in illo situs esset, mōstra-
ret, Hic mihi, inqt, & vitæ largitor fuit, & altor & custos, meq; adhuc semp
apud se saluum esse voluit, & præclarè lactauit atq; educauit. Miraculo parē-
tes nouo & inaudito cum voluptate deliniti, superiores luctus tristiaque illa
de suo casu verba, in lætitiā gratiarumq, actionē mutauerunt: Mirabilis, in-
D quiunt, Deus in sanctis suis, omniaque quæ sequuntur addunt. Reuertuntur
ergo domum beati, quemq; vt mortuum lugebant, & cuius sepulchrum bel-
luæ marinæ aluum esse celebrabant, atq; adeò cuius nihil reliqui se inuentu-
ros sperabant, eum cùm secum incedentem haberent, colloquenteq; cer-
nerent, rem quandam patribus incredibili voluptati futurā, incredibilemq;
suauitatem & dulcedinem suis ipsorum animis instillabant. Sic bonorem ha
bere solet cōmunis oīm Dominus Christus seruis qui ipsius causa mortem
tolerauerunt, & qui tantum periculum susceperunt, eos tali miraculo-
rum præstantia, talibus splendoribus ornare, quos nobis eti
am consequi liceat, per gratiā atq; humanitatem
Dñi nostri Iesu Christi, cui cum Patre
& Spiritu sancto sempiterna
gloria tribuatur.
Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca